










PLATONIS
QUAE EXSTANT
OPERA.

ACCEDUNT
PLATONIS QUAE FERUNTUR
SCRIPTA.

AD
OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM
RECENSUIT
IN LINGUAM LATINAM CONVERTIT
ANNOTATIONIBUS EXPLANAVIT INDICESQUE
RERUM AC VERBORUM ACCURATISSIMOS
ADIECIT

FRIDERICUS ASTIUS.

TOMUS TERTIUS

PARMENIDEM, CRATYLUM, PHILEBUM ET
CONVIVIUM CONTINENS.

LIPSIAE MDCCCXXI.
IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ

ΚΕΦΑΛΟΣ ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ ΑΝΤΙΦΩΝ ΓΛΑΥΚΩΝ ΠΥΘΟΔΩΡΟΣ ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΖΗΝΩΝ ΠΑΡΜΕΝΙΔΗΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ

CEPHALUS ADIMANTUS ANTIPHON GLAUCO PYTHODORUS SOCRATES ZENO PARMENIDES ARISTOTELES.

ΚΕΦΑΛΟΣ.

Ἐπειδὴ Ἀθήναζε οἴκοθεν ἐκ Κλαζομενῶν ἀφικόμεθα, 126
κατ᾽ ἀγορὰν ἐνετύχομεν Ἀδειμάντῳ τε καὶ Γλαύκωνι, καί
μου λαβόμενος τῆς χειρὸς ὁ Ἀδείμαντος, Χαῖρ᾽, ἔφη, ὦ
Κέφαλε, καὶ εἴ του δέει τῶν τῇδε ὧν ἡμεῖς δυνατοί, φράζε.
Ἀλλὰ μὲν δή, εἶπον ἐγώ, πάρειμί γε ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο, δεη-
σόμενος ὑμῶν. Λέγοις ἄν, ἔφη, τὴν δέησιν. Καὶ ἐγὼ
εἶπον, Τῷ ἀδελφῷ * ὑμῶν τῷ ὁμομητρίῳ τί ἦν ὄνομα; οὐ γὰρ B
μέμνημαι· παῖς δέ που ἦν ὅτε τὸ πρότερον ἐπεδήμησα
δεῦρο ἐκ Κλαζομενῶν· πολὺς δὲ ἤδη χρόνος ἐξ ἐκείνου.
τῷ μὲν γὰρ πατρί, δοκῶ, Πυριλάμπης ὄνομα. Πάνυ γε,
ἔφη· αὐτῷ δέ γε Ἀντιφῶν. ἀλλὰ τί μάλιστα πυνθάνει;
Οἵδ᾽, εἶπον ἐγώ, πολῖταί τι *) μοί εἰσι μάλα φιλόσοφοι,
ἀκηκόασί τε ὅτι οὗτος ὁ Ἀντιφῶν Πυθοδώρῳ τινὶ Ζήνω-
νος ἑταίρῳ πολλὰ ἐντετύχηκε, καὶ * τοὺς λόγους, οὕς ποτε C
Σωκράτης καὶ Ζήνων καὶ Παρμενίδης διελέχθησαν, πολ-
λάκις ἀκούσας τοῦ Πυθοδώρου ἀπομνημονεύει. Ἀληθῆ,
ἔφη, λέγεις. Τούτων τοίνυν, εἶπον ἐγώ, δεόμεθα διακοῦ-
σαι. Ἀλλ᾽ οὐ χαλεπόν, ἔφη· μειράκιον γὰρ ὢν αὐτοὺς εὖ
μάλα διεμελέτησεν· ἐπεὶ νῦν γε κατὰ τὸν πάππον τε καὶ
ὁμώνυμον πρὸς ἱππικῇ τὰ πολλὰ διατρίβει. ἀλλ᾽ εἰ δεῖ **),
ἴωμεν παρ᾽ αὐτόν· ἄρτι γὰρ ἐνθένδε οἴκαδε οἴχεται, οἰκεῖ
δὲ ἐγγὺς ἐν Μελίτῃ. Ταῦτ᾽ εἰπόντες ἐβαδίζομεν, * καὶ κα- 127
τελάβομεν τὸν Ἀντιφῶντα οἴκοι, χαλινόν τινα χαλκεῖ ἐκδι-
δόντα σκευάσαι. ἐπειδὴ δὲ ἐκείνου ἀπηλλάγη, οἵ τε ἀδελ-

*) ἴσ. πολῖταί μοί εἰσι. ἄλλ. πολῖταί τέ μοί εἰσι, μάλα φ.

**) ἴσ. δοκεῖ.

CEPHALUS.

Quum Athenas domo Clazomenis perveniſſemus, in foro offendimus Adimantum et Glauconem, et manu me prehendens Adimantus Salve, inquit, Cephale, et ſi quo eges hîc quod in poteſtate eſt noſtra, indica. Enimvero, inquam, adſum quidem hanc ipſam ob cauſam, ut vos rogem. Dic, inquit, rogationem. Tum ego Fratri veſtro, inquam, una matre nato quid erat nominis? non enim recordor. puer videlicet erat quum prius adveniſſem huc Clazomenis; multum vero iam temporis ex illo interceſſit. patri autem, opinor, Pirylampes erat nomen. Sane quidem, inquit; illi vero Antiphon. at quid potiſſimum ſciſcitaris? Hi, inquam, populares mei admodum ſunt philoſophi, et audiverunt hunc Antiphontem Pythodorum quendam Zenonis amicum frequenter conveniſſe, et ſermonum, quos Socrates aliquando cum Zenone et Parmenide contulit, ſaepius a Pythodoro auditorum memoriam tenet. Vera, inquit, dicis. Haec igitur, inquam, cupimus audire. At nihil est negoti, ait: adoleſcentulus enim quum eſſet, multum ad eos ſtudii contulit; nunc vero, ut avus et cognominis, in re equeſtri maximam partem verſatur. itaque, ſi placet, pergamus ad illum; modo enim hinc domum abît; habitat vero prope in Melita. Quibus dictis vaſimus, et offendimus Antiphontem domi, frenum fabro ferrario dantem ad reparandum. a quo quum diſceſſiſſet, fatres dixerunt ei

φοὶ ἔλεγον αὐτῷ, ὧν ἕνεκα παρεῖμεν, ἀνεγνώρισέ τέ με ἐκ
τῆς προτέρας ἐπιδημίας καὶ ἠσπάζετο. καὶ δεομένων ἡμῶν
διελθεῖν τοὺς λόγους, τὸ μὲν πρῶτον ὤκνει· πολὺ γὰρ
ἔφη ἔργον εἶναι· ἔπειτα μέντοι διηγεῖτο.

Ἔφη δὲ δὴ ὁ Ἀντιφῶν λέγειν τὸν Πυθόδωρον ὅτι ἀφί-
κοιντό ποτε εἰς Παναθήναια τὰ * μεγάλα Ζήνων τε καὶ Παρ- B
μενίδης. τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην
εἶναι, σφόδρα πολιόν, καλὸν δὲ κἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ
ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα· Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς τῶν *)
τετταράκοντα τότε εἶναι, εὐμήκη δὲ καὶ χαρίεντα ἰδεῖν·
καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου γεγονέναι. κα-
ταλύειν δ' αὐτοὺς ἔφη παρὰ τῷ Πυθοδώρῳ ἐκτὸς τείχους
ἐν Κεραμεικῷ. * οἷ δὴ καὶ ἀφικέσθαι τόν τε Σωκράτη καὶ C
ἄλλους τινὰς μετ' αὐτοῦ πολλοὺς ἐπιθυμοῦντας ἀκοῦσαι
τῶν τοῦ Ζήνωνος γραμμάτων· τότε γὰρ αὐτὰ πρῶτον ὑπ'
ἐκείνων κομισθῆναι· Σωκράτη δὲ εἶναι τότε σφόδρα νέον.
ἀναγιγνώσκειν οὖν αὐτοῖς τὸν Ζήνωνά αὐτόν, τὸν δὲ Παρ-
μενίδην τυχεῖν ἔξω ὄντα. καὶ εἶναι πάνυ βραχὺ ἔτι λοιπὸν
τῶν λόγων ἀναγιγνωσκομένων, ἡνίκα αὐτός τε ἐπεισελθεῖν
ἔφη * ὁ Πυθόδωρος ἔξωθεν καὶ τὸν Παρμενίδην μετ' αὐτοῦ D
καὶ Ἀριστοτέλη τὸν τῶν τριάκοντα γενόμενον, καὶ σμίκρ'
ἄττα ἔτι ἐπακοῦσαι τῶν γραμμάτων· οὐ μὴν αὐτός γε,
ἀλλὰ **) καὶ πρότερον ἀκηκοέναι τοῦ Ζήνωνος.

Τὸν οὖν Σωκράτη ἀκούσαντα πάλιν τε κελεῦσαι τὴν
πρώτην ὑπόθεσιν τοῦ πρώτου λόγου ἀναγνῶναι, καὶ ἀνα-
γνωσθείσης, Πῶς, φάναι, ὦ Ζήνων, τοῦτο λέγεις; * εἰ E
πολλά ἐστι τὰ ὄντα, ὡς ἄρα δεῖ αὐτὰ ὅμοιά τε εἶναι καὶ
ἀνόμοια, τοῦτο δὲ δὴ ἀδύνατον (οὔτε γὰρ τὰ ἀνόμοια
ὅμοια οὔτε τὰ ὅμοια ἀνόμοια οἷόν τε εἶναι); οὐχ οὕτω λέ-
γεις; Οὕτω, φάναι τὸν Ζήνωνα. Οὐκοῦν, εἰ ἀδύνατον τά
τε ἀνόμοια ὅμοια εἶναι καὶ τὰ ὅμοια ἀνόμοια, ἀδύνατον δὴ
καὶ πολλὰ εἶναι; εἰ γὰρ πολλὰ εἴη, πάσχοι ἂν τὰ ἀδύνατα.
ἆρα τοῦτό ἐστιν ὃ βούλονταί σου οἱ λόγοι; οὐκ ἄλλο τι ἢ

*) γρ. ἐτῶν.

**) ἴσ. οὐ μὴν ἀλλὰ αὐτός γε κ. π.

quam ob caussam venissemus; et ille recognovit me ex priore commoratione et salvere iussit. nos vero quum rogaremus ut exponeret nobis sermones illos, primo quidem cunctatus est; magnum enim dixit negotium esse; deinde tamen explicavit.

Dixit igitur Antiphon narrasse Pythodorum advenisse aliquando ad Panathenaea magna Zenonem et Parmenidem. ac Parmenidem quidem admodum iam provectum aetate fuisse, valde canum, pulchra tamen et honesta facie, annos circiter sexaginta quinque natum, Zenonem vero prope ab anno quadragesimo tum fuisse, procero corpore venustoque adspectu et, ut perhibuerint, Parmenidi fuisse in deliciis. devertisse autem eos narrabat ad Pythodorum extra murum in Ceramico. huc igitur etiam venisse Socratem aliosque cum eo multos cupientes Zenonis scripta audire; tum enim haec primum ab illis allata fuisse; Socratem vero fuisse id temporis admodum iuvenem. recitasse igitur eis Zenonem ipsum, Parmenidem vero foris fuisse. et admodum pauca adhuc restitisse de litteris recitandis, quum, ut narravit Pythodorus, et ipse ingrederetur foris et Parmenides cum ipso et Aristoteles qui unus de triginta viris factus fuerit, et pauca aliqua adhuc percepisse de scriptis; verumtamen se ipsum etiam ante audivisse Zenonem.

Tum Socratem illis auditis iterum iussisse eum primam sumptionem primi libri recitare, qua recitata dixisse: Quomodo, Zeno, hoc dicis? si multa sint ea quae sint, necessario ea et similia esse et dissimilia, hoc autem fieri non posse; neque enim quae dissimilia sint posse similia esse neque quae similia dissimilia? nonne ita dicis? Ita, Zenonem respondisse. Nonne, si fieri nequit ut dissimilia similia sint et similia dissimilia, fieri etiam nequit ut multa sint? nam si multa essent, accideret eis quod fieri non posset. num hoc est quod volunt libri tui? nihil aliud videlicet nisi contendere contra

διαμάχεσθαι παρὰ πάντα τὰ λεγόμενα, ὡς οὐ πολλά
ἐστι; καὶ τούτου αὐτοῦ οἴει σοι τεκμήριον εἶναι ἕκαστον
τῶν λόγων, ὥςτε καὶ ἡγεῖ τοσαῦτα τεκμήρια παρέχεσθαι,
ὅσουςπερ λόγους γέγραφας, ὡς οὐκ ἔστι πολλά; * οὕτω λέ- 128
γεις, ἢ ἐγὼ οὐκ ὀρθῶς καταμανθάνω; Οὔκ, ἀλλά, φάναι
τὸν Ζήνωνα, καλῶς ξυνῆκας ὅλον τὸ γράμμα ὃ βούλεται.
Μανθάνω, εἰπεῖν τὸν Σωκράτην, ὦ Παρμενίδη· ὅτι Ζή-
νων ὅδε οὐ μόνον τῇ ἄλλῃ σου φιλίᾳ βούλεται ᾠκειῶσθαι,
ἀλλὰ καὶ τῷ ξυγγράμματι. ταὐτὸν γὰρ γέγραφε τρόπον τινὰ
ὅπερ σύ, μεταβαλὼν *) δὲ ἡμᾶς πειρᾶται ἐξαπατᾶν ὡς ἕτε-
ρόν τι λέγων. σὺ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ποιήμασιν ἓν φῂς εἶναι τὸ
πᾶν, καὶ τούτων * τεκμήρια παρέχει καλῶς τε καὶ εὖ· ὅδε B
δὲ αὖ οὐ πολλά φησιν εἶναι, τεκμήρια δὲ καὶ αὐτὸς πάμ-
πολλα καὶ παμμεγέθη παρέχεται. τὸ οὖν τὸν μὲν ἓν φάναι,
τὸν δὲ μὴ πολλά, καὶ οὕτως ἑκάτερον λέγειν ὥςτε μηδὲν
τῶν αὐτῶν εἰρηκέναι δοκεῖν, σχεδόν τι λέγοντας ταὐτά,
ὑπὲρ ἡμᾶς τοὺς ἄλλους φαίνεται ὑμῖν τὰ εἰρημένα εἰρῆ-
σθαι. Ναί, φάναι τὸν Ζήνωνα, ὦ Σώκρατες, σὺ δ' οὖν **)
τὴν ἀλήθειαν τοῦ γράμματος οὐ πανταχοῦ ᾔσθησαι· * καίτοι C
ὥςπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις
τὰ λεχθέντα. ἀλλὰ πρῶτον μέν σε τοῦτο λανθάνει, ὅτι οὐ
παντάπασιν οὕτω σεμνύνεται τὸ γράμμα, ὥςτε ἅπερ σὺ λέ-
γεις διανοηθὲν γραφῆναι, τοὺς ἀνθρώπους δὲ ἐπικρυπτό-
μενον ὥς τι μέγα διαπραττόμενον· ἀλλὰ σὺ μὲν εἶπες τῶν
ξυμβεβηκότων τι, ἔστι δὲ τό γε ἀληθὲς βοήθειά τις ταῦτα
τὰ γράμματα τῷ Παρμενίδου λόγῳ πρὸς τοὺς ἐπιχειροῦντας
αὐτὸν κωμῳδεῖν, * ὡς, εἰ ἕν ἐστι, πολλὰ καὶ γελοῖα ξυμβαί- D
νει πάσχειν τῷ λόγῳ καὶ ἐναντία αὐτῷ ***). ἀντιλέγει δὴ
οὖν τοῦτο τὸ γράμμα πρὸς τοὺς τὰ πολλὰ λέγοντας, καὶ
ἀνταποδίδωσι ταῦτα καὶ πλείω, τοῦτο βουλόμενον δηλοῦν,
ὡς ἔτι γελοιότερα πάσχοι ἂν αὐτῶν ἡ ὑπόθεσις, ἡ εἰ πολλά
ἐστιν, ἢ ἡ τοῦ ἓν εἶναι, εἴ τις ἱκανῶς ἐπεξίοι. διὰ τοιαύ-
την δὴ φιλονεικίαν ὑπὸ νέου ὄντος ἐμοῦ ἐγράφη, καί τις

*) ἄλλ. μεταβάλλων. **) ἴσ. γοῦν.
***) ἄλλ. αὐτῷ.

omnia quae dicantur, non esse multa? et huius quidem rationis arbitraris argumentum esse quemque librorum tuorum, ita ut etiam te existimes tot argumenta afferre quot libros scripseris, non esse multa? itane dicis, an ego non recte assequor? Minime hoc, Zenonem dixisse, sed praeclare intellexisti universa scriptio quorsum spectet. Intelligo, subiecisse Socratem, o Parmenide: hic videlicet Zeno non modo in universum amicitia erga te cupit se insinuare, sed etiam scriptione, idem enim scripsit quodammodo quod tu, mutatione vero facta nos conatur fallere quasi aliud quid dicat. tu enim in carminibus unum dicis esse universum, eiusque argumenta affers praeclare et probe, hic autem non multa dicit esse et argumenta ipse quoque permulta et permagna affert. de hoc igitur quod alter unum dicit, alter non multa, et ita uterque loquitur, ut non idem dixisse videatur, licet idem fere ponat, intelligentiae quam nos reliqui habeamus modum id quod dicitis vobis videtur transire. Immo, dixisse Zenonem, Socrate, tu veram libri rationem non plane perspexisti, quamquam, sicut Laconicae canes, probe persequeris et investigas quae dicta sunt. sed primum hoc te latet, omnino non ita se iactare scriptionem, ut isto quod tu dicis consilio condita sit, et quasi, homines si id celet, praeclarum quid adipiscatur; tu vero memorasti adventicii quid, quum reapse defensio sit haec scriptio eius quam Parmenides posuit rationis contra hos qui instituunt ipsum facetiis perstringere dicentes, si unum sit, multa ridicula accidere rationi et contraria ipsius consequi. obloquitur ergo haec scriptio eis qui multa ponunt illaque eis reddit atque etiam plura, hoc volens probare, etiam magis ridicula fore consequentia ipsorum sumptioni, multa esse, quam illi, unum esse, si quis satis sit persequuturus. huiusmodi igitur contentionis studio a me iuvene conditus est liber eumque scriptum quispiam fu-

αὐτὸ ἔκλεψε γραφέν, ὥστε οὐδὲ βουλεύσασθαι *) ἐξεγένετο,
* εἴτ' ἐξοιστέον αὐτὸ εἰς τὸ φῶς εἴτε μή. ταύτῃ οὖν σε λαν- E
θάνει, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐχ ὑπὸ νέου φιλονεικίας οἴει
αὐτὸ γεγράφθαι, ἀλλ' ὑπὸ πρεσβυτέρου φιλοτιμίας· ἐπεί,
ὅπερ γ' εἶπον, οὐ κακῶς ἀπείκασας. Ἀλλ' ἀποδέχομαι,
φάναι τὸν Σωκράτην, καὶ ἡγοῦμαι ὡς λέγεις ἔχειν. τόδε δέ
μοι εἰπέ· οὐ νομίζεις εἶναι αὐτὸ καθ' αὑτὸ εἶδός τι ὁμοι-
ότητος, * καὶ τῷ τοιούτῳ αὖ ἄλλο τι ἐναντίον, ὃ ἔστιν **) 129
ἀνόμοιον; τούτοιν δὲ δυεῖν ὄντοιν καὶ ἐμὲ καὶ σὲ καὶ τὰ
ἄλλα, ἃ δὴ πολλὰ καλοῦμεν, μεταλαμβάνειν; καὶ τὰ μὲν
τῆς ὁμοιότητος μεταλαμβάνοντα ὅμοια γίγνεσθαι ταύτῃ τε
καὶ κατὰ τοσοῦτον, ὅσον ἂν μεταλαμβάνῃ ***), τὰ δὲ τῆς
ἀνομοιότητος, ἀνόμοια, τὰ δὲ ἀμφοτέρων, ἀμφότερα; εἰ
δὲ καὶ πάντα ἐναντίων ὄντων ἀμφοτέρων μεταλαμβάνει, καὶ
ἔστι τῷ μετέχειν ἀμφοῖν ὅμοιά τε καὶ ἀνόμοια* αὐτὰ αὑτοῖς, B
τί θαυμαστόν; εἰ μὲν γὰρ αὐτὰ τὰ ὅμοιά τις ἀπέφαινεν
ἀνόμοια γιγνόμενα ἢ τὰ ἀνόμοια ὅμοια, τέρας ἄν, οἶμαι,
ἦν· εἰ δὲ τὰ τούτων μετέχοντα ἀμφοτέρων ἀμφότερα ἀπο-
φαίνει πεπονθότα, οὐδὲν ἔμοιγε, ὦ Ζήνων, ἄτοπον δοκεῖ
εἶναι, οὐδέ γε εἰ ἓν ἅπαντα ἀποφαίνει τις τῷ μετέχειν τοῦ
ἑνὸς καὶ ταὐτὰ ταῦτα πολλὰ τῷ πλήθους αὖ μετέχειν· ἀλλ'
εἰ ὃ ἔστιν ἕν, αὐτὸ τοῦτο πολλὰ ἀποδείξει καὶ αὖ τὰ πολλὰ
δὴ ἕν, τοῦτο * ἤδη θαυμάσομαι. καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάν- C
των ὡσαύτως· εἰ μὲν αὐτὰ τὰ γένη τε καὶ εἴδη ἐν αὑτοῖς
ἀποφαίνοι †) τἀναντία ταῦτα πάθη πάσχοντα, ἄξιον θαυ-
μάζειν· εἰ δ' ἐμὲ ἕν τις ἀποδείξει ὄντα καὶ πολλά, τί θαυ-
μαστόν, λέγων, ὅταν μὲν βούληται πολλὰ ἀποφαίνειν, ὡς
ἕτερα μὲν τὰ ἐπὶ δεξιά μού ἐστιν, ἕτερα δὲ τὰ ἐπ' ἀριστερά,
καὶ ἕτερα μὲν τὰ πρόσθεν, ἕτερα δὲ τὰ ὄπισθεν, καὶ ἄνω
καὶ κάτω ὡσαύτως (πλήθους γάρ, οἶμαι, μετέχω), ὅταν δὲ
ἕν, ἐρεῖ * ὡς ἑπτὰ ἡμῶν ὄντων εἷς ἐγώ εἰμι ἄνθρωπος, με- D

---

*) γρ. ἐμὲ βουλεύσαθαι.
**) ἴσ. τοῦ ὃ ἔστιν ἀνόμοιον.
***) γρ. μεταλαμβάνοι.
†) ἴσ. ἀποφαίνει.

ratus est, ut ne deliberare quidem licuerit, an in lucem eum proferri oporteret necne. hactenus igitur te latet, Socrate, quod non a iuvene contentionis studio censes eum scriptum esse, sed a seniore ambitionis causa; ceterum, quod quidem dixi, non male eum verbis expressisti. Itaque accipio hoc, dixisse Socratem, et arbitror, uti dicis, se rem habere. hoc autem dic mihi: nonne censes esse per se ipsam speciem quandam similitudinis, et huius aliam rursus contrariam eius, quod per se sit dissimile? et has quae duae sint et in me et in te et in reliqua, quae quidem multa appellemus, cadere? et ea quidem quae in similitudinis partem veniant, similia exsistere hactenus et tantum quantum partem illius habeant, quae dissimilitudinis partem habeant, dissimilia, et quae utriusque utrumque? si vero omnia utrorumque inter se contrariorum partes habent et eo quod cum utrisque coniuncta sunt, similia et dissimilia sunt inter se ipsa, quid mirum? nam si quis ipsa similia poneret dissimilia exsistere vel dissimilia similia, monstrum, opinor, hoc esset; sin autem eis quae horum partem habent utrorumque, utrumque declarat contingere, nequaquam mihi hoc, Zeno, admirabile videtur esse, neque etiam si quis unum cuncta ponit esse quia partem habeat unius, et eadem haec multa quia etiam multitudinis partes habeant; at si id quod per se est unum, hoc ipsum multa esse probaverit itemque, quae multa sunt, unum, hoc iam admirabor. et de reliquis omnibus similiter: si genera et species ipsas in se ponit contrarias illas habere affectiones, par est mirari, sin vero quispiam me ostendet unum esse et multa, quid mirum, dicens videlicet, si voluerit multa me esse ostendere, alia mihi esse ad dextram, alia ad sinistram, alia priora, alia posteriora, itemque superiora et inferiora; multitudinis enim, opinor, particeps sum; sin unum, dicet, nostrum qui septem simus

τέχων καὶ τοῦ ἑνός· ὥςτε ἀληθῆ ἀποφαίνει *) ἀμφότερα. ἐὰν οὖν τις τοιαῦτα ἐπιχειρῇ πολλὰ καὶ ἓν ταὐτὰ ἀποφαίνειν, λίθους καὶ ξύλα καὶ τὰ τοιαῦτα, φήσομεν αὐτὸν πολλὰ καὶ ἓν ἀποδεικνύναι, οὐ τὸ ἓν πολλὰ οὐδὲ τὰ πολλὰ ἕν, οὐδέ τι θαυμαστὸν λέγειν, ἀλλ' ἅπερ ἂν πάντες ὁμολογοῖμεν **). ἐὰν δέ τις, ὃ ***) νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, πρῶτον μὲν διαιρῆται χωρὶς αὐτὰ καθ' αὐτὰ τὰ εἴδη, οἷον ὁμοιότητά τε καὶ ἀνομοιότητα, * καὶ πλῆθος καὶ τὸ ἕν, καὶ E
στάσιν καὶ κίνησιν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, εἶτα ἐν ἑαυτοῖς ταῦτα δυνάμενα ξυγκεράννυσθαι καὶ διακρίνεσθαι ἀποφαίνῃ, ἀγαίμην ἂν ἔγωγ', ἔφη, θαυμαστῶς, ὦ Ζήνων. ταῦτα δὲ ****) ἀνδρείως μὲν πάνυ ἡγοῦμαι πεπραγματεῦσθαι, πολὺ μέντ' ἂν ὧδε μᾶλλον, ὡς λέγω, ἀγασθείην, εἴ τις ἔχοι τὴν αὐτὴν ταύτην ἀπορίαν ἐν αὐτοῖς τοῖς εἴδεσι παντοδαπῶς πλεκομένην, * ὥσπερ ἐν τοῖς ὁρωμένοις διήλθετε, οὕτω 130
καὶ ἐν τοῖς λογισμῷ λαμβανομένοις ἐπιδεῖξαι.

Λέγοντος δή, ἔφη ὁ Πυθόδωρος, τοῦ Σωκράτους ταῦτα αὐτὸς μὲν οἴεσθαι ἐφ' ἑκάστου ἄχθεσθαι †) τόν τε Παρμενίδην καὶ τὸν Ζήνωνα, τοὺς δὲ πάνυ τε ††) αὐτῷ προςέχειν τὸν νοῦν καὶ θαμὰ εἰς ἀλλήλους βλέποντας μειδιᾶν ὡς ἀγαμένους τὸν Σωκράτην. ὅπερ οὖν καὶ παυσαμένου αὐτοῦ εἰπεῖν τὸν Παρμενίδην, Ὦ Σώκρατες, φάναι, ὡς ἄξιος εἶ ἄγασθαι τῆς * ὁρμῆς τῆς ἐπὶ τοὺς λόγους! καί B
μοι εἰπέ, αὐτὸς σὺ οὕτω διῄρησαι, ὡς λέγεις, χωρὶς μὲν εἴδη αὐτὰ ἄττα, χωρὶς δὲ τὰ τούτων αὖ μετέχοντα; καί τί σοι δοκεῖ εἶναι αὐτὸ ὁμοιότης †††) χωρὶς ἧς ἡμεῖς ὁμοιότητος ἔχομεν, καὶ ἓν δὴ καὶ πολλὰ καὶ πάντα ὅσα νῦν δὴ Ζήνωνος ἤκουες; Ἔμοιγε, φάναι τὸν Σωκράτην. Ἦ καὶ τὰ τοιάδε, εἰπεῖν τὸν Παρμενίδην, οἷον δικαίου τι εἶδος αὐτὸ καθ' αὐτὸ καὶ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ καὶ πάντων αὖ τῶν τοιούτων; Ναί, φάναι. Τί δ'; ἀνθρώπου εἶδος * χωρὶς ἡμῶν C
καὶ τῶν οἷοι ἡμεῖς ἐσμὲν πάντων, αὐτό τι εἶδος ἀνθρώπου,

---

*) γρ. ἀποφαίνοι. **) γρ. ὁμολογῶμεν. ***) γρ. ὧν. ****) ἴσ. δή. †) ἴσ. ἄχθεσθαι ἄν.
††) γρ. πάνυ γε. †††) ἄλλ. αὐτὴ ὁμοιότης.

unum me esse hominem, participem etiam unitatis: ut verum ponat utrumque. quodsi quis talia instituerit eadem esse multa et unum ponere, lapides et ligna et alia id genus, dicemus eum multa et unum ostendere, non ipsum unum multa nec ipsa multa unum, neque admirabile quid sumere, sed quod omnes concessuri simus.
II sin vero quis, id quod modo dicebam, primum separet ipsas per se species, veluti similitudinem et dissimilitudinem, multitudinem et unitatem, statum et motum et omnia generis eiusdem, deinde haec inter se ipsa posse commisceri et secerni ostendat, admirer equidem, inquit, insignite, o Zeno. iam illa satis quidem viriliter existimo pertractata esse, multo tamen magis, ut dico, hoc admirer, si quis eandem hanc possit dubitationem ipsis formis passim implicatam, quemadmodum in rebus sub adspectum venientibus exposuistis, ita etiam in eis quae ratione comprehenduntur explicare.

Dicente igitur, narravit Pythodorus, Socrate haec se quidem putasse unoquoque commotum iri Parmenidem et Zenonem, hos autem et prorsus eum attendisse et crebro inter se intuentes subrisisse, utpote admirantes Socratem. hoc etiam, quum ille finem fecisset, Parmenidem declarasse et O Socrates dixisse, quam par est te admirari de studio quo ardes disputationum! iam dic mihi, ipsene tu ita discrevisti, uti dicis, separatim ipsas quasdam species et separatim res harum partes habentes? et videtur tibi aliquid esse similitudo per se separata ab ea *quam nos habemus* similitudine, itemque unum et multa omniaque quae nunc a Zenone audivisti? Mihi vero, reposuisse Socratem. Nunc etiam haec, dixisse Parmenidem, velut iusti species quaedam ipsa per se et pulchri et boni et omnium generis eiusdem? Ita, dixisse. Quid porro? hominis species separata illa a nobis omnibusque talibus quales nos sumus, ipsa videlicet

ἢ πυρὸς ἢ καὶ ὕδατος; Ἐν ἀπορίᾳ, φάναι, πολλάκις δή,
ὦ Παρμενίδη, περὶ αὐτῶν γέγονα, πότερα χρὴ φάναι ὥς-
περ περὶ ἐκείνων, ἢ ἄλλως. Ἦ καὶ περὶ τῶνδε, ὦ Σώ-
κρατες, ἃ καὶ γελοῖα δόξειεν ἂν εἶναι, οἷον θρὶξ καὶ πη-
λὸς καὶ ῥύπος ἢ ἄλλο τι ἀτιμότατόν τε καὶ φαυλότατον,
ἀπορεῖς εἴτε χρὴ φάναι καὶ τούτων ἑκάστου εἶδος εἶναι χω-
ρίς, ὂν ἄλλο αὐτῶν *) ὧν ἡμεῖς * μεταχειριζόμεθα, εἴτε καὶ D
μη; Οὐδαμῶς, φάναι τὸν Σωκράτην, ἀλλὰ ταῦτα μέν γε**),
ἅπερ ὁρῶμεν, ταῦτα καὶ εἶναι, εἶδος δέ τι αὐτῶν οἰηθῆναι
εἶναι μὴ λίαν ᾖ ἄτοπον. ἤδη μέντοι ποτέ με καὶ ἔθραξε
μή τι ᾖ περὶ πάντων ταὐτόν· ἔπειτα ὅταν ταύτῃ στῶ,
φεύγων οἴχομαι, δείσας μή ποτε εἴς τιν' ἄβυσσον ***)
φλυαρίαν ἐμπεσὼν διαφθαρῶ. ἐκεῖσε δ' οὖν ἀφικόμενος, εἰς
ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν εἴδη ἔχειν, περὶ ἐκεῖνα πραγματευόμενος
διατρίβω. * Νέος γὰρ εἶ ἔτι, φάναι τὸν Παρμενίδην, ὦ E
Σώκρατες, καὶ οὔπω σου ἀντείληπται φιλοσοφία ὡς ἔτι
ἀντιλήψεται κατ' ἐμὴν δόξαν, ὅτε οὐδὲν αὐτῶν ἀτιμάσεις·
νῦν δὲ ἔτι πρὸς ἀνθρώπων ἀποβλέπεις δόξας διὰ τὴν ἡλι-
κίαν. τόδε οὖν μοι εἰπέ· δοκεῖ σοι, ὥς φης, εἴδη εἶναι
ἄττα, ὧν τάδε τὰ ἄλλα μεταλαμβάνοντα τὰς ἐπωνυμίας
αὐτῶν ἴσχειν, * οἷον ὁμοιότητος μὲν μεταλαβόντα ὅμοια, 131
μεγέθους δὲ μεγάλα, κάλλους δὲ καὶ δικαιοσύνης δίκαιά τε
καὶ καλὰ γίγνεσθαι; Πάνυ γε, φάναι τὸν Σωκράτην. Οὐκ-
οῦν ἤτοι ὅλου τοῦ εἴδους ἢ μέρους ἕκαστον τὸ μεταλαμβάνον
μεταλαμβάνει; ἢ ἄλλη τις ἂν μετάληψις χωρὶς τούτων γένοιτο;
Καὶ πῶς ἄν; εἶπε. Πότερον οὖν δοκεῖ σοι ὅλον τὸ εἶδος ἐν
ἑκάστῳ εἶναι τῶν πολλῶν, ἓν ὄν; ἢ πῶς; Τί γὰρ κωλύει,
φάναι τὸν Σωκράτην, ὦ Παρμενίδη, ἓν εἶναι †); Ἓν * ἄρα B
ὂν καὶ ταὐτὸν ἐν πολλοῖς καὶ χωρὶς οὖσιν ὅλον ἅμα ἐνέ-
σται, καὶ οὕτως αὐτὸ αὐτοῦ χωρὶς ἂν εἴη. Οὐκ ἄν, εἴ γε,
φάναι ††), οἷον ἡ ἡμέρα μία καὶ ἡ αὐτὴ οὖσα πολλαχοῦ

---

*) ἴσ. αὖ τῶν ἢ· τούτων. **) γρ. ταῦτά γε.
***) γρ. ἄμυθον. ἄλλ. ἄβυθον.
†) ἴσ. ἐνεῖναι.
††) ἴσ. Οὐκ ἄν, φάναι, εἴ γε.

species quaedam hominis vel ignis vel etiam aquae? Saepenumero, dixisse, Parmenide, de his dubitavi utrum sic de iis statui oporteat, ut de illis, an aliter. Num etiam de his, Socrate, quae ridicula videantur esse, velut capillus, lutum, sordes et aliud quid quod et abiectissimum et vilissimum sit, dubitas an dici oporteat etiam horum cuiusque speciem esse separatam, quae diversa sit ab eis quae nos manu tractemus, necne? Minime vero, dixisse Socratem, sed ea quidem quae videamus, haec etiam esse; speciem vero quandam eorum statuere vide ne sit nimis absurdum. aliquando tamen iam scrupulus me pupugit atque dubitatio, annon eadem esset omnium ratio; tum quando in hoc sto, in fugam me confero timens ne quando in vanitatem quandam fundum non habentem incidens peream. illuc vero quum perveni, ad ea quae modo diximus species habere, in haec incumbens operam confero. Iuvenis scilicet es adhuc, dixisse Parmenidem, necdum te cepit philosophia, quemadmodum te aliquando capiet, ut mea fert opinio, quum nihil illorum contemnes; nunc vero adhuc hominum respicis opiniones propter iuventutem. hoc iam dic mihi: videntur tibi, ut dicis, species quaedam esse, e quibus reliquae res hîc exstantes, quia earum partes habeant, nominentur, veluti similitudinis partem habentes similes, magnitudinis magnae, pulchritudinis vero et iustitiae iustae et pulchrae exsistant? Sane quidem, dixisse Socratem. Nonne aut universae speciei aut partis quicquid particeps est particeps erit? an alia quaepiam communitas praeter has reperietur? At quî reperiatur? inquit. Num igitur videtur tibi universa species in quaque esse rerum multarum, ita ut una sit? an quomodo? Quid vero impedit, dixisse Socratem, Parmenide, quominus ita insit? Dum igitur una est et eadem, in multis ac diversis universa simul inerit; quo quidem fiet, ut ipsa a se diversa sit. Minime vero, dixisse, si quidem, quemadmodum

ἅμα ἐστὶ, καὶ οὐδέν τι μᾶλλον αὐτὴ αὑτῆς χωρίς ἐστιν,
οὕτω καὶ ἕκαστον τῶν εἰδῶν ἓν *) ἐν πᾶσιν ἅμα ταὐτὸν εἴη.
Ἡδέως γε, φάναι, ὦ Σώκρατες, ἓν ταὐτὸν ἅμα πολλαχοῦ
ποιεῖς, οἷον εἰ ἱστίῳ καταπετάσας πολλοὺς ἀνθρώπους
φαίης **) ἐπὶ πολλοῖς εἶναι ὅλον. ἢ οὐ τὸ τοιοῦτον *, ἡγεῖ C
λέγειν; Ἴσως, φάναι. Ἦ οὖν ὅλον ἐφ' ἑκάστῳ τὸ ἱστίον
εἴη ἄν, ἢ μέρος αὐτοῦ ἄλλο ἐπ' ἄλλῳ; Μέρος. Μεριστὰ
ἄρα, φάναι, ὦ Σώκρατες, ἔστιν αὐτὰ τὰ εἴδη, καὶ τὰ με-
τέχοντα αὐτῶν μέρους ἂν μετέχοι, καὶ οὐκέτι ἐν ἑκάστῳ
ὅλον, ἀλλὰ μέρος [ἑκάστου] ἂν εἴη ***). Φαίνεται οὕτω γε.
Ἦ οὖν ἐθελήσεις, ὦ Σώκρατες, φάναι τὸ ἓν εἶδος ἡμῖν τῇ
ἀληθείᾳ μερίζεσθαι; καὶ ἔτι ἓν ἔσται ****); Οὐδαμῶς, εἰ-
πεῖν. Ὅρα γάρ, φάναι, εἰ αὐτὸ τὸ μέγεθος μεριεῖς, καὶ
ἕκαστον * τῶν πολλῶν μεγάλων μεγέθους μέρει σμικροτέρῳ αὐ- D
τοῦ τοῦ μεγέθους μέγα ἔσται, ἆρ' οὐκ ἄλογον φαίνεται;
Πάνυ γε, ἔφη. Τί δέ; τοῦ ἴσου μέρος ἕκαστον σμικρὸν
ἀπολαβόν τι ἕξει ᾧ ἐλάττονι ὄντι αὐτοῦ τοῦ ἴσου τὸ ἔχον
ἴσον τῳ ἔσται; Ἀδύνατον. Ἀλλὰ τοῦ σμικροῦ μέρος τις †)
ἡμῶν ἕξει, τούτου δὲ αὐτὸ ††) τὸ σμικρὸν μεῖζον ἔσται,
ἅτε μέρους αὐτοῦ ὄντος· καὶ οὕτω δὴ αὐτὸ τὸ σμικρὸν μεῖζον
ἔσται, ᾧ δ' ἂν προστεθῇ τὸ ἀφαιρεθέν, τοῦτο σμικρότερον
* ἔσται, ἀλλ' οὐ μεῖζον ἢ πρίν. Οὐκ ἂν γένοιτο, φάναι, ταῦτά γε. E
Τίν' οὖν τρόπον, εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, τῶν εἰδῶν σοι τἆλλα
μεταλήψεται, μήτε κατὰ μέρη μήτε κατὰ ὅλα μεταλαμβά-
νειν δυνάμενα; Οὐ μὰ τὸν Δία, φάναι, οὔ μοι δοκεῖ εὔ-
πολον εἶναι τὸ τοιοῦτον οὐδαμῶς διορίσασθαι. Τί δὲ δή; πρὸς
τόδε πῶς ἔχεις; Τὸ ποῖον; Οἶμαί σε ἐκ τοῦ τοιοῦδε ἓν
ἕκαστον * εἶδος οἴεσθαι εἶναι· ὅταν πόλλ' ἄττα μεγάλα σοι 132
δόξῃ εἶναι, μία τις ἴσως δοκεῖ ἰδέα ἡ αὐτὴ †††) εἶναι
ἐπὶ πάντα ἰδόντι, ὅθεν ἓν τὸ μέγα ἡγεῖ εἶναι. Ἀληθῆ λέ-
γεις, φάναι. Τί δ' αὐτὸ τὸ μέγα καὶ τἆλλα μεγάλα ††††),

---

*) γρ. ἓν ἐν πᾶσιν. ἴσ. ἓν ὂν ἐν πᾶσιν.
**) ἄλλ. φαίης ἕν. ἴσ. φαίης ἓν ὄν.
***) γρ. ἂν ἓν εἴη. ἄλλ. ἑκάστῳ ἂν ἐνείη.
****) μερίζεσθαι, καὶ—εἶναι; †) ἴσ. εἴ τις.
††) ἴσ. τούτου γε αὐ. †††) γρ. αὐτή. ††††) γρ. τὰ μεγάλα.

dies unus et idem exſtans multis ſimul eſt locis neque tamen ipſe a ſe diverſus eſt, ita etiam unaquaeque ſpecies in omnibus ſimul eadem ſit. Lepide quidem, repoſuiſſe illum, Socrate, unum ſimul multis locis idem facis, velut ſi velo obtegens multos homines dicas ſupra multos illud eſſe totum. annon tale quid te cenſes dicere? Forſitan, dixiſſe. Num totum ſupra quemque velum erit, an pars eius alia ſupra alium? Pars. Dividuae igitur, dixiſſe, Socrate, ſunt ipſae ſpecies vel quae earum partem habent partes habebunt, nec in quoque iam totum, ſed pars erit. Videtur ita quidem. Num igitur voles, Socrate, dicere unam ſpeciem nobis reapſe dividi, et adhuc unam eſſe? Minime vero, repoſuiſſe. Vide enim, dixiſſe, ſi ipſam magnitudinem divides et unum quodque multorum magnorum per magnitudinis partem, minorem ipſa magnitudine, magnum erit, nonne pugnans hoc videtur? Sane quidem, inquit. Quid porro? ipſius quod aequale eſt partem quidque parvam quandam accipiens habebit quo, licet id minus ſit ipſo aequali, tamen aequale cuipiam rei ſit? Fieri id nequit. At parvi partem ſi quis noſtrûm habebit, hac quidem rurſus parvum maius erit, utpote cuius pars ſit; et hac iam ratione ipſum parvum maius erit, cui vero pars addatur adempta, hoc minus erit, non maius quam antea. Minime, repoſuiſſe, hoc quidem poterit fieri. Quonam igitur modo, dixiſſe, Socrate, reliqua tibi ſpecies participabunt, ſi neque per partes neque per totum participare poterunt? Nec mehercule, repoſuiſſe illum, videtur mihi hoc facile eſſe ad definiendum. Quid vero? de hoc quid ſtatuis? Quale iſtud dicis? Arbitror te hinc unam quamque ſpeciem arbitrari eſſe: quando multa quaedam magna tibi videntur eſſe, una quaedam fortaſſe videtur ſpecies eadem eſſe in omnia intuenti, unde unum cenſes ipſum magnum eſſe. Vera dicis, repoſuiſſe illum. Quid vero

ἐὰν ὡσαύτως τῇ ψυχῇ ἐπὶ πάντα ἴδῃς, οὐχὶ ἕν τι αὖ μέγα
φανεῖται, ᾧ ταῦτα πάντα ἀνάγκη μεγάλα φαίνεσθαι; Ἔοι-
κεν. Ἄλλο ἄρα εἶδος μεγέθους ἀναφανήσεται, παρ' αὐτό τε
τὸ μέγεθος γεγονὸς καὶ τὰ μετέχοντα αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ τού-
τοις αὖ πᾶσιν * ἕτερον, ᾧ ταῦτα πάντα μεγάλα ἔσται· καὶ B
οὐκέτι δὴ ἓν ἕκαστόν σοι τῶν εἰδῶν ἔσται, ἀλλ' ἄπειρα τὸ
πλῆθος. Ἀλλά, φάναι, ὦ Παρμενίδη, τὸν Σωκράτη, μὴ
τῶν εἰδῶν ἕκαστον τούτων ᾖ νόημα, καὶ οὐδαμοῦ αὐτῷ
προσήκῃ ἐγγίγνεσθαι ἄλλοθι ἢ ἐν ψυχαῖς· οὕτω γὰρ ἂν ἓν
γε ἕκαστον εἴη καὶ οὐκ ἂν ἔτι πάσχοι ἃ νῦν δὴ ἐλέγετο.
Τί οὖν; φάναι, ἓν ἕκαστόν ἐστι τῶν νοημάτων, νόημα δὲ
οὐδενός; Ἀλλ' ἀδύνατον, εἰπεῖν. Ἀλλὰ τινός; Ναί. Ὄν-
τος ἢ οὐκ * ὄντος; Ὄντος. Οὐχ ἑνός τινος, ὃ ἐπὶ πᾶσιν C
ἐκεῖνο τὸ νόημα ἐπὸν νοεῖ, μίαν τινὰ οὖσαν ἰδέαν; Ναί.
Εἶτα οὐκ εἶδος ἔσται τοῦτο τὸ νοούμενον ἓν εἶναι, ἀεὶ ὂν *)
τὸ αὐτὸ ἐπὶ πᾶσιν; Ἀνάγκη αὖ φαίνεται. Τί δὲ δή; εἰ-
πεῖν τὸν Παρμενίδην, οὐκ ἀνάγκη, εἰ τἆλλα φῂς τῶν εἰ-
δῶν μετέχειν, ἢ δοκεῖν σοι ἐκ νοημάτων ἕκαστον εἶναι καὶ
πάντα νοεῖν, ἢ νοήματα ὄντα ἀνόητα εἶναι; Ἀλλ' οὐδὲ
τοῦτο, φάναι, ἔχει λόγον. ἀλλ', ὦ Παρμενίδη, μάλιστα
ἔμοιγε καταφαίνεται * ὧδε ἔχειν· τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥσπερ D
παραδείγματα ἑστάναι ἐν τῇ φύσει **), τὰ δὲ ἄλλα τούτοις
ἐοικέναι καὶ εἶναι ὁμοιώματα· καὶ ἡ μέθεξις αὕτη τοῖς ἄλ-
λοις γίγνεσθαι τῶν εἰδῶν οὐκ ἄλλη τις, ἢ εἰκασθῆναι αὐ-
τοῖς. Εἰ οὖν τι, ἔφη, ἔοικε τῷ εἴδει, οἷόν τε ἐκεῖνο τὸ
εἶδος μὴ ὅμοιον εἶναι τῷ εἰκασθέντι, καθ' ὅσον αὐτῷ ἀφω-
μοιώθη; ἢ ἔστι τις μηχανὴ τὸ ὅμοιον μὴ ὁμοίῳ ὅμοιον εἶ-
ναι; Οὐκ ἔστιν. Τὸ δὲ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἆρ' οὐ μεγάλη
ἀνάγκη ἑνὸς τοῦ αὐτοῦ * εἴδους μετέχειν; Ἀνάγκη. Οὗ δ' E

---

*) ἴσ. τοῦτο τὸ νοούμενον, ἓν ἀεὶ ὂν κτλ.

**) ἄλλ. τῇ φύσει.

ipsum magnum et reliqua quae magna sunt, quum similiter animo in omnia intueris, nonne unum quoddam etiam magnum videbitur, quo haec omnia necesse sit magna videri? Patet. Alia igitur species magnitudinis sese offeret seorsum ab ipsa magnitudine exstans et ab eis quae hanc participant; et praeter haec omnia aliud rursum, quo haec omnia magna erunt; ex quo efficitur ut non una quaevis tibi formarum sit, sed infinitae ad multitudinem. At, dixisse, Parmenide, Socratem, vide ne formarum quaeque sit cogitatio, neque usquam alibi ei conveniat esse nisi in animis; ita enim una quaevis erit nec iam patietur quae modo dicebantur. Quid vero? reposuisse illum, una quaeque est cogitationum, nullius vero rei cogitatio? At fieri hoc nequit, dixisse. Sed alicuius rei? Ita. Eiusne quae est, an quae non est? Eius quae est. Nonne uniuscuiusdam rei, quam in omnibus exstantem cogitatio illa cogitat, ut quae una quaedam sit species? Vero. Ergo nonne species erit hoc quod cogitatur, ut quod unum et idem semper sit in omnibus? Necesse rursus videtur. Quid porro? dixisse Parmenidem, nonne necesse est, si reliqua dicis species participare, aut videri tibi e cogitationibus unumquodque constare omniaque cogitare, aut, licet cogitationes sint, tamen non esse cogitantia? Sed nec hoc, reposuisse illum, consentaneum est. at, Parmenide, sic potissimum mihi videtur se res habere: hae species mihi videntur tamquam exemplaria in rerum natura consistere, reliqua autem his esse similia eorumque simulacra; et communitas ipsa, qua ceterae res cum formis teneantur, alia nulla esse nisi similitudo cum ipsis. Quodsi quid, ait ille, simile est formae, num fieri potest ut forma haec non sit similis ei quod illius similitudinem, quantum eius imaginem exprimit? an fieri potest ut quod simile est, simili non sit simile? Minime vero potest. Quod vero simile est nonne prorsus necesse est unam eandemque speciem habere atque alterum simile? Ne-

ἂν τὰ ὅμοια μετέχοντα ὅμοια ᾖ, οὐκ ἐκεῖνο ἔσται αὐτὸ τὸ εἶδος; Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκ ἄρα οἷόν τέ τι τῷ εἴδει ὅμοιον εἶναι, οὐδὲ τὸ εἶδος ἄλλῳ· εἰ δὲ μή, παρὰ τὸ εἶδος ἀεὶ ἄλλο ἀναφανήσεται εἶδος, καὶ ἂν ἐκεῖνό τῳ ὅμοιον ᾖ, *ἕτερον αὖ, καὶ οὐδέποτε παύσεται ἀεὶ καινὸν εἶδος γιγνό- 133
μενον, ἐὰν καὶ τὸ εἶδος τῷ ἑαυτοῦ μετέχοντι ὅμοιον γίγνηται. Ἀληθέστατα λέγεις. Οὐκ ἄρα ὁμοιότητι τἄλλα τῶν εἰδῶν μεταλαμβάνει, ἀλλά τι ἄλλο δεῖ ζητεῖν ᾧ μεταλαμβάνει. Ἔοικεν. Ὁρᾷς οὖν, φάναι, ὦ Σώκρατες, ὅση ἡ ἀπορία, ἐάν τις ὡς εἴδη ὄντα αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ διορίζηται; Καὶ μάλα. Εὖ τοίνυν ἴσθι, φάναι, ὅτι ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐδέπω ἅπτει αὐτῆς ὅση ἐστὶν ἡ * ἀπορία, εἰ ἓν εἶδος ἕκαστον B
τῶν ὄντων ἀεί τι ἀφοριζόμενος θήσεις. Πῶς δή; εἰπεῖν. Πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, φάναι, μέγιστον δὲ τόδε· εἴ τις φαίη μηδὲ προσήκειν αὐτὰ γιγνώσκεσθαι ὄντα τοιαῦτα οἷά φαμεν δεῖν εἶναι τὰ εἴδη, τῷ ταῦτα λέγοντι οὐκ ἂν ἔχοι τις ἐνδείξασθαι ὅτι ψεύδεται, εἰ μὴ πολλῶν μὲν τύχοι ἔμπειρος ὢν ὁ ἀμφισβητῶν καὶ μὴ ἀφυής, ἐθέλοι δὲ *) πάνυ πολλὰ καὶ πόῤῥωθεν πραγματευομένου τοῦ ἐνδεικνυμένου ἕπεσθαι· ἀλλ' ἀπίθανος * ἂν εἴη ὁ ἄγνωστα ἀναγκάζων αὐτὰ εἶναι. Πῇ C
δή, ὦ Παρμενίδη; φάναι τὸν Σωκράτην. Ὅτι, ὦ Σώκρατες, οἶμαι ἂν καὶ σὲ καὶ ἄλλον, ὅστις αὐτήν τινα καθ' αὑτὴν αὐτοῦ ἑκάστου οὐσίαν τίθεται εἶναι, ὁμολογῆσαι ἂν **) πρῶτον μὲν μηδεμίαν αὐτῶν εἶναι ἐν ἡμῖν. Πῶς γὰρ ἂν αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἔτι εἴη; φάναι τὸν Σωκράτην. Καλῶς λέγεις, εἰπεῖν. οὐκοῦν καὶ ὅσαι τῶν ἰδεῶν πρὸς ἀλλήλας εἰσὶν αἵ εἰσιν, αὐταὶ πρὸς αὑτὰς τὴν οὐσίαν ἔχουσιν, ἀλλ'
* οὐ πρὸς τὰ παρ' ἡμῖν εἴτε ὁμοιώματα εἴτε ὅπῃ δή τις D
αὐτὰ τίθεται, ὧν ἡμεῖς μετέχοντες εἶναι ἕκαστα ἐπονομαζόμεθα, τὰ δὲ παρ' ἡμῖν ταῦτα, ὁμώνυμα ὄντα ἐκείνοις, αὐτὰ αὖ πρὸς αὑτά ἐστιν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὰ εἴδη, καὶ ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐκ ἐκείνων ὅσα αὖ ὀνομάζεται οὕτως; Πῶς

---

*) ἴσ. **ἔμπειρος ὢν καὶ μὴ ἀφυής, ἐθέλοι δὲ ὁ ἀμφισβητῶν** κτλ.

) ἴσ. **ὁμολογῆσαι.

cesse est. Iam quod similia dum habent similia sunt, hoc nonne ipsa erit species? Prorsus ita est. Fieri igitur nequit ut aliquid formae simile sit, neque forma alii rei; alioquin praeter formam semper alia apparebit forma, et si haec alicui rei similis sit, alia rursus, nec umquam desinet nova semper forma exsistere, quando videlicet forma ei quod ipsam participat similis est. Verissima dicis. Non ergo similitudine reliqua formas participant, sed aliud quid oportet quaeri quo participent. Videtur. Videsne igitur, dixisse, Socrate, quanta sit haesitatio, si quis formas per se ipsas esse statuat? Sane quidem. Probe vero scito, dixisse, te ferme ne assequi quidem adhuc, quanta sit haesitatio, si quamque speciem ponas ut rerum semper aliquam secernas. Quomodo? interrogasse. Quum multa alia, dixisse, tum hoc difficillimum: si quis dixerit ne cadere quidem hoc in eas ut cognoscantur, si tales sint quales dicimus formas necessario esse, hoc statuenti nemo habebit probare ipsum falli, nisi multarum rerum peritus sit nec ingenio careat, is vero qui in controversiam illud vocaverit, permulta alteque petita anquirente eo qui probare istud instituerit, sequi possit: attamen persuaderi non poterit, qui eas contenderit cognosci non posse. Cur tandem, Parmenide? interrogasse Socratem. Quia, Socrate, arbitror et te et alium, qui ipsam per se uniuscuiusque formae naturam posuerit esse, confiteri primum nullam earum esse in nobis. Quomodo enim ipsa per se ita foret? dixisse Socratem. Praeclare dicis. nonne etiam, quaecumque formae inter se sunt eae quae sunt, ad se ipsae naturam habent, non ad ea quae apud nos sunt simulacra, sive quomodocumque quis ea ponit, quae nos participantes singulis signamur nominibus, itemque res hîc apud nos exstantes, quae cognomines illarum sunt, ad se ipsae sunt, non ad formas, et ad se referuntur, non ad illa quaecumque eisdem etiam nuncupantur nominibus? Quomodo dicis?

λέγεις; φάναι τὸν Σωκράτην. Οἷον, φάναι τὸν Παρμενίδην,
εἴ τις ἡμῶν του δεσπότης ἢ δοῦλός ἐστιν, οὐκ αὐτοῦ δε-
σπότου δήπου, ὃ ἔστι δεσπότης, ἐκείνου δοῦλός * ἐστιν, E
οὐδὲ αὐτοῦ δούλου, ὃ ἔστι δοῦλος, δεσπότης ὁ δεσπότης,
ἀλλ' ἄνθρωπος ὢν ἀνθρώπου ἀμφότερα ταῦτά ἐστιν, αὐτὴ
δὲ δεσποτεία αὐτῆς δουλείας ἐστὶν ὃ ἐστι, καὶ δουλεία *)
ὡσαύτως, αὐτὴ δουλεία αὐτῆς δεσποτείας. ἀλλ' οὐ τὰ ἐν
ἡμῖν πρὸς ἐκεῖνα τὴν δύναμιν ἔχει οὐδὲ ἐκεῖνα πρὸς ἡμᾶς,
ἀλλ', ὃ λέγω, αὐτὰ αὐτῶν καὶ πρὸς αὐτὰ ἐκεῖνά * τέ ἐστι, 134
καὶ τὰ παρ' ἡμῖν ὡσαύτως πρὸς ἑαυτά. ἢ οὐ μανθάνεις ὃ
λέγω; Πάνυ γ', εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, μανθάνω. Οὐκοῦν
καὶ ἐπιστήμη, φάναι, αὐτὴ μὲν ὃ ἔστιν ἐπιστήμη, τῆς ὃ
ἔστιν ἀλήθεια, αὐτῆς ἂν ἐκείνης εἴη ἐπιστήμη; Πάνυ γε.
Ἑκάστη δὲ αὖ τῶν ἐπιστημῶν ἣ ἔστιν **), ἑκάστου τῶν
ὄντων, ὃ ἔστιν, εἴη ἂν ἐπιστήμη· ἢ οὔ; Ναί. Ἡ δὲ
παρ' ἡμῖν ἐπιστήμη οὐ τῆς παρ' ἡμῖν ἂν ἀληθείας εἴη; καὶ
αὖ ἑκάστη ἡ παρ' ἡμῖν ἐπιστήμη τῶν παρ' ἡμῖν ὄντων ἑκά-
στου * ἂν ἐπιστήμη ξυμβαίνοι εἶναι; Ἀνάγκη. Ἀλλὰ μὴν B
αὐτά γε τὰ εἴδη, ὡς ὁμολογεῖς, οὔτε ἔχομεν οὔτε παρ' ἡμῖν
οἷόν τε εἶναι. Οὐ γὰρ οὖν. Γιγνώσκεται δέ γέ που ὑπ'
αὐτοῦ τοῦ εἴδους τοῦ τῆς ἐπιστήμης αὐτὰ τὰ γένη ἃ ἔστιν
ἕκαστα; Ναί. Ὅ γε ἡμεῖς οὐκ ἔχομεν. Οὐ γάρ. Οὐκ
ἄρα ὑπό γε ἡμῶν γιγνώσκεται τῶν εἰδῶν οὐδέν, ἐπειδὴ αὐ-
τῆς ἐπιστήμης οὐ μετέχομεν. Οὐκ ἔοικεν. Ἄγνωστον ἄρα
ἡμῖν ἐστι καὶ αὐτὸ τὸ καλὸν ὃ ἔστι καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ
* πάντα ἃ δὴ ὡς ἰδέας αὐτὰς οὔσας ὑπολαμβάνομεν. Κιν- C
δυνεύει. Ὅρα δὴ ἔτι τούτου δεινότερον τόδε. Τὸ ποῖον;
Φαίης ἂν που ***), εἴπερ ἔστιν αὐτό τι γένος ἐπιστήμης,
πολὺ αὐτὸ ἀκριβέστερον εἶναι ἢ τὴν παρ' ἡμῖν ἐπιστήμην;
καὶ κάλλος καὶ τἄλλα πάντα οὕτως; Ναί. Οὐκοῦν, εἴπερ τι
ἄλλο αὐτῆς ἐπιστήμης μετέχει, οὐκ ἄν τινα μᾶλλον ἢ θεὸν
φαίης ἔχειν τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην; Ἀνάγκη. Ἆρ' οὖν

---

*) ἴσ. αὐτῆς δουλείας ἐστὶν ὃ ἔστι δουλεία, καὶ ὡσαύτως αὐτὴ δουλεία κτλ.

) ἴσ. ὃ ἔστιν. *) ἄλλ. Φαίης ἄν, ἢ οὔ;

rogasse Socratem. Hoc verbi causa, dixisse Parmenidem. si quis nostrûm dominus vel servus est, non ipsius domini, id est, domini per se, servus est, neque ipsius servi, id est, servi per se, dominus est is qui dominus est, sed homo hominis utrumque hoc est, ipsa vero dominatio ipsius est servitutis, id est, servitutis per se, itemque servitus ipsa est ipsius dominationis. neque enim quae in nobis sunt ad illa vim habent neque illa ad nos, sed, quod dixi, ipsa sui ipsorum et ad se ipsa illa sunt, itemque quae apud nos exstant ad se ipsa. an non intelligis quod dico? Sane quidem, dixisse Socratem, intelligo. Nonne etiam scientia, dixisse, ipsa per se eius quae ipsa per se est veritatis erit scientia? Sane quidem. Quaeque rursus scientiarum quae per se est cuiusque rerum per se exstantis erit scientia; nonne? Vero. Scientia autem quae apud nos est, nonne eius quae apud nos exstat veritatis erit? itemque unaquaeque apud nos exstans scientia rerum apud nos exstantium cuiusque scientia reperietur? Necesse est. Iam vero ipsas formas, ut confiteris, neque habemus neque apud nos illae possunt esse. Minime vero. Cognoscuntur autem ab ipsa forma scientiae ipsa quae per se sunt quaeque genera? Ita. Quam quidem nos non habemus. Non habemus. Non ergo a nobis cognoscitur formarum ulla, quandoquidem ipsius scientiae nullam habemus partem. Non videtur. Scientiam igitur nostram fugiunt ipsum pulchrum per se et bonum omniaque quae formas ipsas esse statuimus. Videtur sane. Considera iam hoc quod illo etiam gravius est. Quidnam istud? Affirmabisne, siquidem ipsum quoddam genus sit scientiae, multo id perfectius esse quam quae apud nos exstet scientia? etiam pulchritudinem et reliqua omnia se sic habere? Etiam. Nonne igitur, si quisquam ipsius scientiae partem habet, neminem potius quam deum dices perfectissimam habere scien-

οἷός τε αὖ ἔσται ὁ θεὸς τὰ * παρ' ἡμῖν γιγνώσκειν αὐτὴν D
ἐπιστήμην ἔχων; Τί γὰρ οὔ; Ὅτι, ἔφη ὁ Παρμενίδης,
ὡμολόγηται ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, μήτ' ἐκεῖνα τὰ εἴδη πρὸς τὰ
παρ' ἡμῖν τὴν δύναμιν ἔχειν ἣν ἔχει, μήτε τὰ παρ' ἡμῖν
πρὸς ἐκεῖνα, ἀλλ' αὐτὰ πρὸς αὑτὰ ἑκάτερα. Ὡμολόγηται γάρ.
Οὐκοῦν, εἰ παρὰ τῷ θεῷ αὐτή*) ἐστιν ἡ ἀκριβεστάτη δεσπο-
τεία καὶ αὐτὴ**) ἡ ἀκριβεστάτη ἐπιστήμη, οὔτ' ἂν ἡ δε-
σποτεία ἡ ἐκείνων ἡμῶν ποτε ἂν δεσπόσειεν, * οὔτ' ἂν ἡ E
ἐπιστήμη ἡμᾶς γνοίη, οὐδέ τι ἄλλο τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ
ὁμοίως ἡμεῖς τ' ἐκείνων οὐκ ἄρχομεν τῇ παρ' ἡμῖν ἀρχῇ
οὐδὲ γιγνώσκομεν τοῦ θείου οὐδὲν τῇ ἡμετέρᾳ ἐπιστήμῃ,
ἐκεῖνοί τε αὖ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον οὔτε δεσπόται ἡμῶν εἰ-
σὶν οὔτε γιγνώσκουσι τὰ ἀνθρώπινα πράγματα θεοὶ ὄντες.
Ἀλλὰ μὴ λίαν, ἔφη, ᾖ θαυμαστὸς***) ὁ λόγος, εἴ τις τὸν
θεὸν ἀποστερήσε****) τοῦ εἰδέναι. Ταῦτα μέντοι, ὦ Σώ-
κρατες, ἔφη ὁ Παρμενίδης, καὶ ἔτι ἄλλα πρὸς τούτοις
* πάνυ πολλὰ ἀναγκαῖον ἔχειν τὰ εἴδη, εἰ εἰσὶν αὗται†) αἱ 135
ἰδέαι τῶν ὄντων καὶ ὁριεῖταί τις αὐτό τι ἕκαστον††) εἶ-
δος· ὥστε ἀπορεῖν τε τὸν ἀκούοντα καὶ ἀμφισβητεῖν ὡς
οὔτε ἔστι ταῦτα, εἴτε ὅτι μάλιστα εἴη, πολλὴ ἀνάγκη αὐτὰ
εἶναι τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἄγνωστα· καὶ ταῦτα λέγοντα δο-
κεῖν τέ τι λέγειν καί, ὃ ἄρτι ἐλέγομεν, θαυμαστῶς ὡς δυσ-
ανάπειστον εἶναι· καὶ ἀνδρὸς πάνυ μὲν εὐφυοῦς τοῦ δυνη-
σομένου μαθεῖν ὡς ἔστι γένος τι ἑκάστου καὶ οὐσία αὐτὴ
καθ' * αὑτήν, ἔτι δὲ θαυμαστοτέρου τοῦ εὑρήσοντος καὶ B
ἄλλον δυνησομένου διδάξαι, ταῦτα πάντα ἱκανῶς διευκρινη-
σάμενον. Ξυγχωρῶ σοι, ἔφη, ὦ Παρμενίδη, ὁ Σωκράτης·
πάνυ γάρ μοι κατὰ νοῦν λέγεις. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπεν ὁ Παρ-
μενίδης, εἴ γέ τις δή†††), ὦ Σώκρατες, αὖ μὴ ἐάσει εἴδη
τῶν ὄντων εἶναι, εἰς πάντα τὰ νῦν δὴ καὶ ἄλλα τοιαῦτα
ἀποβλέψας, μηδέ τι††††) ὁριεῖται εἶδος ἑνὸς ἑκάστου,
οὐδὲ ὅποι τρέψει τὴν διάνοιαν ἕξει, μὴ ἐῶν ἰδέαν τῶν ὄν-

---

*) γρ. αὕτη ἐστίν. **) γρ. αὕτη. ***) γρ. ἔφη, θαυμαστός. ****) ἄλλ. ἀποστερήσειε. †) ἴσ. αὐταί. ††) ἴσ. ἑκάστου. †††) γρ. εἰ δή γέ τις. ††††) γρ. μηδὲ ὁριεῖται.

tiam? Necesse est. Num vero poterit deus ea quae apud nos sunt cognoscere ipsam scientiam tenens? Cur non? Quia, inquit Parmenides, confessi sumus, Socrate, neque illas formas ad res apud nos exstantes vim habere quam habeant, neque res apud nos exstantes ad illas, sed ipsas inter se utrasque. Confessi vero sumus. Igitur si apud deum ipsa est perfectissima dominatio ipsaque perfectissima scientia, neque dominatio illorum in nos umquam dominabitur, neque scientia nos cognoscet neque aliud quid eorum quae apud nos sunt, sed pari modo neque nos illis imperamus eo quod apud nos est imperio nec cognoscimus divini quid nostra scientia, neque illi eadem ratione dominatores nostri sunt nec cognoscunt res humanas, licet dii sint. At vide ne nimis, ait, admirabilis sit haec ratio, si quis deum privet scientia. Haec tamen, Socrate, inquit Parmenides, et alia praeterea permulta necesse est habere formas, si ipsae sunt species rerum et censet quispiam ipsam aliquam esse cuiusque formam: quocirca haesitabit is qui audit atque contendet non esse illas, vel, si sint maxime, fieri non posse quin humanae naturae fugiant scientiam; atque haec dicens existimabit se non solum aliquid dicere, verum etiam, quod supra monuimus, mirum quam difficile ad aliam inducetur persuasionem; et viri erit eximia indole posse percipere, genus quoddam esse cuiusque naturamque ipsam per se, et magis etiam admirandi invenire aliumque posse docere haec omnia satis explanantem. Concedo tibi, inquit, Parmenide, Socrates; prorsus enim ex animi mei sententia dicis. Sed tamen, ait Parmenides, si quis, Socrate, contra non siverit formas rerum esse, omnia modo memorata et alia id genus respiciens, neque formam aliquam posuerit uniuscuiusque, nec habebit quo mentem vertat, non sinens speciem cuiusque rerum ipsam semper esse, et hac

των * ἑκάστου τὴν αὐτὴν *) ἀεὶ εἶναι, καὶ οὕτω τὴν τοῦ C
διαλέγεσθαι δύναμιν παντάπασι διαφθερεῖ. τοῦ τοιούτου μὲν
οὖν μοι δοκεῖς καὶ μᾶλλον ᾐσθῆσθαι. Ἀληθῆ λέγεις, φάναι.
Τί οὖν ποιήσεις φιλοσοφίας πέρι; ποῖ **) τρέψει ἀγνο-
ουμένων τούτων; Οὐ πάνυ μοι δοκῶ καθορᾶν ἔν γε τῷ
παρόντι. Πρῲ γάρ, εἰπεῖν, πρὶν γυμνασθῆναι, ὦ Σώκρα-
τες, ὁρίζεσθαι ἐπιχειρεῖς καλόν τε τί ***) καὶ δίκαιον καὶ
ἀγαθὸν καὶ ἓν ἕκαστον τῶν εἰδῶν· ἐνενόησα γὰρ καὶ
* πρώην σου ἀκούων διαλεγομένου ἐνθάδε Ἀριστοτέλει τῷδε. D
καλὴ μὲν οὖν καὶ θεία, εὖ ἴσθι, ἡ ὁρμὴ ἣν ὁρμᾷς ἐπὶ
τοὺς λόγους· ἕλκυσον δὲ σαυτὸν καὶ γύμνασαι μᾶλλον διὰ
τῆς δοκούσης ἀχρήστου εἶναι καὶ καλουμένης ὑπὸ τῶν πολ-
λῶν ἀδολεσχίας, ἕως ἔτι νέος εἶ· εἰ δὲ μή, σὲ διαφεύξεται ἡ
ἀλήθεια. Τίς οὖν ὁ τρόπος, φάναι, ὦ Παρμενίδη, τῆς
γυμνασίας; Οὗτος, εἰπεῖν, ὅνπερ ἤκουσας Ζήνωνος. πλὴν
τοῦτό γέ σου καὶ πρὸς τοῦτον ἠγάσθην, * εἰπόντος ὅτι οὐκ E
εἴας ἐν τοῖς ὁρωμένοις οὐδὲ περὶ ταῦτα τὴν πλάνην ἐπισκο-
πεῖν, ἀλλὰ περὶ ἐκεῖνα ἃ μάλιστά τις ἂν λόγῳ λάβοι καὶ
εἴδη †) ἂν ἡγήσαιτο εἶναι. Δοκεῖ γάρ μοι, ἔφη, ταύτῃ γε
οὐδὲν χαλεπὸν εἶναι καὶ ὅμοια καὶ ἀνόμοια καὶ ἄλλο ὁτιοῦν
τὰ ὄντα πάσχοντα ἀποφαίνειν. Καὶ καλῶς γ', ἔφη. χρὴ δὲ
καὶ τόδε ἔτι πρὸς τούτῳ ποιεῖν, μὴ μόνον, εἰ ἔστιν ἕκαστον,
ὑποθέμενον σκοπεῖν τὰ ξυμβαίνοντα * ἐκ τῆς ὑποθέσεως, 136
ἀλλὰ καί, εἰ μή ἐστι τὸ αὐτὸ τοῦτο, ὑποτίθεσθαι, εἰ βούλει
μᾶλλον γυμνασθῆναι. Πῶς λέγεις; φάναι. Οἷον, ἔφη, εἰ
βούλει περὶ ταύτης τῆς ὑποθέσεως ἣν Ζήνων ὑπέθετο, εἰ
πολλά ἐστι, τί χρὴ ξυμβαίνειν καὶ αὐτοῖς τοῖς πολλοῖς πρὸς
αὑτὰ καὶ πρὸς τὸ ἓν καὶ τῷ ἑνὶ πρός τε αὑτὸ καὶ πρὸς τὰ
πολλά· καὶ αὖ εἰ μή ἐστι πολλά, πάλιν σκοπεῖν τί ξυμβή-
σεται καὶ τῷ ἑνὶ καὶ τοῖς πολλοῖς καὶ πρὸς αὑτὰ καὶ πρὸς
ἄλληλα· καὶ * αὖθις αὖ ἐὰν ὑποθῇ, εἰ ἔστιν ὁμοιότης ἢ εἰ B
μή ἐστι, τί ἐφ' ††) ἑκατέρας τῆς ὑποθέσεως ξυμβήσεται καὶ

*) ἴσ. ἑκάστου αὐτήν. **) γρ. πῇ.
***) ἄλλ. καλόν τέ τι. ἴσ. καλόν τέ τι αὐτὸ καὶ δίκαιον.
†) γρ. ἤδη. ἴσ. ἀληθῆ. ††) ἴσ. ἐξ.

quidem ratione disserendi facultatem prorsus tollet. hoc vero mihi videris etiam magis perspectum habere. Vera dicis, reposuisse illum.

Iam quid facies ad philosophiam quod attinet? quo te vertes haec si te fugiunt? Non satis mihi videor hoc perspicere in praesentia. Maturius enim, dixisse, antequam te exercueris, Socrate, ponere instituis pulchrum quid per se et iustum et bonum et unamquamque formarum; cognovi enim etiam paullo ante quum te hic audirem disputantem cum hocce Aristotele. pulcher et divinus, probe scito, est animi impetus qui te fert ad disputationes; inflecte vero te ipse et exerce te magis in ea, quae videtur inutilis esse et volgo dici solet, garrulitate, dum iuvenis adhuc es; sin minus, fugiet te veritas. Qui vero modus est, dixisse, Parmenide, exercitationis? Iste, reposuisse illum, quem audivisti a Zenone. verumtamen in isto quidem te etiam ad hunc admiratus sum quod dixisti, te non sinere in eis quae sub adspectum venirent nec de his liberam haberi disputationem, sed de illis quae maxime aliquis ratione comprehenderet et vera censeret esse. Videtur enim mihi, inquit, illa quidem ratione nequaquam difficile esse demonstrare ea quae sint et similia et dissimilia esse et quodvis aliud pati. Et recte quidem, ait. hoc vero etiam praeterea faciendum est, ut non solum, quidque esse sumens, videas quae sint consequentia illi sumptioni, verum etiam, si non esse idem hoc sumas, si magis vis exerceri. Quomodo ais? dixisse. Veluti, inquit, si vis de hac quam Zeno posuit sumptione, multa esse, quid oporteat consequi tam ipsis multis ad se ipsa et ad unum, quam uni ad se ipsum et ad multa; itemque si non esse multa sumpseris, rursus videndum est quid consequuturum sit tam uni quam multis et ad se ipsa et inter se; et rursus si sumpseris, esse similitudinem vel non esse, quid ex utraque sumptione consequuturum

αὐταῖς ταῖς ὑποτεθεῖσι καὶ ταῖς ἄλλοις καὶ πρὸς αὐτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα. καὶ περὶ ἀνομοίου ὁ αὐτὸς λόγος, καὶ περὶ κινήσεως καὶ *) στάσεως, καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μὴ εἶναι. καὶ ἑνὶ λόγῳ, περὶ ὅτου ἂν ἀεὶ ὑποθῇ ὡς ὄντος καὶ οὐκ ὄντος καὶ ὁτιοῦν ἄλλο πάθος πάσχοντος, δεῖ σκοπεῖν τὰ ξυμβαίνοντα πρὸς αὐτὸ * καὶ πρὸς ἓν ἕκαστον τῶν ἄλλων, ὅ τι ἂν προέλῃ, C καὶ πρὸς πλείω καὶ πρὸς ξύμπαντα ὡσαύτως· καὶ τἄλλα αὖ πρὸς αὐτά τε καὶ πρὸς ἄλλο ὅ τι ἂν προαιρῇ ἀεί, ἐάν τε ὡς ὂν ὑποθῇ ὃ ὑπετίθεσο **), ἐάν τε ὡς μὴ ὄν, εἰ μέλλεις τελέως γυμνασάμενος κυρίως διόψεσθαι τὸ ἀληθές. Ἀμήχανόν γ', ἔφη, λέγεις, ὦ Παρμενίδη, πραγματείαν, καὶ οὐ σφόδρα μανθάνω. ἀλλά μοι τί οὐ διῆλθες αὐτὸς ὑποθέμενός τι, ἵνα μᾶλλον καταμάθω; * Πολὺ ἔργον, φάναι, ὦ D Σώκρατες, προστάττεις ὡς τηλικῷδε. Ἀλλὰ σύ, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, Ζήνων, τί οὐ διῆλθες ἡμῖν; Καὶ τὸν Ζήνωνα ἔφη γελάσαντα φάναι, Αὐτοῦ, ὦ Σώκρατες, δεώμεθα Παρμενίδου· μὴ γὰρ οὐ φαῦλον ᾖ ὃ λέγει. ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅσον ἔργον προστάττεις; εἰ μὲν οὖν πλείους ἦμεν, οὐκ ἂν ἄξιον ἦν δεῖσθαι· ἀπρεπῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα πολλῶν ἐναντίον λέγειν ἄλλως τε καὶ τηλικούτῳ· ἀγνοοῦσι γὰρ οἱ πολλοὶ ὅτι ἄνευ ταύτης * τῆς διὰ πάντων διεξόδου τε καὶ πλάνης ἀδύνατον E ἐντυχόντα τῷ ἀληθεῖ νοῦν σχεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Παρμενίδη, Σωκράτει ξυνδέομαι, ἵνα καὶ αὐτὸς διακούσω διὰ χρόνου.

Ταῦτα δὴ εἰπόντος τοῦ Ζήνωνος, ἔφη ὁ Ἀντιφῶν φάναι τὸν Πυθόδωρον, αὐτόν τε δεῖσθαι τοῦ Παρμενίδου καὶ τὸν Ἀριστοτέλη καὶ τοὺς ἄλλους, ἐνδείξασθαι ὃ λέγοι καὶ μὴ ἄλλως ποιεῖν. Τὸν οὖν Παρμενίδην, Ἀνάγκη, φάναι, πείθεσθαι. καίτοι δοκῶ μοι τὸ τοῦ Ἰβυκείου * ἵππου πε- 137 πονθέναι, ᾧ ἐκεῖνος, ἀθλητῇ ὄντι καὶ πρεσβυτέρῳ, ὑφ' ἅρματι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμοντι τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀπεικάζων ἄκων ἔφη καὶ αὐτὸς οὕτω πρεσβύτης

---

*) γρ. καὶ περὶ.

**) ἴσ. ὑπέθεσο.

sit et ipsis illis sumptis et reliquis tam ad se ipsa quam inter se. et eadem est ratio dissimilitudinis, motus et status, generationis et interitus et ipsius eius quod est et eius quod non est. et uno verbo quicquid posueris esse vel non esse aliudve quodpiam pati, oportet te videre consequentia ad se ipsum et ad unumquodque reliquorum quod elegeris, et ad plura cunctaque similiter; et reliqua quoque ad se ipsa et ad aliud quodcumque elegeris, sive esse sumpseris id quod sumpseris sive non esse, si vis perfecte exercitatus penitus perspicere verum. Immensum vero memoras, Parmenide, negotium nec satis intelligo. sed quin tu mihi explicas ipse sumens aliquid, ut magis percipiam? Magnum munus, dixisse, Socrate, iniungis mihi aetate tam provecto. At tu, rogasse Socratem, Zeno, quin explicas nobis? Et Zenonem narravit ridentem reposuisse Ipsum, Socrate, rogemus Parmenidem; vereor enim ut leve sit quod dicit. an non vides quam magnum munus iniungas? quodsi plures essemus, par non foret eum rogari: neque enim decet talia coram multis dici, praesertim viro tam grandi natu; nesciunt scilicet plerique fieri non posse ut quis sine hac per omnia percurrente expositione liberaque disputatione verum adipiscatur et intelligentiae compos fiat. iam ego, Parmenide, cum Socrate te oro, ut ipse quoque audiam longo intervallo.

Quae quum dixisset Zeno, narravit Antiphon retulisse Pythodorum et se ipsum orasse Parmenidem et Aristotelem et reliquos, ut specimen daret eius quod diceret nec aliter faceret. Tum Parmenidem Oportet, dixisse, me obtemperare. quamquam videor mihi pati quod Ibycius equus, cui, certaminibus exercitato et seniori, sub curru certaturo et propter experientiam extimescenti de eventu, se ipse ille assimilans invitum se quoque dixit tam grandem natu cogi ad amorem re-

ὢν εἰς τὸν ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι ἰέναι. κἀγώ μοι δοκῶ με-
μνημένος μάλα φοβεῖσθαι, πῶς χρὴ τηλικόνδε ὄντα διανεῦ-
σαι τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον πλῆθος *) λόγων. ὅμως δέ
(δεῖ γὰρ χαρίζεσθαι, ἐπειδὴ καὶ ὁ Ζήνων λέγει)· αὐτοὶ γάρ
ἐσμεν **). πόθεν οὖν δὴ ἀρξόμεθα, * καὶ τί πρῶτον ὑπο- B
θησόμεθα; ἢ βούλεσθε, ἐπειδήπερ δοκεῖ πραγματειώδη παι-
διὰν παίζειν, ἀπ' ἐμαυτοῦ ἄρξωμαι καὶ τῆς ἐμαυτοῦ ὑποθέ-
σεως, περὶ τοῦ ἑνὸς αὐτοῦ ὑποθέμενος, εἴτε ἕν ἐστιν εἴτε
μὴ ἕν, τί χρὴ ξυμβαίνειν; Πάνυ μὲν οὖν, φάναι τὸν Ζή-
νωνα. Τίς οὖν, εἰπεῖν, μοὶ ἀποκρινεῖται; ἢ ὁ νεώτατος;
ἥκιστα γὰρ ἂν πολυπραγμονοῖ, καὶ ἃ οἴεται μάλιστ' ἂν ἀ-
ποκρίναιτο· καὶ ἅμα ἐμοὶ ἀνάπαυλα ἂν εἴη ἡ ἐκείνου ἀπό-
κρισις. * Ἕτοιμός σοι, ὦ Παρμενίδη, φάναι [τοῦτον] ***) C
τὸν Ἀριστοτέλην· ἐμὲ γὰρ λέγεις τὸν νεώτατον λέγων. ἀλλ'
ἐρώτα ὡς ἀποκρινουμένου.

Εἶεν δή, φάναι, εἰ †) ἕν ἐστιν, ἄλλο τι οὐκ ἂν εἴη
πολλὰ τὸ ἕν; Πῶς γὰρ ἄν; Οὔτε ἄρα μέρος αὐτοῦ οὔτε
ὅλον αὐτὸ δεῖ εἶναι. Τί δή; Τὸ μέρος που μέρος ὅλου
ἐστίν. Ναί. Τί δὲ τὸ ὅλον; οὐχὶ οὗ ἂν μέρος μηδὲν ἀπῇ,
ὅλον ἂν εἴη; Πάνυ γε. Ἀμφοτέρως ἄρα τὸ ἓν ἐκ μερῶν
ἂν εἴη, ὅλον τε ὂν καὶ μέρη ἔχον. Ἀνάγκη. Ἀμφοτέρως
* ἂν ἄρα οὕτω τὸ ἓν πολλὰ εἴη, ἀλλ' οὐχ ἕν. Ἀληθῆ. D
Δεῖ δέ γε μὴ πολλά, ἀλλ' ἓν αὐτὸ εἶναι. Δεῖ. Οὔτ' ἄρα
ὅλον ἔσται οὔτε μέρη ἕξει, εἰ ἓν ἔσται τὸ ἕν. Οὐ γάρ.
Οὐκοῦν, εἰ μηδὲν ἔχει μέρος, οὔτ' ἀρχὴν οὔτε τελευτὴν οὔτε
μέσον ἔχει· μέρη γὰρ ἂν ἤδη αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα εἴη. Ὀρ-
θῶς. Καὶ μὴν τελευτή γε καὶ ἀρχὴ πέρας ἑκάστου. Πῶς
δ' οὔ; Ἄπειρον ἄρα τὸ ἕν, εἰ μήτε ἀρχὴν μήτε τελευτὴν
ἔχει. Ἄπειρον. Καὶ ἄνευ σχήματος ἄρα· οὔτε * γὰρ στρογ- E
γύλου οὔτε εὐθέος μετέχει ††). Πῶς; Στρογγύλον γέ

---

*) ἄλλ. πέλαγος.

**) ἄλλ. ὃ Ζήνων λέγει, αὐτοί ἐσμεν.

***) ἄλλ. τοῦτο.

†) γρ. ἀποκρινουμένου δή. Εἶεν, φάναι. ἄλλ. ἀποκρινουμένου. Εἶεν δή, φάναι. Εἰ κτλ.

††) γρ. οὔτε γὰρ ἂν — μετέχοι.

ἥ γε ἐπιστήμη μηνύει ὡς φερομένοις τοῖς πράγμασιν ἑπομένης τῆς ψυχῆς τῆς ἀξίας λόγου, καὶ οὔτε ἀπολειπομένης οὔτε προθεούσης· διὸ δὴ ἐμβάλλοντας ***) δεῖ τὸ εἶ ἐπιστήμην ****) αὐτὴν ὀνομάζειν. Ξύνεσις δ᾽ αὖ οὕτω μὲν δόξειεν ἂν ὥσπερ ξυλλογισμὸς εἶναι· ὅταν δὲ ξυνιέναι λέγῃ, ταὐτὸν παντάπασι τῷ ἐπίστασθαι ξυμβαίνει λεγόμενον· ξυμ-
πορεύεσθαι γὰρ λέγει τὴν ψυχὴν τοῖς πράγμασι * τὸ ξυν- B
ιέναι. Ἀλλὰ μὴν ἥ γε σοφία φορᾶς ἐφάπτεσθαι σημαίνει, σκοτωδέστερον δὲ τοῦτο καὶ ξενικώτερον· ἀλλὰ δεῖ ἐκ τῶν ποιητῶν ἀναμιμνήσκεσθαι ὅτι πολλαχοῦ λέγουσι περὶ ὅτου ἂν τύχωσι τῶν ἀρχομένων ταχὺ προϊέναι, ἐσύθη φασί. Λακωνικῷ δὲ ἀνδρὶ τῶν εὐδοκίμων καὶ ὄνομα ἦν Σοῦς· τὴν γὰρ ταχεῖαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦτο καλοῦσι †). ταύτης οὖν τῆς φορᾶς ἐπαφὴν σημαίνει ἡ σοφία, ὡς φερομέ-
νων τῶν ὄντων. Καὶ μὴν τό γε ἀγαθόν, τοῦτο * τῆς φύ- C
σεως πάσης τῷ ἀγαστῷ βούλεται τὸ ὄνομα ἐπικεῖσθαι. ἐπειδὴ γὰρ πορεύεται τὰ ὄντα, ἔνι μὲν ἄρ᾽ αὐτοῖς τάχος, ἔνι δὲ βραδυτής. ἔστιν οὖν οὐ πᾶν τὸ ταχύ, ἀλλά τι αὐτοῦ ††) ἀγαστόν. τούτῳ οὖν δὴ τῷ ἀγαστῷ αὕτη ἡ ἐπωνυμία ἐστί, τἀγαθόν. Δικαιοσύνη δέ, ὅτι μὲν ἐπὶ τῇ τοῦ δικαίου ξυνέσει τοῦτο κεῖται τὸ ὄνομα, ῥᾴδιον ξυμβαλεῖν· αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον χαλεπόν.

---

*) ἴσ. νόησιν. **) ἴσ. νοέεσιν.
***) ἴσ. ἐκβάλλοντας.
****) ἴσ. πιστήμην.
†) ἴσ. [Λακωνικῷ — καλοῦσι].
††) γρ. αὐτό.

et fluxionis (ῥοῦ) intelligentia (νόησις). licet quidem etiam intelligi id quod adiuvat agitationem (φορᾶς ὄνησιν); certe tamen ad agitationem spectat. porro si vis cogitatio (γνώμη) prorsus significat geniturae (γονῆς) considerationem et investigationem (νώμησιν); investigare (νωμᾶν) enim et considerare unum sonant. deinde si vis intelligentia (νόησις) recentis (νέου) est appetitio (ἕσις), recentes autem esse res significat fieri eas semper. hoc igitur appetere animum indicat qui nomen posuit νόησιν; non enim νόησις antiquitus dicebatur, sed pro η ponebantur duo ε, νοέεσις. Temperantia (σωφροσύνη) vero conservatio est eius quod modo explicavimus, prudentiae (σωτηρία φρονήσεως). Quin etiam scientia (ἐπιστήμη) indicat res agitatas sequi animum praestantem, neque pone eas remanentem neque eas praecurrentem. quocirca eiecto ε oportet eam πιστήμην (fidam comitem) appellari. Intelligentia (ξύνεσις) porro videatur quidem ita quasi conclusio esse; si vero quis ξυνιέναι (ξύν et ἰέναι) dicit, hoc idem plane quod ἐπίστασθαι (scire) valet; una enim cum rebus animum proficisci indicat verbum ξυνιέναι. Atque etiam sapientia (σοφία) agitationis contrectationem sonat, obscurius vero hoc magisque peregrinum in modum; at oportet nos recordari poëtas passim, quemcumque dicant incipere cito progredi, de eo ponere ἐσύθη (incitatius ferebatur); Lacedaemonio etiam viro uni de nobilibus nomen erat Sus; celerem enim impetum Lacedaemonii ita vocant. huius igitur agitationis contrectationem (ἐπαφήν) significat vox σοφία, utpote rebus agitatis. Quin etiam nomen ἀγαθόν (bonum) cuivis naturae admiratione dignae (ἀγαστῷ) impositum est. quia enim res feruntur, est in eis celeritas, est vero etiam tarditas. neque vero quodvis est celere, sed aliquid eius admiratione dignum (ἀγαστόν); et huic admiratione digno hoc est nomen inditum, bonum (ἀγαθόν). De iustitia vero, iusti cognitioni hoc impositum esse nomen facile perspicitur, ipsum vero iustum difficulter.

καὶ γὰρ δὴ καὶ ἔοικε μέχρι μέν του ὁμολογεῖσθαι παρὰ πολλῶν,
ἔπειτα δὲ ἀμφισβητεῖσθαι. ὅσοι * γὰρ ἡγοῦνται τὸ πᾶν εἶναι D
ἐν πορείᾳ, τὸ μὲν πολὺ αὐτοῦ ὑπολαμβάνουσι τοιοῦτόν τι εἶ-
ναι οἷον οὐδὲν ἄλλο ἢ χωρεῖν, διὰ δὲ τούτου παντὸς εἶναί τι
διεξιόν, δι' οὗ πάντα τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι· εἶναι δὲ τάχι-
στον τοῦτο καὶ λεπτότατον· οὐ γὰρ ἂν δύνασθαι ἄλλως διὰ
τοῦ ἰόντος *) ἰέναι παντός, εἰ μὴ λεπτότατόν τε ἦν, ὥστε
αὐτὸ μηδὲν στέγειν, καὶ τάχιστον, ὥστε χρῆσθαι ὥσπερ ἑστῶσι
τοῖς ἄλλοις. ἐπεὶ δ' οὖν ἐπιτροπεύει τὰ ἄλλα πάντα διαϊόν,
τοῦτο τὸ ὄνομα * ἐκλήθη ὀρθῶς, δίκαιον **), εὐστομίας ἕνεκα E
τὴν τοῦ κάππα δύναμιν προσλαβόν. μέχρι μὲν οὖν ἐνταῦθα, ὃ
νῦν δὴ ἐλέγομεν ***), παρὰ πολλῶν ὁμολογεῖται τοῦτο εἶναι
τὸ δίκαιον· * ἐγὼ δέ, ὦ Ἑρμόγενες, ἅτε λιπαρὴς ὢν περὶ 413
αὐτοῦ, ταῦτα μὲν πάντα διαπέπυσμαι ἐν ἀπορρήτοις, ὅτι
τοῦτ' ****) ἐστὶ τὸ δίκαιον καὶ τὸ αἴτιον (δι' ὃ γὰρ γίγνεται,
τοῦτ' ἐστὶ τὸ αἴτιον), καὶ ἰδίᾳ καλεῖν ἔφη τις τοῦτο ὀρθῶς
ἔχειν διὰ ταῦτα· ἐπειδὰν δ' ἠρέμα αὐτοὺς ἐπανερωτῶ ἀκούσας
ταῦτα μηδὲν ἧττον Τί οὖν ποτ' ἐστίν, ὦ ἄριστε, τὸ δίκαιον,
εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει; δοκῶ τε ἤδη μακρότερα τοῦ προσήκοντος
ἐρωτᾶν καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἅλλεσθαι. ἱκανῶς * γάρ μέ B
φασι πεπύσθαι †) καὶ ἀκηκοέναι, καὶ ἐπιχειροῦσι, βουλόμε-
νοι ἀποπιμπλάναι με, ἄλλος ἄλλα ἤδη λέγειν, καὶ οὐκέτι ξυμ-
φωνοῦσιν. ὁ μὲν γάρ τίς φησι τοῦτο εἶναι τὸ δίκαιον ††), τὸν
ἥλιον· τοῦτον γὰρ μόνον διαϊόντα καὶ κάοντα ἐπιτροπεύειν τὰ
ὄντα. ἐπειδὰν οὖν †††) τῳ λέγω αὐτὸ ἄσμενος ὡς καλόν τι
ἀκηκοώς, καταγελᾷ μου οὗτος ὁ ἀκούσας καὶ ἐρωτᾷ με ††††)
εἰ οὐδὲν δίκαιον οἶμαι εἶναι ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἐπειδὰν ὁ
ἥλιος δύῃ. λιπαροῦντος οὖν ἐμοῦ ὅ τι αὖ ἐκεῖνος λέγει,
* αὐτὸ τὸ πῦρ φησί· τοῦτο δὲ οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν εἰδέναι. C
ὁ δὲ οὐκ αὐτὸ τὸ πῦρ φησιν, ἀλλ' αὐτὸ τὸ θερμὸν τὸ
ἐν τῷ πυρὶ ἐνόν. ὁ δὲ τούτων μὲν πάντων καταγελᾶν φη-
σίν, εἶναι δὲ τὸ δίκαιον ὃ λέγει Ἀναξαγόρας· νοῦν εἶναι

---

*) γρ. ὄντος. **) ἴσ. τὸ δίκαιον. ***) ἄλλ. ἔλεγον.
****) ἴσ. ταὐτόν. †) ἄλλ. πεπύσθαι τὸ δίκαιον.
††) γρ. εἶναι δίκαιον. †††) γρ. δέ.
††††) γρ. ἐρωτᾷ εἰ κτλ.

atque etiam videntur aliquatenus quidem consentire multi, tamen etiam in alia omnia discedere. quicumque enim censent universum esse in agitatione, maximam eius partem ponunt eiusmodi esse ut nihil aliud nisi procedat, per haec omnia autem agitata esse quid permeans, per quod omnia quae fiant fieri; esse vero hoc celerrimum ac tenuissimum; non enim fore ut posset per means meare universum, nisi et tenuissimum esset ut nihil illud contineret, et celerrimum ut uteretur pro stantibus rebus reliquis. iam quia regit reliqua omnia permeans (διαϊόν), hoc nomine recte affectum est, iusti (δικαίου), venustatis causa litterae κ vi adiuncta. hactenus igitur, quod modo diximus, a multis conceditur hoc esse iustum; ego autem, Hermogene, quippe qui sedulo quaeram de illo, haec quidem omnia percontatus sum arcano, idem esse iustum (τὸ δίκαιον) et caussam (τὸ αἴτιον) — id enim per quod, δι' ὅ, aliquid fit, causa est, τὸ αἴτιον —, et proprie hoc iccirco ita recte vocari dixit quispiam; quum vero leniter eos praeterea interrogo his auditis nihilo minus: Quid tandem est, optime, iustum, si hoc se sic habet? tum videor iam et ultra quam par est interrogare et fossam transilire, satis enim me dicunt comperisse et audisse, atque instituunt, me implere cupientes, alius aliud iam dicere, nec iam concinunt. nam alius dicit iustum (δίκαιον) esse solem; hunc enim solum permeantem (διαϊόντα) et urentem (κάοντα) regere ea quae sint. quodsi cui hoc dico laetus quasi praeclari quid audiverim, deridet me is qui audit et quaerit, nihilne iusti arbitrer in hominibus esse, quum sol occiderit. sedulo vero quum id ago ut cognoscam, quid rursus ille dicat, ipsum ignem memorat; hoc autem haud facile est perspectu. alius non ipsum ignem memorat, sed ipsum calorem qui in igne insit. alius porro haec quidem omnia se deridere fatetur, esse vero iustum id quod Anaxagoras dixerit, mentem

τοῦτο· αὐτοκράτορα γὰρ αὐτὸν ὄντα καὶ οὐδενὶ μεμιγμένον
πάντα φησὶν αὐτὸν κοσμεῖν τὰ πράγματα διὰ πάντων ἰόντα.
ἐνταῦθα δὴ ἐγώ, ὦ φίλε, πολὺ ἐν πλείονι ἀπορίᾳ εἰμὶ ἢ
πρὶν ἐπιχειρῆσαι μανθάνειν περὶ τοῦ δικαίου ὅ τί ποτ' ἐστίν.
* ἀλλ' οὖν, οὗπερ ἕνεκα ἐσκοποῦμεν, τό γε ὄνομα τοῦτο D
φαίνεται αὐτῷ διὰ ταῦτα κεῖσθαι.

ΕΡΜ. Φαίνει μοι, ὦ Σώκρατες, ταῦτα μὲν ἀκηκοέναι του καὶ οὐκ αὐτοσχεδιάζειν.

ΣΩ. Τί δὲ τἆλλα;

ΕΡΜ. Οὐ πάνυ γε *).

ΣΩ. Ἄκουε δή· ἴσως γὰρ ἄν σε καὶ τὰ ἐπίλοιπα ἐξ-
απατήσαιμι ὡς οὐκ ἀκηκοὼς λέγω. Μετὰ γὰρ δικαιοσύνην
τί ἡμῖν λείπεται; ἀνδρείαν, οἶμαι, οὔπω διήλθομεν. ἀδικία
μὲν γὰρ δῆλον ὅτι ἐστὶν ὄντως ἐμπόδισμα τοῦ * διαϊόντος, E
ἀνδρεία δὲ σημαίνει, ὡς ἐν μάχῃ ἐπονομαζομένης τῆς ἀν-
δρείας· μάχην δ' εἶναι ἐν τῷ ὄντι, εἴπερ ῥεῖ, οὐκ ἄλλο τι
ἢ τὴν ἐναντίαν ῥοήν· ἐὰν οὖν τις ἐξέλῃ τὸ δέλτα τοῦ ὀνό-
ματος τῆς ἀνδρείας, αὐτὸ μηνύει τὸ ἔργον τοὔνομα ἡ ἀν-
ρεία. δῆλον οὖν ὅτι οὐ πάσῃ ῥοῇ ἡ ἐναντία ῥοὴ ἀνδρεία
ἐστίν, ἀλλὰ τῇ παρὰ τὸ δίκαιον ῥεούσῃ· * οὐ γὰρ ἂν ἐπῃ- 414
νεῖτο ἡ ἀνδρεία. καὶ τὸ ἄῤῥεν καὶ ὁ ἀνὴρ ἐπὶ παραπλησίῳ
τινὶ τούτῳ ἐστὶ τῇ ἄνω ῥοῇ. Γυνὴ δὲ γονή μοι φαίνεται
βούλεσθαι εἶναι. τὸ δὲ θῆλυ ἀπὸ τῆς θηλῆς τι φαίνεται
ἐπωνομάσθαι· ἡ δὲ θηλὴ ἆρά γε, ὦ Ἑρμόγενες, ὅτι τεθη-
λέναι ποιεῖ, ὥσπερ τὰ ἀρδόμενα;

ΕΡΜ. Ἔοικέ γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Καὶ μὴν αὐτό γε τὸ θάλλειν τὴν αὔξην μοι δοκεῖ
ἀπεικάζειν τὴν τῶν νέων, ὅτι ταχεῖα καὶ ἐξαιφνιδία γίγνεται.
οἰόνπερ οὖν μεμίμηται * τῷ ὀνόματι, ξυναρμόσας ἀπὸ τοῦ B
θεῖν καὶ ἅλλεσθαι τοὔνομα. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπισκοπεῖς με
ὥςπερ ἐκτὸς δρόμου φερόμενον, ἐπειδὰν λείου ἐπιλάβωμαι.

*) γρ. Οὐ πάνυ.

videlicet; ad suum enim ipsam arbitrium moderantem nec ulla cum re commixtam omnes dicit eam res ordinare per omnes meantem. hîc vero ego, amice, multo magis aestuo quam priusquam institui cognoscere quidnam esset iustum. at, quam ob causam quaerebamus, hoc certe nomen icciro videtur iusto impositum esse.

Herm. Videris mihi, Socrate, haec a quopiam accepisse, nec ex tempore dicere.

So. Quî vero reliqua?

Herm. Non ita.

So. Audi dum; forsitan enim in reliquis quoque te decipiam ut me putes non ex aliis audita proferre. Post iustitiam vero quid nobis restat? de fortitudine, opinor, nondum exposuimus. iniustitiam (ἀδικίαν) quidem patet revera esse impedimentum permeantis (τοῦ διαϊόντος), fortitudo (ἀνδρεία) vero significat in pugna hoc nomen esse inventum, pugnam autem esse in rebus, si fluant, nihil aliud nisi contrariam fluxionem. quodsi quis eximit δ e nomine ἀνδρεία, ipsam rem declarat vox ἀνρεία. perspicuum vero est non omnis fluxionis contrariam fluxionem ἀνδρείαν esse, sed eius quae praeter iustum fluat; neque enim laudaretur fortitudo. etiam nomina virile (ἄῤῥεν) et vir (ἀνήρ) imposita sunt tali cuidam, qualis est fluxio sursum means. Vox autem γυνή (mulier) mihi videtur esse id quod γονή (genitura); et nomen θῆλυ (femininum) a θηλή (mamma) videtur fere ductum; θηλή autem num, Hermogene, quia vigentia (τεθηλέναι) reddit, sicuti quae irrigantur?

Herm. Videtur sane, Socrate.

So. Quin etiam ipsum verbum θάλλειν (vigere) incrementum mihi videtur exprimere iuvenum, quatenus celeriter et subito procedit. quod quidem imitatus est qui hoc nomen finxit componens e verbis θεῖν (currere) et ἅλλεσθαι (salire). At enim me non observas extra cursum quasi ferri, quum in leve quid inciderim.

λοιπὰ δὲ ἡμῖν ἔτι συχνά ἐστι τῶν δοκούντων σπουδαίων εἶναι.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ὧν γ' ἔστιν ἓν καὶ τέχνην ἰδεῖν ὅ τί ποτε βούλεται εἶναι.

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῦτό γε ἕξιν νοῦ σημαίνει *), τὸ μὲν ταῦ ἀφελόντι, ἐμβαλόντι δὲ τὸ οὖ μεταξὺ τοῦ χῖ καὶ * τοῦ C
νῦ καὶ τοῦ νῦ καὶ τοῦ ἦτα **).

ΕΡΜ. Καὶ μάλα γε γλίσχρως, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ὦ μακάριε, οὐκ οἶσθ' ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα τεθέντα κατακέχωσται ἤδη ὑπὸ τῶν βουλομένων τραγῳδεῖν αὐτά, περιτιθέντων γράμματα καὶ ἐξαιρούντων εὐστομίας ἕνεκα καὶ πανταχῇ στρεφόντων, καὶ ὑπὸ καλλωπισμοῦ καὶ ὑπὸ χρόνου. ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ κατόπτρῳ οὐ δοκεῖ σοι ἄτοπον εἶναι τὸ ἐμβεβλῆσθαι τὸ ῥῶ; ἀλλὰ τοιαῦτα, οἶμαι, ποιοῦσιν οἱ τῆς μὲν ἀληθείας οὐδὲν * φροντίζοντες, τὸ δὲ στόμα πλάττοντες, ὥστ' D
ἐπεμβάλλοντες πολλὰ ἐπὶ τὰ πρῶτα ὀνόματα, τελευτῶντες ποιοῦσι μηδ' ἂν ἕνα ἀνθρώπων ξυνεῖναι ὅ τί ποτε βούλεται τὸ ὄνομα· ὥσπερ καὶ τὴν σφίγγα ἀντὶ φιγγὸς ***) σφίγγα καλοῦσι, καὶ ἄλλα πολλά.

ΕΡΜ. Ταῦτα μὲν ἔστιν οὕτως, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Εἰ δ' αὖ τις ἐάσει καὶ ἐντιθέναι καὶ ἐξαιρεῖν ἅττ' ἂν βούληταί τις εἰς τὰ ὀνόματα, πολλή τις †) εὐπορία ἔσται καὶ πᾶν ἂν παντί τις ὄνομα πράγματι προσαρμόσειεν.

* ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις. E

ΣΩ. Ἀληθῆ μέντοι. ἀλλὰ τὸ μέτριον, οἶμαι, δεῖ φυλάττειν καὶ τὸ εἰκὸς σὲ τὸν σοφὸν ἐπιστάτην.

ΕΡΜ. Βουλοίμην ἄν.

ΣΩ. Καὶ ἐγώ σοι ξυμβούλομαι, ὦ Ἑρμόγενες. ἀλλὰ μὴ λίαν, ὦ δαιμόνιε, * ἀκριβολογοῦ, μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεος. 415
ἔρχομαι γὰρ ἐπὶ τὴν κορυφὴν ὧν εἴρηκα, ἐπειδὰν μετὰ τέχνην

---

*) γρ. σημαίνει ἐχονόη.
**) ἴσ. μεταξὺ τοῦ νῦ καὶ τοῦ ἦτα.
***) γρ. σφιγός. †) γρ. πολλὴ ἀπορ.

reliqua autem nobis praeterea multa sunt ex eis quae videntur gravia esse.

Herm. Vera dicis.

So. Quorum quidem est unum etiam artem videre quid tandem sibi velit hoc nomen.

Herm. Sane quidem.

So. Itaque hoc quidem vocabulum τέχνη (ars) possessionem mentis (ἕξιν νοῦ) indicat, si τ eieceris, inserueris vero litteram ο inter χ et η, ut sit ἐχνόη.

Herm. Et valde quidem putide, Socrate.

So. O praestantissime, nescis prima quae posita fuerint vocabula iam obruta esse ab eis qui voluerint ea exaggerare, litteras et apponentes et eximentes venustatis causa omnesque in partes ea versantes, vel exornandi studio vel temporis longinquitate ducti. etenim in voce quoque κάτοπτρον (speculum) nonne videtur tibi mirabile quod iniecta sit littera ρ? at talia, opinor, faciunt qui veritatem non curantes vocem emolliunt, adeo ut multa interponentes primis vocabulis postremo efficiant, ut nullus omnino homo assequi possit quid tandem significet nomen: quemadmodum etiam σφίγγα (Sphingem) pro φίγγα (Phingem) dicunt, aliaque multa.

Herm. Haec quidem se sic habent, Socrate.

So. Siquis vero siverit et imponi et eximi quaecumque aliquis voluerit e nominibus, magna sane erit eius faciendi copia et quodvis cuivis rei aptabitur nomen.

Herm. Vera dicis.

So. Vera quidem. at modum, opinor, observare oportet et aequitatem te sapientem praefectum.

Herm. Pervelim sane.

So. Ego quoque tecum volo, Hermogene. at ne nimis, o bone, diligenter rem exquiras, ut ne mihi enerves animum. aggrediar enim ad summam rerum de quibus exposui, quando post artem machinam ex-

μηχανὴν ἐπισκεψώμεθα. μηχανὴ γάρ μοι δοκεῖ τοῦ ἄνειν *)
ἐπὶ πολὺ σημεῖον εἶναι· τὸ γὰρ μῆκος πρὸς τὸ πολὺ σημαί-
νει **). ἐξ ἀμφοῖν οὖν τούτοιν ξύγκειται, μήκους τε καὶ τοῦ
ἄνειν, τὸ ὄνομα ἡ μηχανή. Ἀλλ', ὅ περ νῦν δὴ εἶπον, ἐπὶ
τὴν κορυφὴν δεῖ τῶν εἰρημένων ἐλθεῖν· ἀρετὴ γὰρ καὶ κακία
ὅ τι βούλεται τὰ ὀνόματα ζητητέα. τὸ μὲν οὖν ἕτερον * οὔπω B
καθορῶ, τὸ δ' ἕτερον δοκεῖ μοι κατάδηλον εἶναι· ξυμφωνεῖ
γὰρ τοῖς ἔμπροσθεν πᾶσιν. ἅτε γὰρ ἰόντων τῶν πραγμάτων,
πᾶν τὸ κακῶς ἰὸν κακία ἂν εἴη· τοῦτο δὲ ὅταν ἐν ψυχῇ ᾖ, τὸ
κακῶς ἰέναι ἐπὶ τὰ πράγματα, μάλιστα τὴν τοῦ ὅλου ἐπωνυ-
μίαν ἔχει, τῆς κακίας. τὸ δὲ κακῶς ἰέναι ὅ τί ποτ' ἐστί, δο-
κεῖ μοι δηλοῦν καὶ ἐν τῇ δειλίᾳ, ὃ οὔπω διήλθομεν, ἀλλ' ὑπερ-
έβημεν, δέον αὐτὸ μετὰ τὴν * ἀνδρείαν σκέψασθαι· δοκοῦμεν C
δέ μοι καὶ ἄλλα πολλὰ ὑπερβεβηκέναι. ἡ δ' οὖν δειλία τῆς ψυ-
χῆς σημαίνει δεσμὸν εἶναι ἰσχυρόν· τὸ γὰρ λίαν ἰσχύς τίς ἐστι.
δεσμὸς οὖν ὁ λίαν καὶ ὁ μέγιστος τῆς ψυχῆς ἡ δειλία ἂν εἴη·
ὥσπερ γε καὶ ἡ ἀπορία κακόν, καὶ πᾶν, ὡς ἔοικεν, ὅ τι ἂν
ἐμποδὼν ᾖ τῷ ἰέναι καὶ πορεύεσθαι. τοῦτ' οὖν φαίνεται τὸ
κακῶς ἰέναι δηλοῦν τὸ ἰσχομένως τε καὶ ἐμποδιζομένως πο-
ρεύεσθαι, ὃ δὴ ψυχὴ ὅταν ἔχῃ, κακίας μεστὴ γίγνεται. εἰ δ'
ἐπὶ τοιούτοις ἡ κακία ἐστὶ τοὔνομα, τοὐναντίον τούτου ἡ ἀρετὴ
ἂν εἴη, σημαῖνον πρῶτον μὲν εὐπορίαν, ἔπειτα ***) * λελυ- D
μένην τὴν ῥοὴν τῆς ἀγαθῆς ψυχῆς εἶναι ἀεί, ὥστε τὸ ἀσχέτως
καὶ τὸ ἀκωλύτως ἀεὶ ῥέον ἐπωνυμίαν εἴληφεν, ὡς ἔοικε,
τοῦτο τοὔνομα. ὀρθῶς μὲν †) ἔχει ἀειῤῥείτην ††) καλεῖν,
ἴσως δὲ αἱρετὴν λέγει ὡς οὔσης ταύτης τῆς ἕξεως αἱρετω-
τάτης· ξυγκεκρότηται δὲ καὶ καλεῖται ἀρετή. Καὶ ἴσως με
αὖ φήσεις πλάττειν· ἐγὼ δέ φημι, εἴπερ, ὃ ἔμπροσθεν εἶ-

*) γρ. ἀνεῖν.

**) γρ. σημαίνειν.

***) γρ. ἔπειτα δέ.

†) ἴσ. μὲν οὖν. ἢ· ὃ ὀρθῶς μὲν κτλ.

††) ἄλλ. ἀειῤείτην. ἀειρείτην.

ploraverimus. machina (μηχανή) enim videtur mihi longe procedendi signum esse; μῆκος enim est id quod longe; ex utrisque igitur his, μήκει (longitudine) et ἄνειν (procedere) nomen est conflatum μηχανή. At, id quod modo dixi, ad summam nos oportet rerum expositarum accedere; ἀρετή (virtus) enim et κακία (pravitas) quid significent nomina quaerendum. iam alterum nondum perspicio, alterum vero videtur mihi manifestum esse; concinit enim cum superioribus omnibus. quippe procedentibus rebus, quodcumque prave procedit, pravitas (κακία) erit; quod si in animo accidit, ut videlicet prave ad res accedat, e toto potissimum id nominatur, pravitate (κακίᾳ). prave autem accedere quid significet, videtur mihi etiam e voce δειλία (ignavia) perspici, de qua nondum exposuimus praetereuntes eam, quum oportuerit eam post vocem ἀνδρεία (fortitudo) investigari; videmur autem mihi alia praeterea multa praetermisisse. vox igitur δειλία (ignavia) animi vinculum significat firmum; vocabulo enim λίαν (valde) firmitatis subiecta est notio. vinculum (δεσμός) igitur firmum idque maximum animi ignavia erit; quemadmodum etiam ἀπορία (haesitatio) malum est et quicquid, ut patet, impedit ire ac procedere. hoc igitur videtur prave procedere significare: retineri et impediri in progrediendo, quod quidem si animus habet, pravitate completur. iam si his pravitatis nomen impositum est, contraria eius virtus (ἀρετή) erit, significans primum facilem ingressum, deinde solutam fluxionem boni animi semper esse: ut, quod libere et sine ullo impedimento semper fluit (τὸ ἀεὶ ῥέον), hoc, uti patet, signatum fuerit nomine (ἀρετή). et recte quidem ἀειῤῥείτη (semper fluens) dicitur, fortasse autem αἱρετήν (electam) haec vox indicat, quia hic est habitus electissimus; conflato autem nomine dicitur ἀρετή. Fortasse me iterum dices fingere; ego autem dico, si, quod supra dixi,

που, ὀρθῶς ἔχει, ἡ κακία, καὶ τοῦτο τοὔνομα τὴν ἀρετὴν * ὀρθῶς ἔχειν. E

ΕΡΜ. Τὸ δὲ δὴ κακόν, δι' οὗ * πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν εἴρηκας, τί ἂν νοοῖ τοὔνομα; 416

ΣΩ. Ἄτοπόν τι νὴ Δί' ἔμοιγε δοκεῖ καὶ χαλεπὸν ξυμβαλεῖν. ἐπάγω οὖν καὶ τούτῳ ἐκείνην τὴν μηχανήν.

ΕΡΜ. Ποίαν ταύτην;

ΣΩ. Τὴν τοῦ βαρβαρικόν τι καὶ τοῦτο φάναι εἶναι.

ΕΡΜ. Καὶ ἔοικάς γε ὀρθῶς λέγοντι. ἀλλ', εἰ δοκεῖ, ταῦτα μὲν ἐῶμεν, τὸ δὲ καλὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν πειρώμεθα ἰδεῖν πῇ εὐλόγως ἔχει.

ΣΩ. Τὸ μὲν τοίνυν αἰσχρὸν καὶ δὴ κατάδηλόν μοι φαίνεται ὃ νοεῖ· καὶ τοῦτο γὰρ * τοῖς ἔμπροσθεν ὁμολογεῖται. τὸ γὰρ ἐμποδίζον καὶ ἴσχον τῆς ῥοῆς τὰ ὄντα λοιδορεῖν μοι φαίνεται διὰ παντὸς ὁ τὰ ὀνόματα θείς, καὶ νῦν τῷ ἀεὶ ἴσχοντι τὸν ῥοῦν τοῦτο τοὔνομα ἔθετο ἀεισχόῤῥουν *)· νῦν δὲ ξυγκροτήσαντες αἰσχρὸν καλοῦσιν. B

ΕΡΜ. Τί δὲ τὸ καλόν;

ΣΩ. Τοῦτο χαλεπώτερον κατανοῆσαι. καίτοι λέγουσί γε αὐτὸ ἁρμονίᾳ μόνον καὶ μήκει τοῦ οὖ παρῆκται.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Τῆς διανοίας τις ἔοικεν ἐπωνυμία εἶναι τοῦτο τοὔνομα. C

ΕΡΜ. Πῶς * λέγεις;

ΣΩ. Φέρε, τί οἴει σὺ εἶναι τὸ αἴτιον κληθῆναι ἑκάστῳ τῶν ὄντων; ἆρ' οὐκ ἐκεῖνο τὸ τὰ ὀνόματα θέμενον;

ΕΡΜ. Πάντως που.

ΣΩ. Οὐκοῦν διάνοια ἂν εἴη τοῦτο ἤτοι θεῶν ἢ ἀνθρώπων ἢ ἀμφότερα;

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ καλέσαν τὰ πράγματα καὶ τὸ καλὸν ταὐτόν ἐστι τοῦτο, διάνοια;

---

*) ἄλλ. ἀεισχοροῦν. ἴσ. τὸ ἀεισχόῤῥουν.

recte se habeat, pravitas, etiam hoc nomen, ἀρετή, recte se habere.

Herm. Vox autem κακόν (malum), cuius causa multa de superioribus dixisti, quidnam significabit?

So. Admirabilis quaedam mehercule mihi videtur difficilisque perspectu. adhibeo vero huic quoque machinam illam.

Herm. Qualem istam?

So. Hanc ut barbaricam aliquam hanc quoque dicam esse.

Herm. Et videris quidem recte dicere. sed, si videtur, hoc mittamus, pulchrum vero et turpe conemur videre quomodo rationi sint consentanea.

So. Vox quidem αἰσχρόν (turpe) manifestum sane mihi videtur quid significet; hoc enim prioribus consentit. nam id quod impedit resque a fluxu prohibet increpare mihi videtur usquequaque qui nomina posuit, et nunc ei quod semper retinet fluxum (τῷ ἀεὶ ἴσχοντι τὸν ῥοῦν) hoc imposuit nomen ἀεισχόῤῥουν, quod nunc contrahentes αἰσχρόν dicunt.

Herm. Quid vero pulchrum (καλόν)?

So. Hoc difficilius ad perspiciendum. quamquam, si id pronunciamus, apta tantum compositione et longitudine litterae ὀ mutatum est.

Herm. Quî tandem?

So. Mentis quaedam videtur appellatio esse hoc nomen.

Herm. Quomodo dicis?

So. Age, quidnam esse causae putes cur quaeque res appelletur? nonne illud quod nomina posuerit?

Herm. Prorsus ita.

So. Nonne mens hoc erit sive deorum sive hominum sive utrorumque?

Herm. Vero.

So. Nonne τὸ καλέσαν (id quod res nominat) et καλόν (pulchrum) idem est hoc, mens?

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ὅσα μὲν ἂν νοῦς τε καὶ διάνοια ἐργάσηται, ταῦτά ἐστι τὰ ἐπαινετά, * ἃ δὲ μή, ψεκτά; D

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Τὸ οὖν ἰατρικὸν ἰατρικὰ ἐργάζεται καὶ τὸ τεκτονικὸν τεκτονικά· ἢ πῶς λέγεις;

ΕΡΜ. Οὕτως ἔγωγε.

ΣΩ. Καὶ τὸ καλὸν ἄρα καλά;

ΕΡΜ. Δεῖ γέ τοι.

ΣΩ. Ἔστι δέ γε τοῦτο, ὥς φαμεν, διάνοια.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ὀρθῶς ἄρα φρονήσεως αὕτη ἡ ἐπωνυμία ἐστὶ τὸ καλὸν τῆς τὰ τοιαῦτα ἀπεργαζομένης, ἃ δὴ καλὰ φάσκοντες εἶναι ἀσπαζόμεθα.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Τί οὖν ἡμῖν ἔτι λοιπὸν τῶν * τοιούτων; E

ΕΡΜ. Ταῦτα τὰ περὶ τὸ ἀγαθόν τε καὶ καλόν, ξυμφέροντά τε καὶ λυσιτελοῦντα * καὶ ὠφέλιμα καὶ κερδαλέα, καὶ 417 τἀναντία τούτων.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ μὲν ξυμφέρον ἤδη που κἂν σὺ εὕροις ἐκ τῶν πρότερον σκοπῶν· τῆς γὰρ ἐπιστήμης ἀδελφόν τι φαίνεται. οὐδὲν γὰρ ἄλλο δηλοῖ ἢ τὴν ἅμα φορὰν τῆς ψυχῆς μετὰ τῶν πραγμάτων, καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ τοιούτου πραττόμενα ξυμφέροντά τε καὶ ξύμφορα κεκλῆσθαι ἀπὸ τοῦ ξυμπεριφέρεσθαι *).

ΕΡΜ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Τὸ δέ γε κερδαλέον ἀπὸ τοῦ * κέρδους. κέρδος B δὲ νῦ ἀντὶ τοῦ δέλτα ἀποδιδόντι ἐς τὸ ὄνομα δηλοῖ ὃ βούλεται· τὸ γὰρ ἀγαθὸν κατ' ἄλλον τρόπον ὀνομάζει. ὅτι γὰρ κεράννυται ἐς πάντα διεξιόν, ταύτην αὐτοῦ τὴν δύναμιν ἐπονομάζων ἔθετο τοὔνομα· δέλτα δ' ἐνθεὶς **) ἀντὶ τοῦ νῦ κέρδος ἐφθέγξατο.

---

*) ἴσ. ξυμπεριφέρεσθαι ἔοικεν. ΕΡΜ. Ἔοικεν.
**) γρ. δέλτα ἐνθείς.

Herm. Videtur.

So. Nonne etiam quicquid ratio et mens agunt, id eſt laudabile, quodcumque non efficiunt, reprehendendum?

Herm. Sane quidem.

So. Medicum vero medica peragit et fabrile fabrilia; an quî dicis?

Herm. Sic equidem.

So. Et pulchrum igitur pulchra?

Herm. Neceſſe ſane eſt.

So. Eſt vero hoc, ut dicimus, mens.

Herm. Sane quidem.

So. Recte igitur prudentiae haec appellatio, pulchrum (καλόν), eſt et ejus quidem talia peragentis, quae pulchra dicentes eſſe amplectimur.

Herm. Videtur.

So. Quid iam nobis praeterea reliquum eſt de his?

Herm. Verba quae ad bonum et pulchrum ſpectant, commoda, fructuoſa, utilia et lucroſa horumque contraria.

So. Iam commodum quidem (ξυμφέρον) etiam tu ſine dubio invenies ex antecedentibus ſpectans; ſcientiae enim cognatum quid videtur. etenim nihil aliud ſignificat niſi mentis agitationem (φοράν) rebus comitantem, et quae ab hac peraguntur ξυμφέροντα et ξύμφορα videntur nominata a verbo ξυμφέρεσθαι (una circumferri).

Herm. Videtur vero.

So. Κερδαλέον (lucroſum) vero a voce κέρδος (lucrum); κέρδος autem, ſi ν pro δ inſerueris in nomen, ſignificat id quod valet; bonum enim alio modo indicat. hoc videlicet, miſceri (κεράννυσθαι) illud per omnia permeans, expreſſurus poſuit id nomen vocum conditor; δ autem imponens pro ν κέρδος id nominavit.

ΕΡΜ. Λυσιτελοῦν δὲ τί δή;

ΣΩ. Ἔοικεν, ὦ Ἑρμόγενες, οὐχί, καθάπερ οἱ κάπηλοι αὐτῷ χρῶνται, ἐὰν τὸ ἀνάλωμα ἀπολύῃ, οὐ ταύτῃ λέγειν μοι δοκεῖ τὸ λυσιτελοῦν, ἀλλ' * ὅτι τάχιστον ὂν τοῦ C
ὄντος ἵστασθαι οὐκ ἐᾷ τὰ πράγματα, οὐδὲ τέλος λαβοῦσαν τὴν φορὰν τοῦ φέρεσθαι στῆναί τε καὶ παύσασθαι, ἀλλ' ἀεὶ λύει αὐτῆς ἄν τι ἐπιχειρῇ τέλος ἐγγίγνεσθαι, καὶ παρέχει ἄπαυστον καὶ ἀθάνατον αὐτήν· ταύτῃ μοι δοκεῖ ἐπιφημίσαι τἀγαθὸν λυσιτελοῦν· τὸ γὰρ τῆς φορᾶς λύον τὸ τέλος λυσιτελοῦν καλέσαι. Ὠφέλιμον δὲ ξενικὸν τοὔνομα, ᾧ καὶ Ὅμηρος πολλαχοῦ κέχρηται, τῷ ὀφέλλειν· ἔστι δὲ τοῦτο τοῦ αὔξειν καὶ ποιεῖν *) ἐπωνυμία.

ΕΡΜ. Τὰ * δὲ δὴ τούτων ἐναντία πῶς ἔχει ἡμῖν; D

ΣΩ. Ὅσα μὲν ἀπόφησιν αὐτῶν, ὥς γέ μοι δοκεῖ, οὐδὲν δεῖ ταῦτα διεξιέναι.

ΕΡΜ. Ποῖα ταῦτα;

ΣΩ. Ἀξύμφορον καὶ ἀνωφελὲς καὶ ἀλυσιτελὲς καὶ ἀκερδές.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Ἀλλὰ βλαβερόν γε καὶ ζημιῶδες.

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Καὶ τὸ μέν γε βλαβερὸν τὸ βλάπτον τὸν ῥοῦν εἶναι * λέγει· τὸ δὲ βλάπτον αὖ σημαίνει βουλόμενον **) E
ἅπτειν· τὸ δὲ ἅπτειν καὶ δεῖν ταὐτόν ἐστι, τοῦτο δὲ πανταχοῦ ψέγει. τὸ βουλόμενον οὖν ἅπτειν ῥοῦν ὀρθότατα μὲν ἂν εἴη βουλαπτεροῦν, καλλωπισθὲν δὲ καλεῖσθαί μοι φαίνεται βλαβερόν.

ΕΡΜ. Ποικίλα γέ σοι, ὦ Σώκρατες, ἐκβαίνει τὰ ὀνόματα. καὶ γὰρ νῦν μοι ἔδοξας ὥσπερ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ***)

*) ἴσ. τοῦ δεῖν.

**) ἴσ. τὸ βουλόμενον.

***) γρ. Ἀθηναίας.

Herm. Vox autem λυσιτελοῦν (fructuofum) quid fibi volt?

So. Videtur mihi ille, Hermogene, non hoc quo inftitores ea utuntur fenfu, ut effet quod fumptum folveret, vocem λυσιτελοῦν pofuiffe, fed hoc fignificare, celerrimum omnium quia bonum effet, ftare non finere res, neque agitationem finem agitandi adeptam confiftere et quiefcere, fed femper folvere eius finem (λύειν τέλος), fi quis conaretur exfiftere, eamque efficere fempiternam et immortalem; hoc mihi videtur fenfu ille ominaturus bonum appellaffe λυσιτελοῦν; agitationis enim quod finem folveret (λύον τὸ τέλος) λυσιτελοῦν illud nominavit. De voce ὠφέλιμον (utile), peregrina eft, et Homerus quoque frequenter ufus eft ὀφέλλειν (iuvare); eft autem haec augendi et debendi appellatio.

Herm. Quae vero horum contraria funt, quomodo fe habent nobis?

So. Quaecumque negationem illorum indicant, ut quidem mihi videtur, haec nihil attinet perfequi.

Herm. Qualia ifta?

So. Ἀξύμφορον (incommodum), ἀνωφελές (inutile), ἀλυσιτελές (infructuofum) et ἀκερδές (haud lucrofum).

Herm. Vera dicis.

So. At βλαβερόν (damnofum) et ζημιῶδες (perniciofum).

Herm. Ita.

So. Et βλαβερόν (damnofum) quidem fignificat τὸ βλάπτον τὸν ῥοῦν (quod obeft fluxioni); τὸ βλάπτον (quod obeft) vero indicat id quod volt nectere (τὸ βουλόμενον ἅπτειν); ἅπτειν (nectere) autem et δεῖν (vincire) idem eft; hoc autem usquequaque reprehendit vocum conditor. iam τὸ βουλόμενον ἅπτειν ῥοῦν (quod volt nectere fluxionem) rectiffime erit βουλαπτεροῦν, ut autem venuftius diceretur, nominatum mihi videtur effe βλαβερόν.

Herm. Multiplicia fane tibi, Socrate, evadunt nomina. nam etiam nunc mihi vifus es quafi carminis in

νόμου προαύλιον στρμαυλῆσαι, τοῦτο τοὔνομα προειπὼν τὸ * βουλαπτεροῦν. 418

ΣΩ. Οὐκ ἔγωγε, ὦ Ἑρμόγενες, αἴτιος, ἀλλ' οἱ θέμενοι τοὔνομα.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀλλὰ δὴ τὸ ζημιῶδες τί ἂν εἴη;

ΣΩ. Τί δ' ἂν εἴη ποτὲ τὸ ζημιῶδες *); θέασαι, ὦ Ἑρμόγενες, ὡς ἐγὼ ἀληθῆ **) λέγω λέγων ὅτι προστιθέντες γράμματα καὶ ἐξαιροῦντες σφόδρα ἀλλοιοῦσι τὰς τῶν ὀνομάτων διανοίας, οὕτως ὥστε σμικρὰ πάνυ παραστρέφοντες ἐνίοτε τἀναντία ποιεῖν σημαίνειν, οἷον * καὶ ἐν τῷ δέοντι· ἐνενόησα B γὰρ αὐτὸ καὶ ἀνεμνήσθην ἄρτι ἀπὸ τοῦδε ὃ ἔμελλόν σοι ἐρεῖν, ὅτι ἡ μὲν νέα φωνὴ ἡμῖν ἡ καλὴ αὕτη καὶ τοὐναντίον περιέτρεψε μηνύειν τὸ δέον καὶ τὸ ζημιῶδες, ἀφανίζουσα ὅ τι νοεῖ, ἡ δὲ παλαιὰ ἀμφότερον δηλοῖ ὃ βούλεται τοὔνομα.

ΕΡΜ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ. οἶσθα ὅτι οἱ παλαιοὶ οἱ ἡμέτεροι τῷ ἰῶτα καὶ τῷ δέλτα εὖ μάλα ἐχρῶντο, καὶ οὐχ ἥκιστα αἱ γυναῖκες, * αἵπερ μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σῴζουσι. νῦν δὲ C ἀντὶ μὲν τοῦ ἰῶτα εἶ ἢ ***) ἦτα μεταστρέφουσιν, ἀντὶ δὲ τοῦ δέλτα ζῆτα, ὡς δὴ μεγαλοπρεπέστερα ὄντα.

ΕΡΜ. Πῶς δή;

ΣΩ. Οἷον οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ ἑμέραν, οἱ δὲ νῦν ἡμέραν.

ΕΡΜ. Ἔστι ταῦτα.

ΣΩ. Οἶσθα οὖν ὅτι μόνον τοῦτο δηλοῖ τὸ ἀρχαῖον ὄνομα τὴν διάνοιαν τοῦ θεμένου· ὅτι γὰρ ἀσμένοις τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἱμείρουσιν ἐκ τοῦ σκότους * τὸ φῶς ἐγίγνετο, ταύτῃ ****) D ὠνόμασαν †) ἱμέραν.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Νῦν δέ γε τετραγῳδημένον οὐδ' ἂν κατανοήσαις ὅ τι βούλεται ἡ ἡμέρα. καίτοι τινὲς οἴονται, ὡς δὴ ἡ ἡμέρα ἥμερα ††) ποιεῖ, διὰ ταῦτα ὠνομάσθαι αὐτὴν οὕτως.

---

*) γρ. ζημιῶδες. **) γρ. τἀληθῆ.
) γρ. ἰῶτα ἢ ε ἢ ἦτα. *) γρ. ταύτην.
†) ἴσ. ὠνόμασεν. ††) ἄλλ. ἥμερα ἡ ἡμέρα.

Minervam compositi exordium ore tamquam tibia canere, hoc nomen proferens βουλαπτεροῦν.

So. Non ego, Hermogene, in culpa sum, sed qui posuerunt nomen.

Herm. Vera dicis; at ζημιῶδες (perniciosum) quidnam erit?

So. Quid tandem sit ζημιῶδες? considera, Hermogene, quam verum sit quod dico, appositis litteris atque exemptis magnopere immutari nominum significationes, ita ut paullulum permutata nonnumquam contrarium indicent, veluti vox δέον (necessarium); animadverti enim et recordatus sum modo ex hoc quod volui tibi dicere, novam linguam nostram pulchram illam mutando effecisse ut etiam contrarium significent voces δέον et ζημιῶδες, obscurantem quid valeant, vetustam vero utrumque quid significet nomen indicare.

Herm. Quomodo dicis?

So. Ego tibi explicabo. scis vetustos nostrates litteras ι et δ crebro usurpasse, praesertim mulieres, quae quidem maxime vetustam linguam conservant. nunc autem litteram ι cum litteris ε vel η commutant, pro littera vero δ ponunt ζ, quasi splendidiores illae sint.

Herm. Quî tandem?

So. Veluti vetustiores ἱμέραν vocabant diem, alii ἑμέραν, ii vero qui nunc sunt ἡμέραν.

Herm. Sunt ista.

So. Scis solum pristinum illud nomen indicare mentem eius qui id finxit; quia enim laetis hominibus ac desiderantibus (ἱμείρουσιν) e tenebris lumen prodit, hanc ob causam id vocavit ἱμέραν.

Herm. Videtur.

So. Nunc vero sublimius redditum ne intellexeris quidem quid sibi velit nomen ἡμέρα. quamquam sunt qui arbitrentur, quia dies mitia (ἥμερα) efficiat, icciruco eum ita nominatum esse.

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι.

ΣΩ. Καὶ τό γε ζυγὸν οἶσθα ὅτι δυογὸν οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν;

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Καὶ τὸ μέν γε ζυγὸν οὐδὲν δηλοῖ, τὸ δὲ τοῖν δυεῖν ἕνεκα τῆς δέσεως ἐς τὴν ἀγωγὴν ἐπωνόμασται * δυογὸν δικαίως· νῦν δὲ ζυγόν. καὶ ἄλλα πάμπολλα οὕτως ἔχει. E

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Κατὰ ταὐτὰ *) τοίνυν πρῶτον μὲν τὸ δέον οὕτω λεγόμενον τοὐναντίον σημαίνει πᾶσι τοῖς περὶ τὸ ἀγαθὸν ὀνόμασιν· ἀγαθοῦ γὰρ ἰδέα οὖσα τὸ δέον φαίνεται δεσμὸς εἶναι καὶ κώλυμα φορᾶς, ὥσπερ ἀδελφὸν ὂν τοῦ βλαβεροῦ.

ΕΡΜ. Καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες, οὕτω φαίνεται.

ΣΩ. Ἀλλ' οὐκ, ἐὰν τῷ ἀρχαίῳ ὀνόματι χρῇ, ὃ πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστιν ὀρθῶς κεῖσθαι ἢ τὸ * νῦν, ἀλλ' ὁμολογήσει τοῖς πρόσθεν ἀγαθοῖς, ἐὰν ἀντὶ τοῦ εἶ τὸ ἰῶτα ἀποδιδῷς, ὥσπερ τὸ παλαιόν· διὸν γὰρ αὖ σημαίνει, ἀλλ' οὐ δέον τἀγαθόν, ὅπερ ἀεὶ ἐπαινεῖ· καὶ οὕτως οὐκ ἐναντιοῦται αὐτὸς αὑτῷ ὁ τὰ ὀνόματα τιθέμενος, ἀλλὰ δέον καὶ ὠφέλιμον καὶ λυσιτελοῦν καὶ κερδαλέον καὶ ἀγαθὸν καὶ ξυμφέρον καὶ εὔπορον, τὸ αὐτὸ φαίνεται, ἑτέροις ὀνόμασι σημαῖνον **), τὸ διακοσμοῦν καὶ διϊὸν ***) πανταχοῦ ἐγκεκωμιασμένον, τὸ δὲ ἴσχον καὶ δοῦν ψεγόμενον. * καὶ δὴ καὶ τὸ ζημιῶδες, ἐὰν κατὰ τὴν ἀρχαίαν φωνὴν ἀποδῷς ἀντὶ τοῦ ζῆτα δέλτα, φανεῖταί σοι κεῖσθαι τὸ ὄνομα ἐπὶ τῷ δοῦντι τὸ ἰόν, ἐπονομασθὲν δημιῶδες. 419 B

ΕΡΜ. Τί δὲ †) δὴ ἡδονὴ καὶ λύπη καὶ ἐπιθυμία καὶ τὰ τοιαῦτα, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Οὐ πάνυ χαλεπά μοι φαίνεται, ὦ Ἑρμόγενες. ἥ τε γὰρ ἡδονή, ἡ πρὸς τὴν ὄνησιν ἔοικε τείνουσα πρᾶξις τοῦτο ἔχειν τοὔνομα· τὸ δέλτα δὲ ἔγκειται, ὥστε ἡδονὴ ἀντὶ ἡονῆς

---

*) γρ. ταῦτα.
**) ἴσ. σημαινόμενον.
***) ἄλλ. ἰόν.
†) γρ. δαί.

Herm. Liquet mihi.

So. Et iugum (ζυγόν) scis δυογόν antiquos nominasse.

Herm. Sane quidem.

So. Et vox ζυγόν quidem nihil significat, illud vero, quia duo (δύο) iugantur vectionis causa, δυογόν merito appellatum est; nunc vero ζυγόν. et alia permulta se sic habent.

Herm. Liquet.

So. Eadem iam ratione primum τὸ δέον (necessarium) ita appellatum contrarium significat omnium boni appellationum; boni enim species quum sit τὸ δέον, videtur vinculum (δεσμός) esse et impedimentum agitationis, quasi cognatum sit pernicioso.

Herm. Et profecto, Socrate, ita videtur.

So. Non tamen, si pristino nomine utaris, quod multo rectius patet positum esse quam hodiernum, et conveniet prioribus boni vocabulis, si pro ε restitueris ι, ut antiquitus; διόν (permeans) enim rursus indicat, non δέον, bonum, quod quidem semper laudat; nec ita secum ipse pugnat qui nomina posuit, sed, voces si spectes δέον (necessarium), ὠφέλιμον (utile), λυσιτελοῦν (fructuosum), κερδαλέον (lucrosum), ἀγαθόν (bonum), ξυμφέρον (commodum) et εὔπορον (expeditum), unum et idem videtur, diversis signatum nominibus, ordinans videlicet et permeans, usquequaque celebratum, retinens vero ac vinciens vituperatum esse. atque etiam vocabulum ζημιῶδες (perniciosum), si e pristina lingua restitueris pro ζ litteram δ, videbitur tibi inditum esse vocabulum ei quod vinciat meantia, nominatum δημιῶδες.

Herm. Quid autem ἡδονή (voluptas), λύπη (aegritudo), ἐπιθυμία (cupiditas) et similia, Socrate?

So. Haud sane difficilia mihi videntur, Hermogene. etenim de vocabulo ἡδονή (voluptas), actio ad utilitatem (τὴν ὄνησιν) tendens hoc videtur invenisse nomen; littera vero δ interposita est, ut ἡδονή pro ἡονή profe-

καλεῖται. ἥ τε λύπη ἀπὸ τῆς * διαλύσεως τοῦ σώματος ἔοι- C
κεν ἐπονομασθῆναι, ἣν ἐν τούτῳ τῷ πάθει ἴσχει τὸ σῶμα.
καὶ ἥ γε ἀνία τὸ ἐμποδίζον τοῦ ἰέναι. ἡ δὲ ἀλγηδὼν ξενι-
κόν τι φαίνεταί μοι, ἀπὸ τοῦ ἀλγεινοῦ ὠνομασμένον. ὀδύνη
δὲ ἀπὸ τῆς ἐνδύσεως τῆς λύπης κεκλημένῃ ἔοικεν *). ἀχθη-
δὼν δέ, καὶ παντὶ δῆλον ἀπεικασμένον τὸ ὄνομα τῷ τῆς
φορᾶς βάρει. χαρὰ δὲ τῇ διαχύσει καὶ εὐπορίᾳ τῆς ῥοῆς τῆς
ψυχῆς ἔοικε κεκλημένῃ **). τέρψις δὲ ἀπὸ * τοῦ τερπνοῦ· D
τὸ δὲ τερπνὸν ἀπὸ τῆς διὰ τῆς ψυχῆς ἕρψεως πνοῇ ἀπει-
κασθὲν κέκληται, ἐν δίκῃ μὲν ἂν ἕρπνουν καλούμενον, ὑπὸ
χρόνου δὲ τερπνὸν παρηγμένον. εὐφροσύνη δὲ οὐδὲν προς-
δεῖται τοῦ διότι ῥηθῆναι· παντὶ γὰρ δῆλον ὅτι ἀπὸ τοῦ εὖ
τοῖς πράγμασι τὴν ψυχὴν ξυμφέρεσθαι τοῦτο ἔλαβε τὸ ὄνο-
μα, εὐφερουσύνην, τό γε δίκαιον· ὅμως δὲ αὐτὸ καλοῦμεν
εὐφροσύνην. οὐδ' ἐπιθυμία χαλεπόν· τῇ γὰρ ἐπὶ τὸν θυ-
μὸν ἰούσῃ * δυνάμει δῆλον ὅτι τοῦτο ἐκλήθη τὸ ὄνομα. E
θυμὸς δὲ ἀπὸ τῆς θύσεως καὶ ζέσεως τῆς ψυχῆς ἔχοι ἂν
τοῦτο τοὔνομα. ἀλλὰ μὴν ἵμερός γε τῷ μάλιστα ἕλκοντι τὴν
ψυχὴν ῥῷ ἐπωνομάσθη· ὅτι γὰρ ἱέμενος ῥεῖ καὶ ἐφιέμενος
* τῶν πραγμάτων καὶ οὕτω δὴ ἐπισπᾷ σφόδρα τὴν ψυχὴν 420
διὰ τὴν ἕσιν τῆς ῥοῆς, ἀπὸ ταύτης οὖν πάσης τῆς δυνά-
μεως ἵμερος ἐκλήθη. καὶ μὴν πόθος αὖ καλεῖται, σημαίνων
οὐ τοῦ παρόντος εἶναι ἱμέρου τε καὶ ῥεύματος ***), ἀλλὰ
τοῦ ἄλλοθί που ὄντος καὶ ἀπόντος, ὅθεν πόθος ἐπωνόμα-
σται, ὃς τότε, ὅταν παρῇ οὗ τις ἐφίετο, ἵμερος ἐκαλεῖτο·
ἀπογενομένου δὲ ὁ αὐτὸς οὗτος πόθος ἐκλήθη. ἔρως δέ, ὅτι
ἐσρεῖ ἔξωθεν καὶ οὐκ οἰκεία ἐστὶν ἡ ῥοὴ αὕτη τῷ ἔχοντι,
* ἀλλ' ἐπείσακτος διὰ τῶν ὀμμάτων, διὰ ταῦτα ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν B
ἔσρος τό γε παλαιὸν ἐκαλεῖτο (τῷ γὰρ οὖ ἀντὶ τοῦ ὦ ἐχρώμεθα),

---

*) γρ. κεκλημένη. ΕΡΜ. Ἔοικεν.

**) γρ. κεκλημένη.

***) ἴσ. τοῦ παρόντος εἶναι, ἀλλὰ τοῦ κτλ.

ratur. λύπη (aegritudo) autem e solutione corporis videtur nominata esse, qua hoc in affectu tenetur corpus, et ἀνία (dolor) est id quod impedit profectionem (τὸ ἰέναι). vocabulum autem ἀλγηδών (cruciatus) peregrinum mihi videtur, ab eo quod cruciat (ἀλγεινόν) ductum. ὀδύνη (maeror) ab ingressione (ἐνδύσεως) aegritudinis nominata videtur. de voce porro ἀχθηδών (tristitia), cuilibet perspicuum est nomen exprimere agitationis gravitatem. χαρά (laetitia) diffusioni et facilitati animi fluxionis videtur impositum. vocabulum τέρψις (iucunditas) a voce τερπνόν (iucundum) ductum; τερπνόν (iucundum) vero ab eo quod per animum reptat (ἕρπει) ad flatus (πνοῆς) similitudinem nominatum est, merito quidem ἕρπνουν dictum, temporis vero propter longinquitatem in τερπνόν deflexum. εὐφροσύνη (delectatio) nihil attinet dicere quamobrem ita dicta sit; cuilibet enim patet ab eo, quod bene (εὖ) cum rebus animus circumferatur (φέρεσθαι), hoc invenisse nomen εὐφεροσύνην, neque id iniuria; tamen vocamus eam εὐφροσύνην. nec ἐπιθυμία (cupiditas) difficilis; facultati enim ad animum (ἐπὶ τὸν θυμόν) aggredienti patet hoc inditum esse nomen. θυμός (animus) autem ab excandescentia et fervore animi hoc habebit nomen. iam vero vox ἵμερος (amoris illecebra) fluxioni animum maxime trahenti imposita est; quia enim cupiens fluit (ἱέμενος ῥεῖ) atque appetens rerum et animum vehementer sic allicit propter appetitionem fluxionis, ex hac omni facultate ἵμερος nominatus est. atque etiam πόθος (desiderium) vocatur, quod significat illum ἵμερον non praesentis esse appetitionem, sed eius quod alibi versetur atque absit; unde πόθος dictus, qui tum, quum adest id quod quis concupivit, ἵμερος nominatur; absente autem illo idem hic ἵμερος vocatur πόθος. amor (ἔρως) vero quia influit foris nec propria haec fluxio est eius cui contingit, sed adventicia per oculos, iccirco ab influendo (ἐσρεῖν) ἔσρος antiquitus nominatus (littera ο enim pro ω usi sumus),

νῦν δ' ἔρως κέκληται διὰ τὴν τοῦ ῶ ἀντὶ τοῦ οὖ μεταλλαγήν. Ἀλλὰ τί ἔτι οὐ *) λέγεις ὅ τι σκοπῶμεν;

ΕΡΜ. Δόξα καὶ τὰ τοιαῦτα πῇ σοι φαίνεται;

ΣΩ. Δόξα μὲν ἤτοι τῇ διώξει ἐπωνόμασται, ἣν **) ἡ ψυχὴ διώκουσα τὸ εἰδέναι ὅπῃ ἔχει τὰ πράγματα πορεύεται, ἢ τῇ ἀπὸ τοῦ τόξου βολῇ· ἔοικε δὲ τούτῳ ***) μᾶλλον· ἡ γοῦν οἴησις τούτῳ ξυμφωνεῖ· οἶσιν ****) γὰρ * τῆς ψυχῆς C ἐπὶ πᾶν πρᾶγμα οἷόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ὄντων δηλούσῃ προσέοικεν, ὥσπερ γε καὶ ἡ βουλὴ πρὸς τὴν βολὴν καὶ τὸ βούλεσθαι τὸ ἐφίεσθαι σημαίνει, καὶ βουλεύεσθαι †)· πάντα ταῦτα τῇ δόξῃ ††) ἑπόμεν' ἄττα φαίνεται τῆς βολῆς ἀπεικάσματα, ὥσπερ αὖ καὶ τοὐναντίον ἡ ἀβουλία ἀτυχία δοκεῖ εἶναι, ὡς οὐ βαλόντος οὐδὲ τυχόντος οὗ ἔβαλλέ τε καὶ †††) ὃ ἐβούλετο καὶ περὶ οὗ ἐβουλεύετο καὶ οὗ ἐφίετο.

* ΕΡΜ. Ταῦτα ἤδη μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, πυκνότερον ἐπάγειν. D

ΣΩ. Τέλος ††††) γὰρ ἤδη θεῷ (*). ἀνάγκην δ' οὖν ἔτι βούλομαι διαπερᾶναι, ὅτι τούτοις ἑξῆς ἐστί, καὶ τὸ ἑκούσιον. Τὸ μὲν οὖν ἑκούσιον, τὸ εἶκον καὶ μὴ ἀντιτυποῦν, ἀλλ', ὥσπερ λέγω, εἶκον τῷ ἰόντι δεδηλωμένον ἂν εἴη τούτῳ τῷ ὀνόματι, τῷ κατὰ τὴν βούλησιν γιγνομένῳ· τὸ δὲ ἀναγκαῖον καὶ ἀντίτυπον, παρὰ τὴν βούλησιν ὄν, τὸ περὶ τὴν ἁμαρτίαν ἂν εἴη καὶ ἀμαθίαν, ἀπείκασται δὲ τῇ κατὰ τὰ * ἄγκη πορείᾳ, ὅτι δύσπορα καὶ τραχέα καὶ λάσια E ὄντα ἴσχει τοῦ ἰέναι. ἐντεῦθεν οὖν ἴσως ἐκλήθη ἀναγκαῖον, τῇ διὰ τοῦ ἄγκους ἀπεικασθὲν πορείᾳ. Ἕως δὲ πάρεστιν ἡ ῥώμη, μὴ ἀνιῶμεν αὐτήν. ἀλλὰ καὶ σὺ μὴ ἀνίει, ἀλλ' ἐρώτα.

---

*) ἴσ. σύ. **) ἴσ. ᾗ. ***) γρ. τοῦτο.
****) γρ. οἴσει. †) ἴσ. τὸ βουλεύεσθαι.
††) γρ. ταῦτα δόξῃ.
†††) γρ. οὗ τ' ἐβάλλετο καί.
††††) γρ. ἐπάγειν· τέλος.
(*) ἴσ. Τέλος γὰρ ἤδη ἐπιθεῖναι ἐθέλω.

nunc autem ἔρως vocatus est, littera ο in ω commutata. At quid praeterea dicis considerandum esse?

Herm. Δόξα (cogitatio) et similia quomodo tibi videntur se habere?

So. Δόξα (cogitatio) quidem vel e persequutione (διώξει) nominata est, quandoquidem animus persequens rerum conditionis scientiam proficiscitur, vel e iactu ex arcu; respondet vero huic magis; οἴησις (opinatio) certe cum eo concinit: perfectionem enim animi ad quamlibet rem, qualis sit quaeque, indicandam videtur significare, quemadmodum etiam βουλή (voluntas) id quod βολή (iactus), et βούλεσθαι (velle) id quod ἐφίεσθαι (concupiscere) valet itemque βουλεύεσθαι (deliberare): omnia haec cum δόξῃ (cogitatione) coniuncta quaedam videntur βολῆς (iactus) imitationes, sicuti etiam contrarium ἀβουλία (consilii inopia) frustratio videtur esse, tamquam quis non feriat (βάλλει) nec assequatur quod ferire voluerit et cupiverit et de quo deliberaverit quodque appetierit.

Herm. Haec iam mihi videris, Socrate, densius afferre.

So. Finem enim iam imponere cupio, de voce ἀνάγκη (necessitas) adhuc volo exponere, quia cum illis coniuncta est, et de vocabulo ἑκούσιον (voluntarium). Ac de voce ἑκούσιον quidem, cedens nec reluctans, sed, ut dico, cedens ei quod proficiscitur (εἶκον τῷ ἰόντι) significatum erit hoc nomine, ei videlicet quod ex voluntate accidit; ἀναγκαῖον (necessarium) vero et ἀντίτυπον (reluctans) quia voluntati adversatur, ad errorem pertinebit atque inscitiam; ficta autem vox est ad similitudinem profectionis per valles, quia hae si inviae sunt et asperae et hirsutae arcent progressu. hinc igitur fortasse dictum est ἀναγκαῖον (necessarium) ad similitudinem progressus per vallem (διὰ τοῦ ἄγκους). Dum vero adest robur, ne remittamus. at tu quoque ne remitte, sed interroga.

ΕΡΜ. Ἐρωτῶ δὴ τὰ μέγιστα καὶ τὰ κάλλιστα, * τήν 421
τε ἀλήθειαν καὶ τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ὂν καὶ αὐτὸ τοῦτο περὶ
ὃ νῦν ὁ λόγος ἡμῖν ἐστίν, ὄνομα, διότι τὸ ὄνομα ἔχει.

ΣΩ. Μαίεσθαι οὖν καλεῖς τι;

ΕΡΜ. Ἔγωγε, τό γε ζητεῖν.

ΣΩ. Ἔοικε τοίνυν ἐκ λόγου ὀνόματι ξυγκεκροτημένῳ, λέγοντος ὅτι τοῦτ᾽ ἐστὶν ὄν, οὗ τυγχάνει ζήτημα, τὸ ὄνομα. μᾶλλον δὲ ἂν αὐτὸ γνοίης ἐν ᾧ λέγομεν τὸ ὀνομαστόν· ἐνταῦθα γὰρ σαφῶς λέγει τοῦτο εἶναι ὄν, οὗ μάσμα *) ἐστίν. ἡ δ᾽ ἀλήθεια * καὶ τοῦτο **) τοῖς ἄλλοις ἔοικε ξυγκεκροτῆσθαι· ἡ γὰρ θεία τοῦ ὄντος φορὰ ἔοικε προσειρῆσθαι τούτῳ τῷ ῥήματι, τῇ ἀληθείᾳ, ὡς θεία οὖσα ἄλη. τὸ δὲ ψεῦδος τοὐναντίον τῇ φορᾷ· πάλιν γὰρ αὖ λοιδορούμενον ἥκει τὸ ἰσχόμενον καὶ τὸ ἀναγκαζόμενον ἡσυχάζειν, ἀπείκασται δὲ τοῖς καθεύδουσι· τὸ ψῖ δὲ προσγενόμενον ἐπικρύπτει τὴν βούλησιν τοῦ ὀνόματος. τὸ δὲ ὂν καὶ ἡ οὐσία ὁμολογεῖ τῷ ἀληθεῖ, τὸ ἰῶτα ἀπολαβόν ***)· ἰὸν γὰρ σημαίνει, καὶ τὸ οὐκ ὂν αὖ, ὥς τινες καὶ ὀνομάζουσιν * αὐτὸ οὐκὶ ὄν. C

ΕΡΜ. Ταῦτα μέν μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ἀνδρείως πάνυ διακεκροτηκέναι. εἰ δέ τίς σε ἔροιτο τοῦτο τὸ ἰὸν καὶ τὸ ῥέον καὶ τὸ δοῦν, τίνα ἔχει ὀρθότητα ταῦτα τὰ ὀνόματα.

ΣΩ. Τί †) ἂν αὐτῷ ἀποκριναίμεθα λέγεις; ἦ γάρ;

ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν ††).

ΣΩ. Ἓν μὲν τοίνυν ἄρτι που ἐπορισάμεθα, ὥστε δοκεῖν τι λέγειν ἀποκρινόμενοι.

ΕΡΜ. Τὸ ποῖον τοῦτο;

ΣΩ. Φάναι, ὃ ἂν μὴ γιγνώσκωμεν, βαρβαρικόν τι τοῦτ᾽ εἶναι. εἴη μὲν οὖν ἴσως ἄν τι * τῇ ἀληθείᾳ καὶ τοι- D

---

*) γρ. εἶναι, ὀνόμασμά ἐστιν.

**) ἴσ. κατὰ ταὐτά.

***) γρ. ἀποβαλόν.

†) γρ. Τίνα ἄν.

††) γρ. ὀνόματα, τίνα — γάρ; ΕΡΜ. Πάνυ — οὖν.

Herm. Interrogo igitur quae maxima sunt atque pulcherrima, veritatem et mendacium et esse et id ipsum quod nunc agitur, nomen (ὄνομα) cur hoc nomen habeat.

So. Μαίεσθαι (investigare) num dicis aliquid?

Herm. Ego vero, et id quidem quod quaerere.

So. Videtur igitur vox ὄνομα nomen esse ex oratione conflatum quae dicat hoc esse verum (ὄν) de quo quaeratur. magis vero id cognosces in eo quod vocamus ὀνομαστόν (nominatum); hic enim aperte dicit hoc esse verum cuius investigatio (μάσμα) sit. etiam ἀλήθεια (veritas) pariter atque cetera videtur conflatum esse; etenim divina eius quod est motio videtur signata esse hac dictione, ἀλήθεια, quippe quae sit divina agitatio (ἄλη θεία). ψεῦδος (mendacium) autem contrarium est motionis; rursus enim vituperatur id quod cohibetur atque cogitur quiescere, imagine sumpta a dormientibus (εὕδειν est enim dormire); littera ψ adiecta occultat nominis significationem. ὄν (quod est) et οὐσία (essentia) consentit cum voce ἀληθές (verum), si ι assumit; ἰόν (vadens) enim tum sonat, sicut id quod non est (τὸ οὐκ ὄν), quemadmodum nonnulli id vocant, οὐκὶ ὄν (οὐκ ἰόν).

Herm. Haec quidem mihi videris, Socrate, viriliter sane explorasse; quodsi vero quis ex te quaesiverit hoc ἰόν (vadens) et ῥέον (fluens) et δοῦν (vinciens), quaenam his vocibus recta subiecta sit ratio?

So. Quid ei responsuri simus quaeris? nonne?

Herm. Sane quidem.

So. Unum modo attulimus, quod respondentes videamur aliquid dicere.

Herm. Quidnam?

So. Hoc ut dicamus, quodcumque non perspiciamus, id barbaricum quoddam esse. et sane quidem forsitan aliquid eorum revera tale sit, possunt vero etiam

οὗτον αὐτῶν, εἴη δὲ κἂν ὑπὸ παλαιότητος τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων ἀνερεύνητα *) εἶναι· διὰ γὰρ τὸ πανταχῇ στρέφεσθαι τὰ ὀνόματα οὐδὲν θαυμαστὸν ἂν εἴη εἰ ἡ παλαιὰ φωνὴ πρὸς τὴν νυνὶ βαρβαρικῆς μηδὲν διαφέροι.

ΕΡΜ. Καὶ οὐδέν γε ἀπὸ τρόπου λέγεις.

ΣΩ. Λέγω γὰρ οὖν εἰκότα. οὐ μέντοι μοι δοκεῖ προφάσεις ἀγὼν εἰςδέχεσθαι, ἀλλὰ προθυμητέον αὐτὰ διασκέψασθαι. ἐνθυμηθῶμεν δέ· εἴ τις ἀεί, δι' ὧν ἂν λέγηται τοὔνομα, * ἐκεῖνα ἀνερήσεται **) τὰ ῥήματα, καὶ αὖθις αὖ, E δι' ὧν ἂν τὰ ῥήματα λεχθῇ, ἐκεῖνα πεύσεται, καὶ τοῦτο μὴ παύσεται ποιῶν, ἆρ' οὐκ ἀνάγκη τελευτῶντα ἀπειπεῖν τὸν ἀποκρινόμενον;

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

* ΣΩ. Πότε οὖν ἀπειπὼν ὁ ἀπαγορεύων δικαίως παύοιτ' 422 ἄν; ἆρ' οὐκ, ἐπειδὰν ἐπ' ἐκείνοις γένηται τοῖς ὀνόμασιν, ἃ ὡςπερεὶ στοιχεῖα τῶν ἄλλων ἐστὶ καὶ λόγων καὶ ὀνομάτων; ταῦτα γάρ που οὐκέτι δίκαιον φανῆναι ἐξ ἄλλων ὀνομάτων ξυγκείμενα, ἂν οὕτως ἔχῃ. οἷον νῦν δὴ τὸ ἀγαθὸν ἔφαμεν ἐκ τοῦ ἀγαστοῦ καὶ ἐκ τοῦ θοοῦ ξυγκεῖσθαι· τὸ δὲ θοὸν ἴσως φαῖμεν ἂν ἐξ ἑτέρων, ἐκεῖνα δὲ ἐξ ἄλλων. ἀλλ' ἐάν ποτέ * γε λάβωμεν ὃ οὐκέτι ἔκ τινων ἑτέρων ξύγκειται B ὀνομάτων, δικαίως ἂν φαῖμεν ἐπὶ στοιχείῳ τε ἤδη εἶναι καὶ οὐκέτι τοῦτο ἡμᾶς δεῖν εἰς ἄλλα ὀνόματα ἀναφέρειν.

ΕΡΜ. Ἔμοιγε δοκεῖς ὀρθῶς λέγειν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν καὶ νῦν ἃ ἐρωτᾷς τὰ ὀνόματα στοιχεῖα ὄντα τυγχάνει, καὶ δεῖ αὐτῶν ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ἤδη τὴν ὀρθότητα ἐπισκέψασθαι ἥτις ἐστίν;

ΕΡΜ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Εἰκὸς δῆτα, ὦ Ἑρμόγενες· πάντα γοῦν φαίνεται τὰ ἔμπροσθεν εἰς ταῦτ' ἀνεληλυθέναι. * εἰ δὲ τοῦτο οὕτως C ἔχει ὥς μοι δοκεῖ ἔχειν, δεῦρο αὖ ξυνεπίσκεψαι μετ' ἐμοῦ, μή τι παραληρήσω λέγων οἵαν δεῖ τὴν τῶν πρώτων ὀνομάτων ὀρθότητα εἶναι.

---

*) γρ. ἀνεύρετα.

**) γρ. ἂν ἐρήσεται.

prima vocabula propter vetustatem eiusmodi esse ut investigationem fugiant; quia enim omnes in partes vertuntur vocabula, haud mirandum erit si vetusta lingua cum hodierna collata a barbarica nihil differat.

Herm. Et nihil quidem absoni dicis.

So. Dico vero convenientia. neque tamen mihi videtur excusationem certamen admittere, sed conandum esse haec explorare. reputemus vero si quis semper, quibuscumque e vocabulis conflatum est nomen, haec roget, et rursus, quibuscumque e vocibus conflata sunt vocabula, haec sciscitetur idque non desinat facere, nonne necesse est ad extremum deficere respondentem?

Herm. Mihi sane videtur.

So. Quando iam deficiens is qui defatigatur iure finem faciet? nonne tum quum ad illa pervenerit vocabula, quae quasi elementa reliquarum sunt et orationum et vocum? etenim haec iam sane non possunt videri ex aliis composita vocabulis, si se sic habent. veluti modo vocem ἀγαθόν (bonum) diximus e vocabulis ἀγαστόν (admirandum) et θοόν (velox) conflatam esse, θοόν autem forsitan dixerimus ex aliis et haec quoque ex aliis. at si quando nacti erimus quod iam non est e quibusdam aliis conflatum vocabulis, iure nos dicemus ad elementum iam venisse idque non oportere nos ad alia rursus vocabula referre.

Herm. Videris mihi recte dicere.

So. Num vero etiam quae nunc rogas nomina elementa sunt, et oportet iam alia quadam ratione quaeri, quae vera eorum ratio sit?

Herm. Convenit vero.

So. Convenit sane, Hermogene; omnia certe videntur superiora ad haec redisse. quodsi ita se habet, ut mihi videtur se habere, age rursus explora mecum, ne quid delirem dicens qualem oporteat rectam primorum vocabulorum rationem esse.

ΕΡΜ. Λέγε μόνον· ὡς, ὅσον γε δυνάμεως παρ' ἐμοί ἐστι *), ξυνεπισκέψομαι.

ΣΩ. Ὅτι μὲν τοίνυν μία γέ τις ἡ ὀρθότης παντὸς ὀνόματος καὶ πρώτου καὶ ὑστάτου, καὶ οὐδὲν διαφέρει τῷ **) ὄνομα εἶναι οὐδὲν αὐτῶν, οἶμαι καὶ σοὶ ξυνδοκεῖν.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν ὧν γε νῦν ***) διεληλύθαμεν * τῶν ὀνο- D
μάτων ἡ ὀρθότης τοιαύτη τις ἐβούλετο εἶναι, οἵα δηλοῦν οἷον ἕκαστόν ἐστι τῶν ὄντων.

ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Τοῦτο μὲν ἄρα οὐδὲν ἧττον καὶ τὰ πρῶτα δεῖ ἔχειν καὶ τὰ ὕστερα, εἴπερ ὀνόματα ἔσται.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἀλλὰ δὴ ****) τὰ μὲν ὕστερα, ὡς ἔοικε, διὰ τῶν προτέρων οἷά τε ἦν τοῦτο ἀπεργάζεσθαι.

ΕΡΜ. Φαίνεται.

ΣΩ. Εἶεν, τὰ δὲ δὴ πρῶτα, οἷς οὔπω ἕτερα ὑπόκειται, τίνι τρόπῳ κατὰ τὸ δυνατὸν ὅτι μάλιστα φανερὰ ἡμῖν ποιήσει τὰ * ὄντα, εἴπερ μέλλει ὀνόματα εἶναι; Ἀπόκριναι δέ E
μοι τόδε· εἰ φωνὴν μὴ εἴχομεν μηδὲ γλῶτταν, ἐβουλόμεθα δὲ δηλοῦν ἀλλήλοις τὰ πράγματα, ἆρ' οὐκ ἄν, ὥσπερ νῦν οἱ ἐνεοί †), ἐπεχειροῦμεν ἂν σημαίνειν ταῖς χερσὶ καὶ τῇ κεφαλῇ ††) καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι;

ΕΡΜ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως, ὦ Σώκρατες;

* ΣΩ. Εἰ μὲν γὰρ †††), οἶμαι, τὸ ἄνω καὶ τὸ κοῦφον 425
ἐβουλόμεθα δηλοῦν, ἤρομεν ἂν πρὸς τὸν οὐρανὸν τὴν χεῖρα, μιμούμενοι αὐτὴν τὴν φύσιν τοῦ πράγματος· εἰ δὲ τὰ κάτω καὶ τὰ βαρέα, πρὸς τὴν γῆν· καὶ εἰ ἵππον ††††) θέοντα ἤ τι ἄλλο τῶν ζώων ἐβουλόμεθα δηλοῦν, οἶσθα ὅτι, ὡς ὁμοιότατ' ἂν τὰ ἡμέτερα αὐτῶν σώματα καὶ σχήματα ἐποιοῦμεν ἐκείνοις.

ΕΡΜ. Ἀνάγκη μοι δοκεῖ, ὡς λέγεις, ἔχειν.

---

*) γρ. ἔμοιγ' ἐστί. **) γρ. τό. ***) ἴσ. νῦν δή.
****) γρ. Ἀλλά. †) γρ. ἐννεοί. ††) γρ. καὶ κεφαλῇ.
†††) γρ. μέν γ'. ††††) γρ. καὶ ἵππον.

Herm. Dic modo; nam quantum quidem in me est, una explorabo.

So. Igitur unam esse aliquam rectam rationem cuiusque vocabuli et primi et ultimi, nec differre quid ullum eorum in eo quod vocabulum sit, arbitror etiam te censere.

Herm. Sane quidem.

So. Iam vero recta eorum quae modo exposuimus vocabulorum ratio eiusmodi volebat esse ut declararet qualis quaeque esset rerum.

Herm. Quippini?

So. Hoc igitur non minus prima debent habere quam posteriora, siquidem nomina sunt futura.

Herm. Sane quidem.

So. At posteriora, ut patet, per priora hoc poterant efficere.

Herm. Videtur.

So. Iam vero prima, quibus nondum alia subiecta sunt, quonam pacto quam maxime res nobis declarabunt, siquidem futura sunt vocabula? Responde mihi ad hoc: si neque vocem haberemus neque linguam, vellemus autem res declarare inter nos, nonne, quemadmodum nunc muti, conaremur significare manibus, capite reliquoque corpore?

Herm. Quî enim aliter, Socrate?

So. Quodsi, arbitror, superius et leve vellemus declarare, manum tolleremus ad caelum ipsam rei naturam imitantes, sin inferiora et gravia, ad terram; et si equum currentem vel aliud quod animantium vellemus indicare, scis nos quam simillima corpora nostra gestusque reddituros esse illis.

Herm. Necessario mihi videtur, ut dicis, se habere.

ΣΩ. Οὐκ[illegible] γὰρ ἄν, οἶμαι, δήλωμά του τῷ σώματι *) ἐγίγνετο, * μιμησαμένου, ὡς ἔοικε, τοῦ σώματος ἐκεῖνο ὃ ἐβούλετο δηλῶσαι. B

ΕΡΜ. Ναί.

ΣΩ. Ἐπειδὴ δὲ φωνῇ τε καὶ γλώττῃ καὶ στόματι βουλόμεθα δηλοῦν, ἆρ' οὐ τότε ἑκάστου δήλωμα ἡμῖν ἔσται τὸ ἀπὸ τούτων γιγνόμενον, ὅταν μίμημα γένηται διὰ τούτων περὶ ὁτιοῦν;

ΕΡΜ. Ἀνάγκη μοι δοκεῖ.

ΣΩ. Ὄνομα ἄρ' ἐστίν, ὡς ἔοικε, μίμημα φωνῆς ἐκείνου ὃ μιμεῖται, καὶ ὀνομάζει ὁ μιμούμενος τῇ φωνῇ ὃ ἂν **) μιμῆται.

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι.

ΣΩ. Μὰ * Δί', ἀλλ' οὐκ ἐμοί πω δοκεῖ καλῶς λέγεσθαι, C ὦ ἑταῖρε.

ΕΡΜ. Τί δή;

ΣΩ. Τοὺς τὰ πρόβατα μιμουμένους τούτους καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας καὶ τἄλλα ζῶα ἀναγκαζοίμεθ' ἂν ὁμολογεῖν ὀνομάζειν ταῦτα ἅπερ μιμοῦνται.

ΕΡΜ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Καλῶς οὖν ἔχειν δοκεῖ σοι;

ΕΡΜ. Οὐκ ἔμοιγε. ἀλλὰ τίς ἄν, ὦ Σώκρατες, μίμησις εἴη τοὔνομα;

ΣΩ. Πρῶτον μέν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἐάν, καθάπερ τῇ μουσικῇ μιμούμεθα ***) τὰ πράγματα, οὕτω μιμώμεθα, * καίτοι τῇ †) φωνῇ γε καὶ τότε μιμούμεθα· ἔπειτα οὐκ ἐάν, ἅπερ D ἡ μουσικὴ μιμεῖται, καὶ ἡμεῖς μιμώμεθα, οὔ μοι δοκοῦμεν ὀνομάσειν. λέγω δὲ τί τοῦτο ††); ἔστι τις τοῖς πράγμασι φωνὴ καὶ σχῆμα ἑκάστῳ, καὶ χρῶμά γε πολλοῖς.

ΕΡΜ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἔοικε τοίνυν οὐκ, ἐάν τις ταῦτα μιμῆται, οὐδὲ περὶ ταύτας τὰς μιμήσεις ἡ τέχνη ἡ ὀνομαστικὴ εἶναι· αὗται μὲν γάρ εἰσιν ἡ μὲν μουσική, ἡ δὲ γραφική· ἢ γάρ;

---

*) γρ. δηλώματα τοῦ σώματος. **) ἴσ. ὅταν.
***) γρ. μιμώμεθα. †) γρ. καίτοι φωνῇ.
††) ἴσ. δέ τι τοιοῦτον· ἔστι κτλ.

So. Ita enim, opinor, declaratio alicuius rei per corpus exſiſtet, imitante, ut patet, corpore id quod volebat declarare.

Herm. Vero.

So. Iam quia voce et lingua et ore volumus declarare, nonne cuiusque rei declaratio erit hoc quod ab illis proficiſcitur tum, quum imitando per ea res quaepiam exprimitur?

Herm. Neceſſe mihi videtur.

So. Nomen ergo eſt, ut patet, imitatio per vocem eius rei quam imitatur, et nominat hic qui imitatur voce, ſi quando imitatur.

*) ἴσ. ΠΡΩ. Ἀλλ' οὐ μὴν δεῖ — διάφοροι. ΣΩ. Τὴν τοίνυν κτλ.

) ἴσ. Πρώταρχε, τοῦ τ' ἐμοῦ κτλ. *) ἴσ. πάντα.

So. Multae videbuntur omnes ad unam ſcientiae eſſe et nonnullae inter ſe disſimiles. ſi vero etiam contrariae fere reperiantur aliquae, num dignus ſim qui disſeram nunc, ſi timens hoc ipſum nullam disſimilem dicam ſcientiam ſcientiae eſſe, tumque nobis haec oratio tamquam fabula pereat atque evaneſcat, nos vero ipſi ſervemur ad abſurdi quid confugientes? nec vero oportet iſtud fieri, quum a nobis ſervandis discesſeris. aequalitas tamen tuae et meae orationis mihi placet: multae voluptates atque disſimiles ſunto, multae quoque ſcientiae ac diverſae. *) Differentiam tamen, o Protarche, tuae et meae orationis non occultare, ſed in medium proferre ſuſtineamus, ſi forte exploratae declarent, utrum voluptatem bonum oporteat dici an intelligentiam an tertium aliquod eſſe; neque enim nunc, ut opinor, hoc ipſum contendimus, ut quae ego ponam haec ſint ſuperiora aut ea quae tu, ſed id quod veriſſimum eſt oportet ſane auxilio iuvare nos ambo.

Pro. Oportet vero.

So. Hanc igitur rationem etiam magis confeſſione confirmemus.

Pro. Qualem autem?

So. Eam quae nihil non negoti faceſſit hominibus velint nolint nonnullis et nonnumquam.

Pro. Dic clarius.

So. Illam quae nunc incidit dico, naturâ admirabiliter quodammodo comparatam. unum enim eſſe quae multa ſint et quod unum id multa mirabile eſt dictu et facile in controverſiam vocatur, utrumcumque horum quis ponit.

Pro. Num ais, ſi quis me dicat Protarchum qui unus ſim naturâ rurſus multos eſſe, nos etiam contrarios ponens, magnum et parvum, gravem et levem eundem, alia innumerabilia?

*) fort. *PRO. Nec vero oportet — diverſae. SO. Differentiam* cet.

ΣΩ. Σὺ μέν, ὦ Πρώταρχε, εἴρηκας τὰ δεδημευμένα τῶν θαυμαστῶν περὶ τὸ ἓν καὶ πολλά, ξυγκεχωρημένα δέ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὑπὸ πάντων ἤδη, μὴ δεῖν τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι, παιδαριώδη καὶ ῥάδια καὶ σφόδρα τοῖς λόγοις ἐμπόδια ὑπολαμβανόντων γίγνεσθαι· ἐπεὶ μηδὲ τὰ τοιάδε, ὅταν * τις ἑκάστου τὰ μέλη τε καὶ ἅμα μέρη διελὼν τῷ λόγῳ E πάντα ταῦτα τὸ ἓν ἐκεῖνο εἶναι διομολογησάμενος *) ἐλέγχῃ καταγελῶν ὅτι τέρατα διηνάγκασται φάναι, τό τε ἓν ὡς πολλά ἐστι καὶ ἄπειρα καὶ τὰ πολλὰ ὡς ἓν μόνον.

ΠΡΩ. Σὺ δὲ δὴ ποῖα, ὦ Σώκρατες, ἕτερα λέγεις, ἃ μήπω ξυγκεχωρημένα δεδήμευται περὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον **) λόγον;

15 * ΣΩ. Ὁπόταν, ὦ παῖ, τὸ ἓν μὴ τῶν γιγνομένων τε καὶ ἀπολλυμένων τις τιθῆται, καθάπερ ἀρτίως ἡμεῖς εἴπομεν· ἐνταυθοῖ μὲν γὰρ καὶ τὸ τοιοῦτον ἕν, ὅπερ εἴπομεν νῦν δή, ξυγκεχώρηται τὸ μὴ δεῖν ἐλέγχειν· ὅταν δέ τις ἕνα ἄνθρωπον ἐπιχειρῇ τίθεσθαι καὶ βοῦν ἕνα καὶ τὸ καλὸν ἓν καὶ τἀγαθὸν ἕν, περὶ τούτων τῶν ἑνάδων καὶ τῶν τοιούτων ἡ πολλὴ σπουδὴ μετὰ διαιρέσεως ἀμφισβήτησις γίγνεται.

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Πρῶτον μέν, εἴ τινας δεῖ τοιαύτας * εἶναι μονάδας B ὑπολαμβάνειν ἀληθῶς οὔσας· εἶτα πῶς αὖ ταύτας, μίαν ἑκάστην οὖσαν ἀεὶ τὴν αὐτὴν καὶ μήτε γένεσιν μήτε ὄλεθρον προσδεχομένην, ὅμως εἶναι βεβαιότατα ***) μίαν ταύτην· μετὰ δὲ τοῦτ' ἐν τοῖς γιγνομένοις αὖ καὶ ἀπείροις εἴτε διεσπασμένην καὶ πολλὰ γεγονυῖαν θετέον, εἴθ' ὅλην αὐτὴν αὑτῆς χωρίς, ὃ δὴ πάντων ἀδυνατώτατον φαίνοιτ' ἄν, ταὐτὸν καὶ ἓν ἅμα ἐν ἑνί τε καὶ πολλοῖς γίγνεσθαι. ταῦτ' ἔστι τὰ περὶ τὰ τοιαῦτα * ἓν καὶ πολλά †), ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνα, C ὦ Πρώταρχε, ἁπάσης ἀπορίας αἴτια μὴ καλῶς ὁμολογηθέντα καὶ εὐπορίας ἂν αὖ καλῶς.

---

*) ἴσ. τὸν ἓν ἐκεῖνα εἶναι διομολογησάμενον ἐλέγχῃ.

**) ἴσ. τοῦτον τὸν λ.

***) γρ. βεβαιότητα.

†) ἴσ. ταῦτ' ἔστι τὰ τοιαῦτα περὶ ἓν καὶ πολλά.

So. Tu quidem, Protarche, memorasti quae divulgata sunt ex admirabilibus illis de uno et multis, et concessa iam prope ab omnibus, non esse talia attingenda, quia puerilia, facilia magnoque disputationibus impedimento sint; etenim nec hoc, si quis uniuscuiusque membra simulque partes distinguens oratione eum qui haec omnia unum esse concesserit redarguat deridens, quod monstra coactus fuerit dicere, unum videlicet multa esse atque innumerabilia, et multa unum tantum.

Pro. Tu vero, Socrate, quaenam alia dicis quae nondum concessa in eadem hac causa divulgata sint?

So. Quando quis, o puer, unum non de eis quae exsistunt et intereunt ponit, quemadmodum modo nos diximus: hîc enim et tale unum quod significavimus paullo ante, concessum est non debere redargui; quando vero unum aliquis hominem instituit ponere et bovem unum et pulchrum unum et bonum unum, de his unitatibus atque talibus summum distinguendi studium controversiam facit.

Pro. Quomodo?

So. Primo quidem, an quasdam oporteat tales unitates statui vere exstantes, deinde quomodo unaquaeque earum, licet semper eadem sit nec ortum neque interitum recipiat, tamen firmissime sit una haec; postea num eam in rebus orientibus et innumerabilibus dissipatam multaque exsistentem poni oporteat, an totam per se seorsum, quod quidem omnium minime videbitur fieri posse, idem et unum simul in uno et in multis exstare. huiusmodi quaestiones de uno et multis, non illae, Protarche, omnis dubitationis causae, nisi recte de eis convenit inter disserentes, rursusque expeditae disputationis, si recte.

ΠΡΩ. Οὐκοῦν χρή που (*) τοῦθ᾽ ἡμᾶς, ὦ Σώκρα-
τες, ἐν τῷ νῦν πρῶτον διαπονήσασθαι;

ΣΩ. Ὥς γοῦν ἐγὼ φαίην ἄν.

ΠΡΩ. Καὶ πάντας τοίνυν ἡμᾶς ὑπόλαβε ξυγχωρεῖν σοὶ
τούςδε τὰ τοιαῦτα· Φίληβον δ᾽ ἴσως κράτιστον ἐν τῷ νῦν
ἐπερωτῶντα μὴ κινεῖν εὖ κείμενον.

ΣΩ. Εἶεν, πόθεν οὖν ἄν τις *) ταύτης * ἄρξηται πολλῆς D
οὔσης καὶ παντοίας περὶ τὰ ἀμφισβητούμενα μάχης; ἆρ᾽ ἐνθένδε;

ΠΡΩ. Πόθεν;

ΣΩ. Φαμέν που **) ταὐτὸν ἓν καὶ πολλὰ ὑπὸ λόγων
γιγνόμενα περιτρέχειν πάντῃ καθ᾽ ἕκαστον τῶν λεγομένων
ἀεὶ καὶ πάλαι καὶ νῦν· καὶ τοῦτο οὔτε μὴ παύσεταί ποτε ***)
οὔτε ἤρξατο νῦν, ἀλλ᾽ ἔστι τὸ τοιοῦτον, ὡς ἐμοὶ φαίνεται,
τῶν λόγων αὐτῶν ἀθάνατόν τι καὶ ἀγήρων πάθος ἐν ἡμῖν.
ὁ δὲ πρῶτον αὐτοῦ γευσάμενος ἑκάστοτε τῶν νέων, ἡσθεὶς
* ὥς τινα σοφίας εὑρηκὼς θησαυρόν, ὑφ᾽ ἡδονῆς ἐνθουσιᾷ E
τε καὶ πάντα κινεῖ λόγον ἄσμενος, τοτὲ μὲν ἐπὶ θάτερα κυ-
κλῶν καὶ ξυμφύρων εἰς ἕν, τοτὲ δὲ πάλιν ἀνελίττων †) καὶ
διαμερίζων, εἰς ἀπορίαν αὑτὸν μὲν πρῶτον καὶ μάλιστα κα-
ταβάλλων, δεύτερον δ᾽ ἀεὶ τὸν ἐχόμενον, ἄν τε νεώτερος
ἄν τε πρεσβύτερος ἄν τε ἧλιξ ὢν τυγχάνῃ, φειδόμενος οὔτε
πατρὸς οὔτε * μητρὸς οὔτε ἄλλου τῶν ἀκουόντων οὐδενός, 16
ὀλίγου δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων·
ἐπεὶ βαρβάρων γε οὐδενὸς ἂν φείσαιτο, εἴπερ μόνον ἑρμη-
νέα ††) ποθὲν ἔχοι.

ΠΡΩ. Ἆρ᾽, ὦ Σώκρατες, οὐχ ὁρᾷς ἡμῶν τὸ πλῆθος,
ὅτι νέοι πάντες ἐσμέν; καὶ οὐ φοβεῖ μή σοι μετὰ Φιλήβου
ξυνεπιθώμεθα, ἐὰν ἡμᾶς λοιδορῇς; ὅμως δέ (μανθάνομεν γὰρ
ὃ λέγεις), εἴ τις τρόπος ἔστι καὶ μηχανὴ τὴν μὲν τοιαύτην
ταραχὴν ἡμῖν ἔξω τοῦ λόγου εὐμενῶς πως ἀπελθεῖν, ὁδὸν
δέ τινα καλλίω * ταύτης ἐπὶ τὸν λόγον ἀνευρεῖν, σύ τε B
προθυμοῦ τοῦτο καὶ ἡμεῖς ξυνακολουθήσομεν εἰς δύναμιν·
οὐ γὰρ σμικρὸς ὁ παρὼν λόγος, ὦ Σώκρατες.

(*) ἄλλ. χρὴ τοῦθ᾽. *) ἄλλ. οὖν τις. **) γρ. Φαμέν ποι.
***) γρ. παύσηταί ποτε. †) ἄλλ. ἀνειλίττων.
††) γρ. ἑρμηνέα μόνον.

Pro. Nonne oportet in hoc nos, Socrate, nunc primum elaborare?

So. Equidem ita ſtatuerim.

Pro. Atque nos omnes ſane hoc exiſtima illud tibi concedere; Philebum autem forſitan optimum ſit in praesenti rogando non commovere bene iacentem.

So. Iam unde tandem quispiam initium duxerit huius magnae multiplicisque de rebus illis controverſis pugnae? num hinc?

Pro. Unde?

So. Dicimus videlicet, unum et multa idem dicendo facta occurrere usquequaque quotiescumque quid dicatur, quum dudum tum nunc; hoc autem neque umquam definet neque incepit nunc, ſed eſt haec, ut mihi videtur, orationum ipſarum immortalis quaedam nec umquam ſeneſcens affectio apud nos. et quicumque iuvenum primum eam deguſtavit, laetus, quaſi ſapientiae invenerit theſaurum, gaudio exſultat omnemque cupide orationem movet, modo in alteram partem volvens et commiſcens in unum, modo rurſus evolvens ac diſtinguens in dubitationem ſe ipſum primum et maxime proiiciens, ſecundum vero proximum quemque, ſive iunior ſive ſenior ſive aequalis eſt, parcens neque patri neque matri neque alii cuiquam auditorum, paene ne animantium quidem omnino, non ſolum hominum; nam barbarorum certe nulli parceret, ſi modo interpretem alicunde nanciſceretur.

Pro. Nonne vides, Socrate, multitudinem noſtram nosque omnes eſſe iuvenes? nec times ne in te cum Philebo invadamus, ſi nos obiurgaveris? attamen (intelligimus enim quod dicis), ſi quae ratio eſt et machinatio huius perturbationis ex oratione noſtra placide fere dimovendae, viae autem alicuius illa pulchrioris ad orationem inveniendae, tu contende hoc et nos te ſequemur pro viribus; neque enim exigua eſt quae nunc habetur oratio, Socrate.

ΣΩ. Οὐ γὰρ οὖν, ὦ παῖδες, ὥς φησιν ὑμᾶς προςαγο-
ρεύων Φίληβος. οὐ μὴν ἔστι καλλίων ὁδὸς οὐδ' ἂν γένοι-
το *), ἧς ἐγὼ ἐραστὴς μέν εἰμι ἀεί, πολλάκις δέ με ἤδη δια-
φυγοῦσα ἔρημον καὶ ἄπορον κατέστησεν.

ΠΡΩ. Τίς αὕτη; λεγέσθω μόνον.

ΣΩ. Ἣν δηλῶσαι μὲν οὐ * πάνυ χαλεπόν, χρῆσθαι C
δὲ παγχάλεπον. πάντα γὰρ ὅσα τέχνης ἐχόμενα ἀνευρέθη **)
πώποτε, διὰ ταύτης φανερὰ γέγονε. σκόπει δὲ ἣν λέγω.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Θεῶν μὲν εἰς ἀνθρώπους δόσις, ὥς γε καταφαί-
νεται ἐμοί, ποθὲν ἐκ θεῶν ἐῤῥίφη διά τινος Προμηθέως ἅμα
φανοτάτῳ τινὶ πυρί, καὶ οἱ μὲν παλαιοί, κρείττονες ἡμῶν
καὶ ἐγγυτέρω θεῶν οἰκοῦντες, ταύτην ***) φήμην παρέδοσαν,
ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ ἐκ πολλῶν †) ὄντων τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι,
πέρας δὲ καὶ ἀπειρίαν ἐν ἑαυτοῖς ξύμφυτον ἐχόντων. δεῖν
οὖν * ἡμᾶς τούτων οὕτω διακεκοσμημένων ἀεὶ μίαν ἰδέαν D
περὶ παντὸς ἑκάστοτε θεμένους ζητεῖν· εὑρήσειν γὰρ ἐνοῦσαν.
ἐὰν οὖν καταλάβωμεν, μετὰ μίαν δύο, εἴ πως εἰσί, σκοπεῖν,
εἰ δὲ μή, τρεῖς ἤ τινα ἄλλον ἀριθμόν, καὶ τῶν ἓν ἐκεί-
νων ††) ἕκαστον πάλιν ὡσαύτως, μέχριπερ ἂν τὸ κατ' ἀρ-
χὰς ἓν μὴ ὅτι ἓν καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρά ἐστι μόνον ἴδῃ τις,
ἀλλὰ καὶ ὁπόσα· τὴν δὲ τοῦ ἀπείρου ἰδέαν πρὸς τὸ πλῆθος
μὴ προςφέρειν, πρὶν ἄν τις τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ πάντα κατί-
δῃ τὸν μεταξὺ τοῦ ἀπείρου * τε καὶ τοῦ ἑνός· τότε δ' ἤδη E
τὸ ἓν ἕκαστον τῶν πάντων εἰς τὸ ἄπειρον μεθέντα χαίρειν
ἐᾶν. οἱ μὲν οὖν θεοί, ὅπερ εἶπον, οὕτως ἡμῖν παρέδοσαν
σκοπεῖν καὶ μανθάνειν καὶ διδάσκειν ἀλλήλους· οἱ δὲ νῦν
τῶν ἀνθρώπων σοφοὶ ἓν μέν, * ὅπως ἂν τύχωσι, καὶ πολ- 17
λὰ †††) θᾶττον καὶ βραδύτερον ποιοῦσι τοῦ δέοντος, μετὰ δὲ
τὸ ἓν ἄπειρα εὐθύς· τὰ δὲ μέσα αὐτοὺς ἐκφεύγει, οἷς διακε-

---

*) γρ. γίγνοιτο.
**) γρ. ἂν εὑρεθῇ.
***) ἴσ. ταύτην τήν.
†) γρ. καὶ πολλῶν.
††) ἴσ. ἐν ἐκείνῳ.
†††) ἴσ. καὶ θᾶττον.

So. Minime vero, o pueri, ut dicit vos appellans Philebus. neque tamen est pulchrior via neque erit quam ea cuius equidem amator sum semper, quamquam saepius me effugiens in solitudine et haesitatione collocavit.

Pro. Quaenam ista? dic modo.

So. Quae ad ostendendum quidem non sane difficilis, ad usum vero perdifficilis est. omnia enim quae ad artem spectantia inventa sunt umquam, per hanc in lucem prodierunt. considera autem qualem dicam.

Pro. Dic modo.

So. Divino, ut quidem mihi videtur, munere ex aliquo deorum ad homines hoc demissum est per Prometheum aliquem una cum splendidissimo quodam igne (quam quidem famam veteres nobis praestantiores et propius a diis viventes tradiderunt), ex uno et e multis constare quaecumque dicantur esse, finemque et infinitatem innatam in se habere. oportere igitur nos, haec quum ita disposita sint, unam semper speciem in qualibet re indaganda statuere; esse enim nos insitam aliquam inventuros, quam si comprehenderimus, post unam numquid duae insint considerandum esse, sin minus, tresne aliusve ullus numerus, et singula quoque in illa re insita eadem hac ratione exploranda esse, dum unum illud principale non solum perspexerimus unum et multa et infinita esse, verum etiam quot in eo insint; infiniti autem speciem ad multitudinem non esse adhibendam, priusquam numerum eius universum exploraverimus infinito et uni interiectum; tum demum unumquodque omnium quae sunt ad infinitum esse mittendum. dii igitur, id quod dixi, illud nobis tradiderunt praecipientes ut ita quaereremus, disceremus inter nosque doceremus; qui vero nunc de hominibus sapientes sunt, unum quidem, quomodocumque in mentem venit, et celerius et tardius ponunt quam [illegible] est, et post unum infinita statim; media autem [illegible]

χώρισται τό τε διαλεκτικῶς πάλιν καὶ τὸ ἐριστικῶς ἡμᾶς ποιεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς λόγους.

ΠΡΩ. Τὰ μέν πως, ὦ Σώκρατες, δοκῶ σου μανθάνειν, τὰ δὲ ἔτι σαφέστερον δέομαι *) ἃ λέγεις ἀκοῦσαι.

ΣΩ. Σαφὲς μήν, ὦ Πρώταρχε, ἐστὶν ἐν τοῖς γράμμασιν ὃ λέγω, καὶ λάμβανε αὐτὸ ἐν τούτοις οἷςπερ * καὶ πεπαίδευσαι. B

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Φωνὴ μὲν ἡμῖν ἐστί που μία διὰ τοῦ στόματος ἰοῦσα καὶ ἄπειρος αὖ πλήθει, πάντων τε καὶ ἑκάστου.

ΠΡΩ. Τί μήν;

ΣΩ. Καὶ οὐδὲν ἑτέρων γε **) τούτων ἐσμέν πω σοφοί, οὔθ' ὅτι τὸ ἄπειρον αὐτῆς ἴσμεν οὔθ' ὅτι τὸ ἕν, ἀλλ' ὅτι πόσα τέ ἐστι καὶ ὁποῖα, τοῦτ' ἔστι τὸ γραμματικὸν ἕκαστον ποιοῦν ἡμῶν.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ τὸν μουσικὸν ***) ὃ τυγχάνει ποιοῦν τοῦτ' ἔστι ταὐτόν.

ΠΡΩ. Πῶς;

* ΣΩ. Φωνὴ μέν που καὶ τὸ κατ' ἐκείνην τὴν τέχνην ἐστὶ μία ἐν αὐτῇ. C

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Δύο δὲ θῶμεν, βαρὺ καὶ ὀξύ, καὶ τρίτον ὁμότονον· ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Οὕτως.

ΣΩ. Ἀλλ' οὔπω σοφὸς ἂν εἴης τὴν μουσικὴν εἰδὼς ταῦτα μόνα· μὴ εἰδὼς δὲ †) ὡς γ' ἔπος εἰπεῖν εἰς ταῦτα οὐδενὸς ἄξιος ἔσει.

ΠΡΩ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ἀλλ', ὦ φίλε, ἐπειδὰν λάβῃς τὰ διαστήματα ὁπόσ' ἐστὶ τὸν ἀριθμὸν τῆς φωνῆς ὀξύτητός τε πέρι καὶ βαρύτητος, καὶ ὁποῖα, καὶ τοὺς ὅρους * τῶν διαστημάτων καὶ τὰ D

*) γρ. ἔτι δέομαι σαφέστερον.

**) ἴσ. οὐδ' ἑτέρῳ γε. ἄλλ. οὐδὲν ἑτέρῳ τούτων.

***) ἴσ. καὶ μουσικὸν ὅ. ἄλλ. καὶ τὸ μουσικὸν ὅ.

†) ἄλλ. μὴ δὲ εἰδώς.

effugiunt, quibus discernitur dialectica a litigiosa sermonum inter nos conferendorum ratione.

Pro. Partim fere mihi videor, Socrate, te intelligere, partim autem iis quae dicis etiam clarius mihi opus est acceptis.

So. Clarum vero, Protarche, in litteris hoc est quod dico, et percipe istud in his quibus etiam institutus es.

Pro. Quomodo?

So. Vox nobis sane est una quae per os emittitur rursusque infinita multitudine omnium et cuiusque.

Pro. Quidni?

So. Atque alterutro horum nondum periti exsistimus, neque infinita eius multitudine percipienda neque unitate, sed quot et qualia in ea insint scire hoc est quod grammaticum quemque efficit nostrûm.

Pro. Verissime.

So. Atque etiam musicum quod efficit, id hoc idem est.

Pro. Quomodo?

So. Vox videlicet etiam quod ad artem illam attinet, est una in ea.

Pro. Quidni?

So. Duo autem ponamus, grave et acutum, tertiumque consonum; an quî?

Pro. Ita.

So. At nondum peritus eris musicae sciens haec sola; quamquam ea si ignoras, pro nihilo fere in hac arte habendus eris.

Pro. Pro nihilo vero.

So. At, amice, quum perceperis quot sint numero intervalla sonorum acutorum et gravium et qualia, et terminos intervallorum et quot ex his compositiones

ἐκ τούτων ὅσα ξυστήματα γέγονεν, ἃ κατιδόντες οἱ πρόσθεν παρέδοσαν ἡμῖν τοῖς ἑπομένοις ἐκείνοις καλεῖν αὐτὰ ἁρμονίας, ἔν τε ταῖς κινήσεσιν αὖ τοῦ σώματος ἕτερα τοιαῦτα ἐνόντα πάθη γιγνόμενα, ἃ δὴ δι' ἀριθμῶν μετρηθέντα δεῖν αὐτά φασι *) ῥυθμοὺς καὶ μέτρα ἐπονομάζειν, καὶ ἅμα ἐννοεῖν ὡς οὕτω δεῖ περὶ παντὸς ἑνὸς καὶ πολλῶν σκοπεῖν· ὅταν γὰρ ταῦτά τε λάβῃς οὕτω, τότε ἐγένου σοφός, ὅταν τε **) ἄλλο * τῶν ὄντων ὁτιοῦν ταύτῃ σκοπούμενος ἕλῃς, οὕτως ἔμφρων περὶ τοῦτο γέγονας· τὸ δ' ἄπειρόν σε ἑκάστων καὶ ἐν ἑκάστοις πλῆθος ἄπειρον ἑκάστοτε ποιεῖ τοῦ φρονεῖν καὶ οὐκ ἐλλόγιμον οὐδ' ἐνάριθμον, ἅτ' οὐκ εἰς ἀριθμὸν οὐδένα ἐν οὐδενὶ πώποτε ἀπιδόντα. E

ΠΡΩ. Κάλλιστα, ὦ Φίληβε, ἔμοιγε τὰ νῦν λεγόμενα εἰρηκέναι φαίνεται Σωκράτης.

ΦΙ. Καὶ ἐμοὶ ταῦτά γε αὐτά. ἀλλὰ τί δή ποτε * πρὸς 18
ἡμᾶς ὁ λόγος οὗτος νῦν εἴρηται, καὶ τί ποτε βουλόμενος;

ΣΩ. Ὀρθῶς μέντοι τοῦθ' ***) ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε, ἠρώτηκε Φίληβος.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν· καὶ ἀποκρίνου γε αὐτῷ.

ΣΩ. Δράσω ταῦτα διελθὼν σμικρὸν ἔτι περὶ αὐτῶν τούτων. ὥςπερ γὰρ ἓν ὁτιοῦν εἴ τίς ποτε λάβοι, τοῦτον, ὥς φαμεν, οὐκ ἐπ' ἀπείρου δεῖ φύσιν βλέπειν εὐθύς, ἀλλ' ἐπί τιν' ἀριθμόν, οὕτω καὶ τοὐναντίον, ὅταν τις τὸ ἄπειρον ἀναγκασθῇ πρῶτον λαμβάνειν, μὴ * ἐπὶ τὸ ἓν εὐθύς, B
ἀλλ' ἐπ' ἀριθμὸν αὖ τινὰ πλῆθος ἕκαστον †) ἔχοντά τι κατανοεῖν, τελευτᾶν τε ἐκ πάντων εἰς ἕν. πάλιν δὲ ἐν τοῖς γράμμασι τὸ νῦν λεγόμενον λάβωμεν.

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Ἐπειδὴ φωνὴν ἄπειρον κατενόησεν εἴτε τις θεὸς εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινὰ τοῦτον γενέσθαι λέγων, ὃς πρῶτος ††) τὰ φωνήεντα ἐν τῷ ἀπείρῳ κατενόησεν οὐχ ἓν ὄντα, ἀλλὰ πλείω, καὶ πάλιν

---

*) ἄλλ. δεῖν αὖ φασί. **) γρ. δέ. ***) ἄλλ. ταῦθ'.
†) ἴσ. ἑκάστοτ'. ††) ἴσ. λέγων, καὶ πρῶτον.

exsistant, quas superiores perspectas habentes nobis posterioribus tradiderunt praecipientes ut harmonias eas appellaremus; et in corporis quoque motionibus similes quae insunt affectiones, quas oportere nos dicunt numeris metiri numerosque ac modos nuncupare, simulque cognoscere ita esse quodque, et unum et multa, explorandum; hoc igitur ita quum perceperis, tum exsistes peritus et quum aliud quid eorum quae sunt ita explorans assequutus fueris, intelligens eius exsistes; infinita contra quarumlibet rerum et in quibuslibet multitudo efficit ut neque finem intelligentiae assequaris neque spectatus fias nec numero aliquo puteris, quippe qui ad nullum umquam numerum nulla in re spectaveris.

Pro. Praeclare, Philebe, mihi quidem quae nunc dixit, protulisse videtur Socrates.

Phi. Mihi quoque idem videtur. quid autem ad nos haec nunc dicta oratio pertinet, et quid tandem sibi volt?

So. Recte vero hoc e nobis, Protarche, quaesivit Philebus.

Pro. Sane quidem; responde igitur ipsi.

So. Faciam hoc, quum exposuero paullulum adhuc de his ipsis. quemadmodum enim, si quis unum quodcumque aliquando comprehenderit, hunc, ut dicimus, non ad infiniti oportet naturam statim spectare, sed ad numerum aliquem, sic etiam ex contrario, si quis infinitum coactus fuerit primo comprehendere, non unum statim, sed numerum item aliquem qui multitudinem quamcumque complectatur respicere et definere undique in uno. rursus vero in litteris quod nunc dictum est percipiamus.

Pro. Quomodo?

So. Postquam vocem esse infinitam perspexerat sive deus aliquis seu homo divinus, ut fama est in Aegypto Theuth quendam hunc fuisse, et primo vocales infinitae illius cognoverat plures esse, non unam, rur-

ἕτερα φωνῆς μὲν οὔ, φθόγγου δὲ μετέχοντά * τινος, ἀριθμὸν δέ τινα καὶ τούτων εἶναι, τρίτον δὲ εἶδος γραμμάτων διεστήσατο τὰ νῦν λεγόμενα ἄφωνα ἡμῖν, τὸ μετὰ τοῦτο διήρει τά τε ἄφθογγα καὶ ἄφωνα μέχρι ἑνὸς ἑκάστου, καὶ τὰ φωνήεντα καὶ τὰ μέσα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕως αὐτῶν ἀριθμὸν λαβὼν ἑνί τε ἑκάστῳ καὶ ξύμπασι στοιχεῖον ἐπωνόμασε. καθορῶν δὲ ὡς οὐδεὶς ἡμῶν οὐδ' ἂν ἓν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἄνευ πάντων αὐτῶν μάθοι, τοῦτον τὸν δεσμὸν αὖ λογισάμενος ὡς ὄντα ἕνα καὶ * πάντα ταῦτα *) ἕν πως ποιοῦντα, μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὡς οὖσαν γραμματικὴν τέχνην ἐπεφθέγξατο προσειπών. C D

ΦΙ. Ταῦτ' ἔτι σαφέστερον ἐκείνων, αὐτά γε **) πρὸς ἄλληλα, ὦ Πρώταρχε, ἔμαθον· τὸ δ' αὐτό μοι τοῦ λόγου νῦν τε καὶ σμικρὸν ἔμπροσθεν ἐλλείπεται.

ΣΩ. Μῶν, ὦ Φίληβε, τὸ τί πρὸς ἔπος αὖ ταῦτ' ἐστίν;

ΦΙ. Ναί, τοῦτ' ἔστιν ὃ πάλαι ζητοῦμεν ἐγώ τε καὶ Πρώταρχος.

ΣΩ. Ἦ μὴν ἐπ' αὐτῷ γε ἤδη γεγονότες ζητεῖτε ***), ὥς φῄς, * πάλαι;

ΦΙ. Πῶς;

ΣΩ. Ἆρ' οὐ περὶ φρονήσεως ἦν καὶ ἡδονῆς ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς ὁ λόγος, ὁπότερον αὐτοῖν αἱρετέον;

ΦΙ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Καὶ μὴν ἕν γε ἑκάτερον αὐτοῖν εἶναί φαμεν.

ΦΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τοῦτ' αὐτὸ τοίνυν ἡμᾶς ὁ πρόσθεν λόγος ἀπαιτεῖ, πῶς ἔστιν ἓν καὶ πολλὰ αὐτῶν ἑκάτερον, καὶ πῶς μὴ ἄπειρα εὐθύς, ἀλλά τινά ποτε ἀριθμὸν ἑκάτερον * ἔμπροσθεν κέκτηται τοῦ ἄπειρα αὐτῶν ἕκαστα γεγονέναι. 19

ΠΡΩ. Οὐκ εἰς φαῦλόν γε ἐρώτημα, ὦ Φίληβε, οὐκ οἶδ' ὅν τινα τρόπον κύκλῳ πως περιαγαγὼν ἡμᾶς ἐμβέβληκε Σωκράτης· καὶ σκόπει δὴ πότερος ἡμῶν ἀποκρινεῖται τὸ νῦν ἐρωτώμενον. ἴσως δὴ γελοῖον τὸ ἐμὲ τοῦ λόγου διάδοχον παντελῶς ὑποστάντα διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸ νῦν ἐρωτηθὲν

*) γρ. ταῦτα πάντα. **) γρ. τέ. ***) γρ. ἐζητεῖτε.

ſusque alia a voce quidem abhorrentia, ſonitum autem quendam reddentia, numerum vero aliquem horum quoque eſſe, et tertium litterarum genus diſtinxerat, quae nunc nobis dicuntur conſonantes: dein discrevit mutas et conſonantes usque ad ſingulas, et vocales mediasque eadem ratione, donec earum numero percepto ſingulis omnibusque ad unam elementorum nomen impoſuit. intelligens autem neminem noſtrûm ne unam quidem per ſe ipſam ſine omnibus illis percepturum eſſe, hoc quoque vinculum reputans unum eſſe omniaque haec unum fere efficere, ut una earum ars eſſet pronunciavit eamque nuncupavit grammaticam.

Phi. Haec etiam clarius quam illa, ipſis certe collatis inter ſe et comparatis, Protarche, intellexi; idem vero in oratione et nunc et paullo ante deſidero.

So. Hoc, Philebe, quid ad rem haec pertineant?

Phi. Etiam: hoc eſt id quod dudum deſideramus ego et Protarchus.

So. Ad ipſum ſane quum iam perveneritis, quaeritis, ut dicis, dudum?

Phi. Quomodo?

So. Nonne de intelligentia et de voluptate nobis initio ſuscepta erat oratio, utra earum eligenda eſſet?

Phi. Quippini?

So. Atqui unam utramque earum dicimus eſſe.

Phi. Sane quidem.

So. Huius igitur ipſius a nobis rationem ſuperior disputatio repoſcit quomodo ſit unum aliquod et multa utraque, et quomodo non infinita ſtatim, ſed numerum aliquem utraque ante nanciſcatur quam infinitae utraeque exſiſtant.

Pro. Non ſane levem in quaeſtionem, Philebe, neſcio quomodo circumcirca fere ducens nos coniecit Socrates; et vide uter noſtrûm reſponſurus ſit ad ea quae nunc interrogata ſunt. forſitan quidem ridiculum ſit, ſi ego qui vicarius plane orationi ſucceſſerim, quia

ἀποκρίνασθαι σοὶ πάλιν τοῦτο προστάττειν, γελοιότερον δ' οἶμαι πολὺ τὸ μηδέτερον * ἡμῶν δύνασθαι. σκόπει δὴ τί B δράσομεν. εἴδη γάρ μοι δοκεῖ νῦν ἐρωτᾶν ἡδονῆς ἡμᾶς Σωκράτης, εἴτ' ἔστιν εἴτε μή, καὶ ὁπόσ' ἐστὶ καὶ ὁποῖα· τῆς τ' αὖ φρονήσεως πέρι κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως.

ΣΩ. Ἀληθέστατα λέγεις, ὦ παῖ Καλλίου· μὴ γὰρ δυνάμενοι τοῦτο κατὰ παντὸς ἑνὸς καὶ ὁμοίου καὶ ταὐτοῦ δρᾶν καὶ τοῦ ἐναντίου, ὡς ὁ παρελθὼν λόγος ἐμήνυσεν, οὐδεὶς εἰς οὐδὲν οὐδενὸς ἂν ἡμῶν οὐδέποτε γένοιτο ἄξιος.

ΠΡΩ. Σχεδὸν ἔοικεν οὕτως, ὦ * Σώκρατες, ἔχειν. C ἀλλὰ καλὸν μὲν τὸ ξύμπαντα γιγνώσκειν τῷ σώφρονι, δεύτερος δ' εἶναι πλοῦς δοκεῖ μὴ λανθάνειν αὐτὸν αὑτόν. τί δή μοι τοῦτο εἴρηται τὰ νῦν, ἐγώ σοι φράσω. σὺ τήνδε ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, ὦ Σώκρατες, ἐπέδωκας πᾶσι καὶ σαυτὸν πρὸς τὸ διελέσθαι, τί τῶν ἀνθρωπίνων κτημάτων ἄριστον. Φιλήβου γὰρ εἰπόντος ἡδονὴν καὶ τέρψιν καὶ χαρὰν καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτά ἐστι, σὺ πρὸς αὐτὰ ἀντεῖπες ὡς οὐ ταῦτα, ἀλλ' ἐκεῖνά ἐστιν, * ἃ πολλάκις ἡμᾶς αὐτοὺς ἀνα- D μιμνήσκομεν ἑκόντες, ὀρθῶς δρῶντες, ἵν' ἐν μνήμῃ παρακείμενα ἑκάτερα βασανίζηται. φὴς δ', ὡς ἔοικε, σὺ τὸ προσρηθησόμενον ὀρθῶς ἄμεινον ἡδονῆς γε ἀγαθὸν εἶναι νοῦν, ἐπιστήμην, ξύνεσιν, τέχνην καὶ πάντ' αὖ τὰ τούτων ξυγγενῆ, ἃ κτᾶσθαι δεῖν *), ἀλλ' οὐχὶ ἐκεῖνα. τούτων δὴ μετ' ἀμφισβητήσεως **) ἑκατέρων λεχθέντων, ἡμεῖς σοι μετὰ παιδιᾶς ἠπειλήσαμεν ὡς οὐκ ἀφήσομεν * οἴκαδέ σε, πρὶν ἂν E τούτων τῶν λόγων πέρας ἱκανὸν γένηταί τι διορισθέντων· σὺ δὲ ξυνεχώρησας καὶ ἔδωκας εἰς ταῦθ' ἡμῖν σαυτόν. ἡμεῖς δὲ δὴ λέγομεν, καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι. παῦσαι δὴ τὸν τρόπον ἡμῖν ἀπαντῶν τοῦτον ἐπὶ τὰ νῦν λεγόμενα.

ΣΩ. Τίνα λέγεις;

---

*) γρ. ξυγγενῆ κτᾶσθαι δεῖ.
**) γρ. ἀμφισβητήσεων.

nequeam ad interrogata respondere, tibi contra hoc iniungam, multo tamen magis ridiculum arbitror si neuter nostrûm id potuerit. vide igitur quid nobis faciendum sit. species enim mihi videtur nunc interrogare voluptatis nos Socrates, sint necne quotque sint et quales; et de intelligentia quoque eadem hac ratione.

So. Verissime dicis, o fili Calliae; hoc enim nisi poterimus de unoquoque et simili et eodem facere atque etiam de contrario, nemo nostrûm, ut praegressa disputatio indicavit, ulla de re ullius umquam erit pretî.

Pro. Prope videtur res, Socrate, se sic habere. verum honori quidem est omnia ad unum cognoscere prudenti, secunda vero quae dicitur navigatio mihi videtur haec esse, ut ne se ipsum quisque fallat. quorsum hoc a me nunc dictum sit, ego tibi declarabo. tu hanc nobis disputationem, Socrate, impertisti omnibus teque ipse dedidisti ut diiudicaretur quaenam humanarum rerum optima esset. Philebus enim quum voluptatem posuisset et iucunditatem et laetitiam omniaque generis eiusdem, tu contra dixisti non haec esse, sed illa, quorum saepius nos ipsi admonemus sponte, recte hoc facientes, ut in memoria apposita utraque explorentur; tu autem dicis, ut videtur, quod iure sit appellandum praestantius voluptate bonum, id esse mentem, scientiam, cognitionem, artem omniaque his similia, quae acquirenda sint, non illa. haec iam utraque quum non sine controversia prolata essent, tibi per iocum minitati sumus nos te non esse dimissuros domum, priusquam huius rei expositio ad exitum esset idoneum adducta; tu autem concessisti teque nobis ad hoc dedidisti. nos igitur dicimus, sicuti pueri, recte datorum nullam esse ademptionem. desine igitur hac nobis ratione aggredi ad ea quae nunc prolata sunt.

So. Quamnam dicis?

ΠΡΩ. Εἰς ἀπορίαν ἐμβάλλων καὶ ἀνερωτῶν, * ὧν μὴ 20
δυναίμεθ' ἂν ἱκανὴν ἀπόκρισιν ἐν τῷ παρόντι διδόναι σοι.
μὴ γὰρ οἰώμεθα τέλος ἡμῖν εἶναι τῶν νῦν τὴν πάντων
ἡμῶν ἀπορίαν, ἀλλ', εἰ δρᾶν τοῦθ' ἡμεῖς ἀδυνατοῦμεν, σοὶ
δραστέον· ὑπέσχου γάρ. βουλεύου δὴ πρὸς ταῦτ' αὐτός, πό-
τερον ἡδονῆς εἴδη σοι καὶ ἐπιστήμης διαιρετέον ἢ καὶ ἐα-
τέον, εἴ πη καθ' ἕτερόν τινα τρόπον οἷός τ' εἶ καὶ βούλει
δηλῶσαί πως ἄλλως τὰ νῦν ἀμφισβητούμενα παρ' ἡμῖν.

ΣΩ. Δεινὸν μὲν τοίνυν ἔτι προσδοκᾶν * οὐδὲν δεῖ τὸν B
ἐμέ, ἐπειδὴ τοῦθ' οὕτως εἶπες· τὸ γὰρ εἰ βούλει ῥηθὲν
λύει πάντα φόβον ἑκάστων πέρι· πρὸς δὲ αὖ τούτοις μνή-
μην τινὰ δοκεῖ τίς μοι δεδωκέναι θεῶν ἡμῖν.

ΠΡΩ. Πῶς δὴ καὶ τίνων;

ΣΩ. Λόγων ποτέ τινῶν πάλαι ἀκούσας ὄναρ ἢ καὶ
ἐγρηγορὼς νῦν ἐννοῶ περί τε ἡδονῆς καὶ φρονήσεως, ὡς
οὐδέτερον αὐτοῖν ἐστὶ τἀγαθόν *), ἀλλ' ἄλλο τι τρίτον, ἕτε-
ρον μὲν τούτων, ἄμεινον δὲ ἀμφοῖν. καίτοι τοῦτο ἐὰν ἐναρ-
γῶς * ἡμῖν φανῇ νῦν, ἀπήλλακται μὲν ἡδονὴ τοῦ νικᾶν· τὸ C
γὰρ ἀγαθὸν οὐκ ἂν ἔτι ταὐτὸν αὐτῇ γίγνοιτο **). ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Οὕτως.

ΣΩ. Τῶν δέ γε εἰς τὴν διαίρεσιν εἰδῶν ἡδονῆς οὐδὲν
ἔτι προσδεησόμεθα κατ' ἐμὴν δόξαν. προϊὼν δ' ὁ λόγος
ἔτι ***) σαφέστερον δείξει.

ΠΡΩ. Κάλλιστ' εἰπὼν οὕτω καὶ διαπέραινε.

ΣΩ. Σμικρὰ ἄττα τοίνυν ἔμπροσθεν ἔτι διομολογησώ-
μεθα.

ΠΡΩ. Τὰ ποῖα; D

ΣΩ. Τὴν τἀγαθοῦ μοῖραν πότερον ἀνάγκη τέλεον ἢ
* μὴ τέλεον εἶναι;

ΠΡΩ. Πάντων δήπου τελεώτατον, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τί δέ; ἱκανὸν τἀγαθόν;

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ; καὶ πάντων γε εἰς τοῦτο διαφέρει
τῶν ὄντων.

---

*) γρ. ἐστὶν ἀγαθόν. **) γρ. γίγνηται.

***) γρ. προϊὼν δ' ἔτι ὁ λόγος. ἄλλ. προϊὼν δ' ἔτι σαφ. δ. καὶ· προϊὸν δ' ἔτι σαφ. δ.

Pro. Haesitationem nobis iniiciens et interrogans ad quae non possimus tibi idoneum in praesentia responsum dare. etenim ne arbitremur finem nobis esse quaestionis quae nunc habetur omnium nostrûm haesitationem, sed si perficere hoc nos non possumus, tibi est perficiendum; nam promisisti. delibera igitur de hoc ipse utrum voluptatis et scientiae species tibi sint distinguendae, an mittendae, si qua alia ratione potes ac vis illustrare quae nunc in controversiam a nobis vocata sunt.

So. Nihil ergo mali mihi iam metuendum est, quoniam hoc ita eloquutus es; etenim hoc *si vis* dictum solvit omnem de quacumque re metum; praeterea quoque memoriam quandam videtur mihi attulisse deorum aliquis in gratiam nostram.

Pro. Quî et cuiusnam rei?

So. Rationes quasdam pristinas quum aliquando audiverim in somnis vel vigilans nunc intelligo, neque voluptatem neque intelligentiam esse ipsum bonum, sed aliud quid tertium, diversum quidem ab his, praestantius vero utrisque. hoc vero si nobis nunc clare patet, remota est voluptas a victoria; bonum enim iam non idem erit atque illa. an quomodo tibi videtur?

Pro. Ita.

So. Voluptatis ergo generibus nihil iam opus erit distinctis meâ sententiâ. procedens autem sermo etiam clarius ostendet.

Pro. Praeclare quum dixeris, etiam perfice.

So. Pauca aliqua ante adhuc confiteamur.

Pro. Quaenam?

So. Boni sors utrum perfecta sit an non perfecta necesse est?

Pro. Omnium scilicet perfectissima, Socrate.

So. Quid vero? satisne facit bonum?

Pro. Quidni faciat? et omnibus quidem quae exstant hoc praestat.

ΣΩ. Τόδε γε μήν, ὡς οἶμαι, περὶ αὐτοῦ ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν, ὡς πᾶν τὸ γιγνῶσκον αὐτὸ θηρεύει καὶ ἐφίεται βουλόμενον ἑλεῖν καὶ περὶ αὐτὸ κτήσασθαι, καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν φροντίζει πλὴν τῶν ἀποτελουμένων ἅμα ἀγαθοῖς.

ΠΡΩ. Οὐκ ἔστι τούτοις ἀντειπεῖν.

ΣΩ. Σκοπῶμεν * δὴ καὶ κρίνωμεν τόν τε ἡδονῆς καὶ E
τὸν φρονήσεως βίον ἰδόντες χωρίς.

ΠΡΩ. Πῶς εἶπες;

ΣΩ. Μήτε ἐν τῷ τῆς ἡδονῆς ἐνέστω φρόνησις μήτε ἐν τῷ τῆς φρονήσεως ἡδονή· δεῖ γάρ, εἴπερ πότερον αὐτῶν ἐστὶ τἀγαθόν, μηδὲν μηδενὸς *) ἔτι προσδεῖσθαι· δεόμενον δ' ἂν φανῇ πότερον **), οὐκ ἔστι που τοῦτ' ἔτι * τὸ ὄντως 21
ἡμῖν ἀγαθόν.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν σοὶ πειρώμεθα βασανίζοντες ταῦτα;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἀποκρίνου δή.

ΠΡΩ. Λέγε.

ΣΩ. Δέξαιο ἂν σύ, Πρώταρχε, ζῆν τὸν βίον ἅπαντα ἡδόμενος ἡδονὰς τὰς μεγίστας;

ΠΡΩ. Τί δ' οὔ;

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἔτι τινὸς ἄν σοι προσδεῖν ἡγοῖο, εἰ τοῦτ' ἔχοις παντελῶς;

ΠΡΩ. Οὐδαμῶς.

ΣΩ. Ὅρα δή, τοῦ φρονεῖν καὶ νοεῖν καὶ λογίζεσθαι τὰ δέοντα, καὶ ὅσα τούτων * ἀδελφά, μῶν μηδὲ ὁρᾶν τι; B

ΠΡΩ. Καὶ τί; πάντα γὰρ ἔχοιμ' ἄν που τὸ χαίρειν ἔχων.

ΣΩ. Οὐκοῦν οὕτω ζῶν ἀεὶ μὲν διὰ βίου ταῖς μεγίσταις ἡδοναῖς χαίροις ἄν;

ΠΡΩ. Τί δ' οὔ;

ΣΩ. Νοῦν δέ γε καὶ μνήμην καὶ ἐπιστήμην καὶ δόξαν μὴ κεκτημένος ἀληθῆ, πρῶτον μὲν τοῦτ' αὐτό, εἰ χαίρεις ἢ

*) γρ. εἴπερ πρότερον ἔστ' ἀγαθόν, μηδενὸς μηδέν.
**) γρ. ὁπότερον.

So. Hoc vero, ut arbitror, omnium maxime in eo dici oportet, omnes qui illud cognofcant id fectari et appetere cupientes asfequi et fecum habere, nec aliud quid curare, nifi peragatur fimul cum bono.

Pro. Non poteft his repugnari.

So. Confideremus iam et diiudicemus voluptatis et intelligentiae vitam feorfum fpectantes.

Pro. Quomodo dicis?

So. Neque in voluptatis vita infit intelligentia neque in intelligentiae vita voluptas; debet enim, fi alterutra earum ipfum futura eft bonum, neutra ullius adhuc rei indigere; indigens autem fi apparet alterutra, iam haec non eft verum nobis bonum.

Pro. Quî enim poffit?

So. Nonne in te conemur explorare illas?

Pro. Sane quidem.

So. Refponde igitur.

Pro. Dic.

So. An velis tu, Protarche, vivere per omnem vitam maximas percipiens voluptates?

Pro. Quidni velim?

So. Num igitur aliquid te adhuc defiderare arbitrarere, fi hoc haberes plane?

Pro. Minime vero.

So. Vide dum, de prudentia et cogitatione et reputatione eorum quae neceffaria funt et quaecumque his fimilia, num ne videre quidem quicquam defiderares?

Pro. Quid vero? omnia fcilicet haberem gaudium habens.

So. Nonne ita vivens femper quidem in vita maximis fruerere voluptatibus?

Pro. Quippini?

So. Mente autem et memoria et fcientia et iudi cio privatus vero primum hoc ipfum, an gaudeas necne,

μὴ χαίρεις, ἀνάγκη δήπου σε ἀγνοεῖν, κενόν γε ὄντα πάσης φρονήσεως.

ΠΡΩ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Καὶ μὴν ὡςαύτως μνήμην * μὴ κεκτημένον ἀνάγκη δήπου μηδ' ὅτι ποτὲ ἔχαιρες μεμνῆσθαι, τῆς τ' ἐν τῷ παραχρῆμα ἡδονῆς προςπιπτούσης μνήμην μηδ' ἡντινοῦν ὑπομένειν· δόξαν δ' αὖ μὴ κεκτημένον ἀληθῆ μὴ δοξάζειν χαίρειν χαίροντα, λογισμοῦ δὲ στερόμενον μηδ' εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὡς χαιρήσεις δυνατὸν εἶναι λογίζεσθαι, ζῆν δὲ οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πλεύμονος ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρείνων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων. ἔστι * ταῦτα, ἢ παρὰ ταῦτ' ἔχομεν ἄλλως πως διανοηθῆναι; C D

ΠΡΩ. Καὶ πῶς;

ΣΩ. Ἆρ' οὖν αἱρετὸς ἡμῖν βίος ὁ τοιοῦτος;

ΠΡΩ. Εἰς ἀφασίαν παντάπασί με, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ λόγος ἐμβέβληκε τὰ νῦν.

ΣΩ. Μήπω τοίνυν μαλθακιζώμεθα, τὸν δὲ τοῦ νοῦ μεταλαβόντες αὖ βίον ἴδωμεν.

ΠΡΩ. Τὸν ποῖον δὴ λέγεις;

ΣΩ. Εἴ τις δέξαιτ' ἂν αὖ ζῆν ἡμῶν φρόνησιν μὲν καὶ νοῦν καὶ ἐπιστήμην καὶ μνήμην πᾶσαν πάντων * κεκτημένος, ἡδονῆς δὲ μετέχων μήτε μέγα μήτε σμικρόν, μηδ' αὖ λύπης, ἀλλὰ τὸ παράπαν ἀπαθὴς πάντων τῶν τοιούτων. E

ΠΡΩ. Οὐδέτερος ὁ βίος, ὦ Σώκρατες, ἔμοιγε τούτων αἱρετός, οὐδ' ἄλλῳ μή ποτε, ὡς ἐγῷμαι, φανῇ.

ΣΩ. Τί δ' ὁ ξυναμφότερος, * ὦ Πρώταρχε, ἐξ ἀμφοῖν ξυμμιχθεὶς κοινὸς γενόμενος; 22

ΠΡΩ. Ἡδονῆς λέγεις καὶ νοῦ καὶ φρονήσεως;

ΣΩ. Οὕτω καὶ τὸν τοιοῦτον λέγω ἔγωγε.

ΠΡΩ. Πᾶς δήπου τοῦτόν γε αἱρήσεται πρότερον ἢ ἐκείνων ὁποτερονοῦν, καὶ πρὸς τούτοις *), οὐχ ὁ μέν, ὁ δ' οὔ.

---

*) ἴσ. πρὸς τούτοις ἔσται, οὐχ κτλ.

nescias utique necesse est, qui expers sis omnis intelligentiae.

Pro. Necesse est.

So. Atque similiter memoriam non habens sine dubio ne memineris quidem te umquam gaudio fuisse affectum, nec ullam voluptatis in praesens incidentis memoriam suscipias necesse est, neque etiam iudicio carens vero iudicabis te gaudere si gaudeas, nec ratiocinatione privatus in posterum te gaudio affectum iri poteris ratiocinari, deges autem non hominis vitam, sed pulmonis cuiusdam aut eorum marinorum quae in testaceis animata sunt corporibus. suntne ista, an aliud quid possumus statuere?

Pro. Qui possimus?

So. Num igitur expetenda nobis talis vita?

Pro. Mutum me prorsus, Socrate, haec oratio nunc reddidit.

So. Nondum vero languescamus, sed mentis vitam post illam sumentes consideremus.

Pro. Qualem quaeso dicis?

So. Numquis contra velit nostrûm vivere intelligentiam quidem et mentem et scientiam et memoriam omnem omnium rerum habens, voluptatis vero neque multum neque paullum particeps, neque etiam doloris, sed prorsus vacuus ab his omnibus affectionibus.

Pro. Neutra vita, Socrate, mihi quidem harum expetenda neque alii ullo umquam modo, ut arbitror, videbitur.

So. Quid vero utraque simul, Protarche, ex ambabus conflata communisque reddita?

Pro. E voluptate dicis et mente et intelligentia?

So. Ita et hanc equidem dico.

Pro. Quivis igitur hanc certe eliget potius quam illarum utramcumque, hisque se dedet, non alter, alter contra.

ΣΩ. Μανθάνομεν οὖν ὅ τι νῦν ἡμῖν ἐστὶ τὸ ξυμβαῖνον ἐν τοῖς παροῦσι λόγοις;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν, ὅτι γε τρεῖς μὲν βίοι προὐτέθησαν, τοῖν * δυεῖν *) δ' οὐδέτερος ἱκανὸς οὐδὲ αἱρετὸς οὔτ' B ἀνθρώπων οὔτε ζώων οὐδενί.

ΣΩ. Μῶν οὖν οὐκ ἤδη τούτων γε πέρι δῆλον ὡς οὐδέτερος αὐτοῖν εἶχε τἀγαθόν; ἦν γὰρ ἂν ἱκανὸς καὶ τέλεος καὶ πᾶσι φυτοῖς καὶ ζώοις αἱρετός, οἷςπερ δυνατὸν ἦν οὕτως ἀεὶ διὰ βίου ζῆν. εἰ δέ τις ἄλλα ἡρεῖθ' ἡμῶν, παρὰ φύσιν ἂν τὴν τοῦ ἀληθῶς **) αἱρετοῦ ἐλάμβανεν ἄκων ἐξ ἀγνοίας ἤ τινος ἀνάγκης οὐκ εὐδαίμονος.

ΠΡΩ. Ἔοικε γοῦν ταῦθ' οὕτως ἔχειν.

ΣΩ. Ὡς μὲν τοίνυν * τήν γε Φιλήβου θεὸν οὐ δεῖ C διανοεῖσθαι ταὐτὸν καὶ τἀγαθόν, ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ.

ΦΙ. Οὐδὲ γὰρ ὁ σὸς νοῦς, ὦ Σώκρατες, ἔστι τἀγαθόν, ἀλλ' ἕξει που ταῦτα τὰ †) ἐγκλήματα.

ΣΩ. Τάχ' ἄν, ὦ Φίληβε, ὅ γ' ἐμός· οὐ μέντοι τόν γε ἀληθινὸν ἅμα καὶ θεῖον οἶμαι νοῦν, ἀλλ' ἄλλως πως ἔχειν. τῶν μὲν οὖν νικητηρίων πρὸς τὸν κοινὸν βίον οὐκ ἀμφισβητῶ πω ὑπὲρ νοῦ, τῶν δὲ δὴ δευτερείων ὁρᾶν καὶ σκοπεῖν χρὴ πέρι τί δράσομεν. τάχα * γὰρ ἂν τοῦ κοινοῦ τούτου D βίου αἰτιῴμεθ' ††) ἂν ἑκάτερος ὁ μὲν τὸν νοῦν αἴτιον, ὁ δ' ἡδονὴν εἶναι, καὶ οὕτω τὸ μὲν ἀγαθὸν τούτων ἀμφοτέρων οὐδέτερον ἂν εἴη, τάχα δ' ἂν αἴτιόν τις ὑπολάβοι πότερον αὐτῶν εἶναι. τούτου δὴ πέρι καὶ μᾶλλον ἔτι πρὸς Φίληβον διαμαχοίμην ἄν, ὡς ἐν τῷ μικτῷ τούτῳ βίῳ, ὅ τί ποτ' ἐστὶ τοῦτο ὃ λαβὼν ὁ βίος οὗτος γέγονεν αἱρετὸς ἅμα καὶ ἀγαθός, οὐχ ἡδονή, ἀλλὰ νοῦς τούτῳ ξυγγενέστερον καὶ ὁμοιότερόν ἐστι. καὶ κατὰ τοῦτον * τὸν λόγον οὔτ' E ἂν τῶν πρωτείων οὔτ' αὖ τῶν δευτερείων ἡδονῇ μετὸν ἀληθῶς ἄν ποτε λέγοιτο· πορρωτέρω δέ ἐστι τῶν τριτείων, εἴ τι τῷ ἐμῷ νῷ δεῖ πιστεύειν ἡμᾶς τὰ νῦν.

*) γρ. δυοῖν. **) γρ. ἀληθοῦς.
†) ἴσ. ταὐτὰ ταῦτα. ἄλλ. ταὐτὰ ἐγκλ.
††) γρ. αἰτιώμεθ'.

So. Iamne intelligimus quid nobis concludatur ex iis quae nunc disputata ſunt?

Pro. Sane quidem, tres eſſe propoſitas vitas, duarum vero neutram ſatis facere nec expetendam eſſe hominum vel animantium cuiquam.

So. Nonne iam de his quidem patet neutram earum habere bonum? foret enim idonea et perfecta omnibusque tam plantis quam animantibus expetenda, quae quidem poſſent ita per omnem vitam vivere. ſi vero aliquis alia eligeret noſtrûm, praeter naturam eius quod vere eligendum eſt ſumeret invitus propter inſcitiam vel aliam neceſſitatem haud fortunatam.

Pro. Patet profecto rem ſe ſic habere.

So. Itaque Philebi certe deam non eſſe habendam pro eodem quod bonum ſit, ſatis mihi videtur eſſe expoſitum.

Phi. Neque tua mens, Socrate, eſt bonum, ſed in easdem fere has incurret reprehenſiones.

So. Forſitan, Philebe, mea; neque tamen veram itemque divinam arbitror mentem, ſed aliam eius eſſe cauſam. de victoria vero cum communi vita nondum contendo pro mente, de ſecundo autem loco videndum et explorandum eſt quid ſit nobis faciendum. forſitan enim pro communis illius vitae cauſa habeamus alter mentem, alter voluptatem, ut bonum quidem harum ambarum neutra ſit, fortaſſe etiam cauſam quis exiſtimat alterutram eſſe. de hoc igitur etiam magis cum Philebo disceptaverim in mixta illa vita quodcumque illud eſt quod aſſumens vita illa exſiſtit ſimul expetenda et bona, huic non voluptatem, ſed mentem eſſe propinquiorem ac ſimiliorem. et ex hac quidem ratione neque primae neque ſecundae partes in voluptatem vere umquam dicentur cadere; longius etiam abeſt illa a tertiis, ſi meae nobis menti nunc confidendum.

ΠΡΩ. Ἀλλὰ μὴν, ὦ Σώκρατες, ἔμοιγε δοκεῖ νῦν μὲν ἡδονή σοι πεπτωκέναι, καθαπερεὶ πληγεῖσα ὑπὸ τῶν νῦν δὴ λόγων· τῶν γὰρ νικητηρίων πέρι μαχομένη κεῖται· τὸν δὲ νοῦν, ὡς * ἔοικε, λεκτέον ὡς ἐμφρόνως οὐκ ἀντεποιεῖτο 23 τῶν νικητηρίων· τὰ γὰρ αὐτὰ ἔπαθεν ἄν. τῶν δὲ δὴ δευτερείων στερηθεῖσα ἡδονὴ παντάπασιν ἄν τινα καὶ ἀτιμίαν σχοίη πρὸς τῶν αὐτῆς ἐραστῶν· οὐδὲ γὰρ ἐκείνοις ἔτ' ἂν ὁμοίως φαίνοιτο καλή.

ΣΩ. Τί οὖν; οὐκ ἄμεινον αὐτὴν ἐᾶν ἤδη καὶ μὴ τὴν ἀκριβεστάτην αὐτῇ προσφέροντα βάσανον καὶ ἐξελέγχοντα λυπεῖν;

ΠΡΩ. Οὐδὲν λέγεις, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. * Ἆρ' ὅτι τὸ ἀδύνατον εἶπον, λυπεῖν ἡδονήν; B

ΠΡΩ. Οὐ μόνον γε, ἀλλ' ὅτι καὶ ἀγνοεῖς ὡς οὐδείς πώ σε ἡμῶν μεθήσει, πρὶν ἂν εἰς τέλος ἐπεξέλθῃς τούτων τῷ λόγῳ.

ΣΩ. Βαβαὶ ἄρα, ὦ Πρώταρχε, συχνοῦ μὲν λόγου τοῦ λοιποῦ, σχεδὸν δὲ οὐδὲ ῥᾳδίου *) πάνυ τι νῦν! καὶ γὰρ δὴ φαίνεται δεῖν ἄλλης μηχανῆς, ἐπὶ τὰ δευτερεῖα ὑπὲρ νοῦ πορευόμενον οἷον βέλη ἔχειν ἕτερα τῶν ἔμπροσθεν λόγων· ἔστι δὲ ἴσως ἔνια καὶ ταὐτά. οὐκοῦν χρή;

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Τὴν δέ γε ἀρχὴν αὐτοῦ διευλαβεῖσθαι * πειρώμεθα τιθέμενοι. C

ΠΡΩ. Ποίαν δὴ λέγεις;

ΣΩ. Πάντα τὰ νῦν ὄντα ἐν τῷ παντὶ διχῇ διαλάβωμεν, μᾶλλον δ', εἰ βούλει, τριχῇ.

ΠΡΩ. Καθ' ὅ τι, φράζοις ἄν.

ΣΩ. Λάβωμεν ἄττα τῶν νῦν δὴ λόγων.

ΠΡΩ. Ποῖα;

ΣΩ. Τὸν θεὸν ἐλέγομέν που τὸ μὲν ἄπειρον δεῖξαι τῶν ὄντων, τὸ δὲ πέρας;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τούτων δὴ τῶν εἰδῶν τὰ δύο τιθώμεθα, τὸ δὲ

---

*) γρ. ῥᾴδιον.

Pro. Enimvero, Socrate, mihi quidem videtur nunc voluptas quidem prostrata esse quasi percussa a rationibus nunc prolatis; de palma enim certans proiecta est; mens vero, ut patet, dicenda est prudenter palmam non vindicasse; nam idem ei contigisset. secundis autem privata voluptas non potest non ignominiae aliquid accipere a sui amatoribus; neque enim his iam perinde videbitur pulchra.

So. Quid igitur? nonne satius est eam iam mittere nec exactissime examinando atque refellendo contristare?

Pro. Nihil est quod dicis.

So. Num quia, id quod fieri nequit, dixi, contristare voluptatem?

Pro. Non icirco tantum, verum etiam quod nescis nondum quemquam nostrûm te dimissurum esse priusquam ad finem haec explicaveris oratione.

So. Papae, Protarche, quam longa relinquitur oratio neque sane facilis in praesens! atque etiam alio videtur opus esse artificio, ut, qui ad secundas partes aggrediatur menti vindicandas, diversas quasi sagittas habeat a superioribus orationibus; fortasse tamen nonnullae sunt eaedem. nonne oportet?

Pro. Quidni oporteat?

So. Initium vero eius rei caute conemur facere.

Pro. Quale tandem dicis?

So. Quaecumque nunc exstant in rerum universitate bifariam distribuamus vel potius, si vis, trifariam.

Pro. Quomodo, declara.

So. Sumamus aliqua ex orationibus nunc habitis.

Pro. Quaenam?

So. Deum videlicet diximus unum eorum quae essent docuisse infinitum esse, alterum finitum.

Pro. Sane quidem.

So. Horum igitur generum duo ponamus, tertium

τρίτον ἐξ ἀμφοῖν τούτοιν ἕν τι ξυμμισγόμενον. * εἰμὶ δ', D
ὡς ἔοικεν, ἐγὼ γελοῖός τις ἱκανῶς κατ' εἴδη διιστὰς καὶ ξυναριθμούμενος.

ΠΡΩ. Τί φῄς, ὦ 'γαθέ;

ΣΩ. Τέταρτον μοι γένους αὖ προσδεῖν φαίνεται.

ΠΡΩ. Λέγε τίνος.

ΣΩ. Τῆς ξυμμίξεως τούτων πρὸς ἄλληλα τὴν αἰτίαν ὅρα, καὶ τίθει μοι πρὸς τρισὶν ἐκείνοις τέταρτον τοῦτο.

ΠΡΩ. Μῶν οὖν σοι καὶ πέμπτου προσδεήσει διάκρισίν τινος δυναμένου;

ΣΩ. Τάχ' ἄν· οὐ μὴν οἶμαί γε ἐν τῷ νῦν· ἐὰν δέ
τι δέῃ, ξυγγνώσει πού * μοι σὺ μεταδιώκοντι πέμπτον E
βίον *).

ΠΡΩ. Τί μήν;

ΣΩ. Πρῶτον μὲν δὴ τῶν τεττάρων τὰ τρία διελόμενοι, τὰ δύο τούτων πειρώμεθα πολλὰ ἑκάτερον ἐσχισμένον καὶ διεσπασμένον ἰδόντες, εἰς ἓν πάλιν ἑκάτερον ξυναγαγόντες, νοῆσαι πῇ ποτὲ ἦν αὐτῶν ἓν καὶ πολλὰ ἑκάτερον.

ΠΡΩ. Εἴ μοι σαφέστερον ἔτι περὶ αὐτῶν εἴποις, τάχ' ἂν ἑποίμην.

ΣΩ. Λέγω τοίνυν τὰ δύο, ἃ προτίθεμαι, * ταῦτ' εἶ- 24
ναι ἅπερ νῦν δή, τὸ μὲν ἄπειρον, τὸ δὲ πέρας ἔχον. ὅτι δὲ τρόπον τινὰ τὸ ἄπειρον πολλά ἐστι, πειράσομαι φράζειν· τὸ δὲ πέρας ἔχον ἡμᾶς περιμενέτω.

ΠΡΩ. Μένει **).

ΣΩ. Σκέψαι δή· χαλεπὸν μὲν γὰρ καὶ ἀμφισβητήσιμον ὃ κελεύω σε σκοπεῖν, ὅμως δὲ σκόπει. θερμοτέρου καὶ ψυχροτέρου πέρι πρῶτον ὅρα πέρας εἴ ποτέ τι νοήσαις ἄν, ἢ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἐν αὐτοῖς οἰκοῦν τοῖς γένεσιν,
ἕωσπερ ἂν ἐνοικῆτον ***), τέλος οὐκ * ἂν ἐπιτρεψαίτην γί- B
γνεσθαι· γενομένης γὰρ τελευτῆς καὶ αὐτὼ τετελευτήκατον.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Ἀεὶ δέ γε, φαμέν, ἔν τε τῷ θερμοτέρῳ καὶ τῷ ψυχροτέρῳ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἔνι.

---

*) ἴσ. γένος. **) ἴσ. Μενεῖ. ***) γρ. ἐνοικεῖτον.

vero id quod ex ambobus his in unum conflatum fit. ego autem, ut patet, perridiculus fum, qui rite haec in genera dividere numeroque comprehendere coner.

Pro. Quid dicis, o bone?

So. Quarto rurfus genere videtur opus effe.

Pro. Dic quo.

So. Horum inter fe commifcendorum caufam confidera, et pone mihi ad tria illa quartum hoc genus.

Pro. Num tibi etiam quinto aliquo opus erit diftinctionis efficiente?

So. Forfitan; neque tamen arbitror in praesentia; fin vero opus fuerit, dabis mihi hanc veniam ut quintum anquiram genus.

Pro. Quidni daturus fim?

So. Primum igitur e quatuor illis tria fecernamus et duorum quum viderimus unumquodque discerptum, in unum rurfus quodque colligentes conemur comprehendere, quo tandem modo unum quidque fit et multa.

Pro. Si mihi clarius de his expofueris, forfitan fequar.

So. Dico igitur duo quae propono haec effe quae modo diximus, infinitum unum, alterum finitum; et aliquo modo infinitum multa effe conabor oftendere; finitum vero nos maneto.

Pro. Manebit.

So. Confidera dum. difficile eft id quidem et controverfiam facit quod iubeo te fpectare, tamen fpecta. de eo quod nimis calidum et frigidum eft primum vide finemne umquam in eo animadverteris, an maius illud et minus quod in his habitat generibus, quamdiu in eis habitet, finem non permittat exfiftere; fine enim exfiftente ipfa quoque finem habent.

Pro. Veriffima dicis.

So. Semper vero, ut dicimus, in nimio et calore ac frigore maius (nimis multum) et minus (nimis parum) infunt.

ΠΡΩ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Ἀεὶ τοίνυν ὁ λόγος ἡμῖν σημαίνει τούτω μὴ τέλος ἔχειν· ἀτελῆ δ' ὄντε δήπου παντάπασιν ἀπείρω γίγνεσθον.

ΠΡΩ. Καὶ σφόδρα γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Ἀλλ' εὖ γε, ὦ φίλε Πρώταρχε, ὑπέλαβες καὶ ἀνέμνησας * ὅτι καὶ τὸ σφόδρα τοῦτο ὃ σὺ νῦν *) ἐφθέγξω C
καὶ τό γε ἠρέμα τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχετον τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον· ὅπου γὰρ ἂν **) ἐνῆτον, οὐκ ἐᾶτον εἶναι ποσὸν ἕκαστον, ἀλλ' ἀεὶ σφοδρότερον ἡσυχαιτέρου καὶ τοὐναντίον ἑκάσταις πράξεσιν ἐμποιοῦντε τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον ἀπεργάζεσθον, τὸ δὲ ποσὸν ἀφανίζετον· ὃ γὰρ ἐλέχθη νῦν δή, μὴ ἀφανίσαντε τὸ ποσόν, ἀλλ' ἐάσαντε αὐτό τε καὶ τὸ μέτριον ἐν τῇ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον καὶ σφόδρα καὶ ἠρέμα * ἕδρᾳ ἐγγενέσθαι, αὐτὰ ἔῤῥει ταῦτα ἐκ τῆς αὐτῶν χώρας D
ἐν ᾗ ἐνῆν· οὐ γὰρ ἔτι θερμότερον οὐδὲ ψυχρότερον ***) ἤτην †) ἂν λαβόντε τὸ ποσόν· προχωρεῖ γὰρ καὶ οὐ μένει τό τε θερμότερον ἀεὶ καὶ τὸ ψυχρότερον ὡσαύτως, τὸ δὲ ποσὸν ἔστη καὶ προϊὸν ἐπαύσατο. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον ἄπειρον γίγνοιτ' ἂν τὸ θερμότερον καὶ τοὐναντίον ἅμα.

ΠΡΩ. Φαίνεται γοῦν, ὦ Σώκρατες· ἔστι δ', ὅπερ εἶπες, οὐ ῥᾴδια ταῦτα ξυνέπεσθαι. τὸ δὲ ἐσαῦθίς τε καὶ αὖθις * ἴσως λεχθέντα τόν τε ἐρωτῶντα καὶ τὸν ἐρωτώμενον E
ἱκανῶς ἂν ξυμφωνοῦντας ἀποφήνειεν.

ΣΩ. Ἀλλ' εὖ μὲν λέγεις, καὶ πειρατέον οὕτω ποιεῖν· νῦν μέντοι ἄθρει τῆς τοῦ ἀπείρου φύσεως εἰ τοῦτο δεξόμεθα σημεῖον, ἵνα μὴ πάντ' ἐπεξιόντες μηκύνωμεν.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΣΩ. Ὁπόσ' ἂν ἡμῖν φαίνηται μᾶλλόν τε καὶ ἧττον γιγνόμενα καὶ τὸ σφόδρα καὶ ἠρέμα δεχόμενα καὶ τὸ λίαν καὶ ὅσα τοιαῦτα πάντα, * εἰς τὸ τοῦ ἀπείρου γένος ὡς εἰς 25
ἓν δεῖ πάντα ταῦτα τιθέναι, κατὰ τὸν ἔμπροσθεν λόγον, ὃν ἔφαμεν, ὅσα διέσπασται καὶ διέσχισται ξυναγαγόντας χρῆναι

---

*) ἴσ. νῦν δή. **) γρ. ὅπου γάρ.
***) γρ. θερμοτέρω — ψυχροτέρω. †) ἄλλ. ἤστην.

Pro. Vero.

So. Semper igitur oratio nobis indicat haec finem nullum habere; ad finem autem quum non veniant prorsus infinita reperiuntur.

Pro. Admodum.

So. Bene certe, o care Protarche, hoc cepisti et de voce *admodum* quam modo eloquutus es admonuisti; habet enim *admodum* et *parum* eandem vim quam maius et minus; ubicumque enim insunt, non sinunt quodque esse quantitate aliqua, sed dum semper vehementius placidiore et contrarium quibuslibet actionibus iniiciunt, plus et minus efficiunt, quantitatem vero exstinguunt; nam, quod modo dictum est, si quantitatem non exstinguerent, sed finerent et hanc et modum in eo quem maius et minus, admodum et parum occupant loco inesse, haec ipsa facesserent e proprio suo quod haberent domicilio; neque enim iam calidius nec frigidius essent assumpta quantitate; progreditur enim nec manet calidius ac frigidius, quantitas vero consistit et procedere desinit. hac igitur ratione infinitum exsistet calidius itemque contrarium.

Pro. Videtur certe, Socrate; sunt vero, quod dixisti, haud facilia haec ad assequendum. quodsi alias iterumque dicantur, forsitan efficiant ut interrogans et interrogatus satis inter se concinant.

So. Bene sane loqueris, et conandum ita facere; nunc tamen vide an hoc infiniti naturae approbaturi simus indicium, ut ne omnia persequentes longiores simus.

Pro. Quale tandem dicis?

So. Quaecumque nobis patent maiora et minora exsistere et admodum illud paullumque recipere et nimium et quae sunt generis eiusdem, infiniti genere tamquam uno aliquo debemus haec omnia complecti ex ea quam paullo ante usurpavimus oratione in qua posuimus quaecumque discerpta ac discissa essent, oportere

κατὰ δύναμιν μίαν ἐπισημαίνεσθαί τινα φύσιν, εἰ μέμνησαι.

ΠΡΩ. Μέμνημαι.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὰ μὴ δεχόμενα ταῦτα, τούτων δὲ τἀναντία πάντα δεχόμενα, πρῶτον μὲν τὸ ἴσον καὶ ἰσότητα, μετὰ δὲ τὸ ἴσον τὸ διπλάσιον καὶ πᾶν ὅ τιπερ ἂν πρὸς ἀριθμὸν ἀριθμὸς ἢ *) μέτρον πρὸς μέτρον, * ταῦτα ξύμπαντα εἰς B
τὸ πέρας ἀπολογιζόμενοι καλῶς ἂν δοκοῖμεν δρᾶν τοῦτο; ἢ πῶς σύ φῃς;

ΠΡΩ. Κάλλιστά γε, ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Εἶεν, τὸ δὲ τρίτον τὸ μικτὸν ἐκ τούτοιν ἀμφοῖν τίνα ἰδέαν φήσομεν ἔχειν;

ΠΡΩ. Σὺ καὶ ἐμοὶ φράσεις, ὡς οἶμαι.

ΣΩ. Θεὸς μὲν οὖν, ἄν πέρ γε ἐμαῖς εὐχαῖς ἐπήκοος γίγνηταί τις θεῶν.

ΠΡΩ. Εὔχου δὴ καὶ σκόπει.

ΣΩ. Σκοπῶ, καί μοι δοκεῖ τις, ὦ Πρώταρχε, αὐτῶν φίλος ἡμῖν νῦν δὴ γεγονέναι.

ΠΡΩ. * Πῶς λέγεις τοῦτο; καὶ τίνι τεκμηρίῳ χρῇ; C

ΣΩ. Φράσω δῆλον ὅτι· σὺ δέ μοι ξυνακολούθησον τῷ λόγῳ.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Θερμότερον ἐφθεγγόμεθα νῦν δή πού τι καὶ ψυχρότερον· ἦ γάρ;

ΠΡΩ. Ναί.

ΣΩ. Πρόσθες δὴ ξηρότερον καὶ ὑγρότερον αὐτοῖς, καὶ πλέον καὶ ἔλαττον, καὶ θᾶττον καὶ βραδύτερον, καὶ μεῖζον καὶ σμικρότερον, καὶ ὁπόσα ἐν τῷ πρόσθεν τῆς τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον δεχομένης ἐτίθεμεν εἰς ἓν φύσεως.

ΠΡΩ. * Τῆς τοῦ ἀπείρου λέγεις; D

ΣΩ. Ναί. ξυμμίγνυ **) δέ γε εἰς αὐτὴν τὸ μετὰ ταῦτα τὴν αὖ τοῦ ***) πέρατος γένναν.

ΠΡΩ. Ποίαν;

*) ἴσ. ἢ ἤ. ἄλλ. ἢ μέτρον ᾖ. **) γρ. συμμίγνυε.
***) γρ. αὐτοῦ.

nos colligentes pro virili parte una quadam ſignare natura, ſi meminiſti.

Pro. Memini vero.

So. Nonne quae non recipiunt hoc, horum vero contraria omnia recipiunt, primum aequale et aequalitatem et poſt aequale duplum et quicquid numerus eſt ad numerum et modus ad modum, haec omnia ad finem adſcribentes recte videbimur hoc facere? an quomodo tu ais?

Pro. Rectiſſime vero, Socrate.

So. Iam tertium quod conflatum eſt ex his ambobus quamnam dicemus ſpeciem habere?

Pro. Tu videlicet mihi declarabis, ut arbitror.

So. Deus ſane, ſiquidem preces meas audiverit deorum aliquis.

Pro. Precare dum et ſpecta.

So. Specto, et videtur mihi, Protarche, eorum aliquis amicus nobis modo exſtitiſſe.

Pro. Quomodo dicis hoc? et quonam ductus argumento?

So. Exponam; tu autem conſequere mihi orationem.

Pro. Dic modo.

So. Calidius ſane protulimus modo aliquid et frigidius; nonne?

Pro. Etiam.

So. Adde iam ſiccius et humidius illis, plus et minus, celerius et tardius, longius et brevius, et quotquot ſupra unâ quae maius et minus reciperet naturâ complexi ſumus.

Pro. Infiniti naturam dicis?

So. Etiam. commiſce vero cum ea deinde finiti quoque genus.

Pro. Quale?

ΣΩ. Ἣν καὶ νῦν δή, δέον ἡμᾶς, καθάπερ τὴν τοῦ ἀπείρου ξυνηγάγομεν εἰς ἕν, οὕτω καὶ τὴν τοῦ περατοειδοῦς ξυναγαγεῖν, οὐ ξυνηγάγομεν. ἀλλ' ἴσως καὶ νῦν ταὐτὸν δράσει· τούτων ἀμφοτέρων ξυναγομένων *) καταφανὴς κἀκείνη γενήσεται.

ΠΡΩ. Ποίαν καὶ πῶς λέγεις;

ΣΩ. Τὴν τοῦ ἴσου καὶ διπλασίου, καὶ ὁπόση παύει πρὸς * ἄλληλα τἀναντία διαφόρως ἔχοντα, ξύμμετρα δὲ καὶ E
ξύμφωνα ἐνθεῖσα ἀριθμὸν ἀπεργάζεται.

ΠΡΩ. Μανθάνω· φαίνει γάρ μοι λέγειν, μιγνὺς ταῦτα, γενέσεις τινὰς ἐφ' ἑκάστων αὐτῶν ξυμβαίνειν.

ΣΩ. Ὀρθῶς γὰρ φαίνομαι.

ΠΡΩ. Λέγε τοίνυν.

ΣΩ. Ἆρ' οὐκ ἐν μὲν νόσοις ἡ τούτων ὀρθὴ κοινωνία τὴν ὑγιείας φύσιν ἐγέννησεν;

ΠΡΩ. * Παντάπασι μὲν οὖν. 26

ΣΩ. Ἐν δὲ ὀξεῖ καὶ βαρεῖ καὶ ταχεῖ καὶ βραδεῖ, ἀπείροις οὖσιν, ἆρ' οὐ ταὐτὰ ἐγγιγνόμενα **) τὰ αὐτὰ ἅμα πέρας τε ἀπειργάσατο καὶ μουσικὴν ξύμπασαν τελεώτατα ξυνεστήσατο;

ΠΡΩ. Κάλλιστά γε.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἔν γε χειμῶσι καὶ πνίγεσιν ἐγγενομένη τὸ μὲν πολὺ λίαν καὶ ἄπειρον ἀφείλετο, τὸ δὲ ἔμμετρον καὶ ἅμα ξύμμετρον ἀπειργάσατο.

ΠΡΩ. Τί μήν;

ΣΩ. Οὐκοῦν ἐκ τούτων ὧραί τε καὶ ὅσα καλὰ * πάν- B
τα ἡμῖν γέγονε, τῶν τε ἀπείρων καὶ τῶν πέρας ἐχόντων ξυμμιχθέντων;

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Καὶ ἄλλα γε δὴ μυρία ἐπιλείπω λέγων, οἷον μεθ' ὑγιείας κάλλος καὶ ἰσχύν, καὶ ἐν ψυχαῖς αὖ πάμπολλα ἕτερα καὶ πάγκαλα. ὕβριν γάρ που καὶ ξύμπασαν πάντων πονηρίαν αὕτη κατιδοῦσα ἡ θεός, ὦ καλὲ Φίληβε, πέρας οὐδὲν οὔθ' ἡδονῶν οὔτε πλησμονῶν ἐνὸν ἐν αὐτοῖς, νόμον καὶ τάξιν πέρας ἔχοντ' ἔθετο· καὶ σὺ μὲν ἀποκναῖν ἔφης

*) ἴσ. νῦν εἰς ταὐτὸν κράσει τούτων ἀμφ. ξυναγομένων. **) ἴσ. ἆρ' οὐχ αὕτη ἐγγιγνομένη.

So. Atque etiam nobis sicuti pincernis praesto sunt fontes, et cum melle quidem comparaverit quispiam voluptatis fontem, intelligentiae vero sobrium vinoque carentem cum austera salubrique quadam aqua: quos enitendum ut quam pulcherrime commisceamus.

Pro. Quippini?

So. Age dum prius: num omnem voluptatem omni cum intelligentia miscentes pulchram permixtionem maxime assequemur?

Pro. Fortasse.

So. At non est tutum; quomodo vero minus periculose misceamus, opinionem mihi videor posse quandam proponere.

Pro. Dic quam.

So. Erat nobis voluptas, ut arbitramur, alia aliâ verior, atque etiam ars arte accuratior.

Pro. Quidni?

So. Et scientia a scientia diversa, una ad ea quae gignerentur et interirent spectans, altera ad ea quae neque gignerentur neque interirent, sed uno et eodem

ὄντα ἀεί. ταύτην εἰς τὸ ἀληθὲς ἐπισκοπούμενοι ἡγησάμεθα ἐκείνης ἀληθεστέραν εἶναι.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς.

ΣΩ. Οὐκοῦν, εἰ τἀληθέστατα τμήματα ἑκατέρας ἴδοιμεν πρῶτον ξυμμίξαντες, ἆρ' ἱκανὰ ταῦτα ξυγκεκραμένα τὸν ἀγαπητότατον βίον ἀπεργασάμενα παρέχειν ἡμῖν; ἤ τινος ἔτι προσδεόμεθα καὶ τῶν μὴ τοιούτων;

ΠΡΩ. * Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ δρᾶν οὕτως. 62

ΣΩ. Ἔστω δή τις ἡμῖν φρονῶν ἄνθρωπος αὐτῆς πέρι δικαιοσύνης, ὅ τι ἐστι, καὶ λόγον ἔχων ἑπόμενον τῷ νοεῖν, καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ὄντων ὡσαύτως διανοούμενος.

ΠΡΩ. Ἔστω γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὗτος ἱκανῶς ἐπιστήμης ἕξει κύκλου μὲν καὶ σφαίρας αὐτῆς τῆς θείας τὸν λόγον ἔχων, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ταύτην σφαῖραν καὶ τοὺς κύκλους τούτους ἀγνοῶν, καὶ χρώμενος ἐν οἰκοδομίᾳ καὶ * τοῖς ἄλλοις ὁμοίως κανόσι B καὶ τοῖς κύκλοις;

ΠΡΩ. Γελοίαν διάθεσιν ἡμῶν, ὦ Σώκρατες, ἐν ταῖς θείαις οὖσαν μόνον ἐπιστήμαις λέγομεν.

ΣΩ. Πῶς φῄς; ἦ τοῦ ψευδοῦς κανόνος ἅμα καὶ τοῦ κύκλου τὴν οὐ βέβαιον οὐδὲ καθαρὰν τέχνην ἐμβλητέον κοινῇ καὶ ξυγκρατέον;

ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον γάρ, εἰ μέλλει τις ἡμῶν καὶ τὴν ὁδὸν ἑκάστοτε ἐξευρήσειν οἴκαδε.

ΣΩ. Ἦ καὶ μουσικήν, * ἣν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἔφαμεν C στοχάσεώς τε καὶ μιμήσεως *) μεστὴν οὖσαν καθαρότητος ἐνδεῖν;

ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον φαίνεται ἔμοιγε, εἴπερ γε ἡμῶν ὁ βίος ἔσται καὶ ὁπωσοῦν ποτὲ βίος.

ΣΩ. Βούλει δῆτα, ὥσπερ θυρωρὸς ὑπ' ὄχλου τινὸς ὠθούμενος καὶ βιαζόμενος, ἡττηθεὶς ἀναπετάσας τὰς θύρας ἀφῶ πάσας τὰς ἐπιστήμας εἰσρεῖν καὶ μίγνυσθαι ὁμοῦ καθαρᾷ τὴν ἐνδεεστέραν;

ΠΡΩ. Οὔκουν ἔγωγε οἶδα, ὦ Σώκρατες, * ὅ τι τις D

*) ἴσ. μίξεως.

semper statu essent. hanc, veri ratione habita, existimavimus illa veriorem esse.

Pro. Recte, vero.

So. Iam si verissimas particulas utriusque videamus primum commixtas, num satis erunt hae commixtae ad vitam exoptatissimam efficiendam nobisque exhibendam? an alicuius adhuc indigemus etiam eorum quae non ita se habent?

Pro. Mihi quidem videtur hoc faciendum esse.

So. Esto igitur nobis homo intelligens ipsa quid sit iustitia et notionem habens cogitationi convenientem, atque etiam reliqua omnia quae exstant pariter perspiciens.

Pro. Esto vero.

So. An vero hic satis scientiae habebit qui circuli quidem et sphaerae ipsius divinae notionem habet, humanam vero hanc sphaeram hosque circulos ignorat, licet in aedificatione quum reliquis utatur regulis tum etiam circulis?

Pro. Ridiculum statum nostrum, Socrate, in divinis tantum cognitionibus versantem dicimus.

So. Quomodo ais? num falsae regulae et circuli ars nec stabilis nec pura unâ iniicienda et commiscenda?

Pro. Necessarium vero, si futurum est ut quisque nostrûm vel viam inveniat qua domum redeat.

So. Num etiam musica quam paullo ante diximus coniecturae et permixtionis plenam esse et puri indigere?

Pro. Necessarium videtur mihi, si quidem vita nostra futura est ullo modo vita.

So. Visne tandem, tamquam ianitor quem turba aliqua urgeat et cogat, succumbens aperiam fores sinamque omnes scientias influere ac misceri purae deteriorem?

Pro. Equidem haud scio, Socrate, quidnam damni

ἂν βλάπτοιτο πάσας λαβὼν τὰς ἄλλας ἐπιστήμας, ἔχων τὰς πρώτας.

ΣΩ. Μεθιῶ *) δὴ τὰς ξυμπάσας ῥεῖν εἰς τὴν τῆς Ὁμήρου καὶ μάλα ποιητικῆς μισγαγκείας ὑποδοχήν;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Μεθεῖνται. καὶ **) πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν ἡδονῶν πηγὴν ἰτέον. ὡς γὰρ διενοήθημεν αὐτὰς μιγνύναι, τὰ τῶν ἀληθῶν μόρια πρῶτον, οὐκ ἐξεγενήθη ἡμῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ πᾶσαν ἀγαπᾶν ἐπιστήμην εἰς * ταὐτὸν μεθεῖμεν ἀθρόας καὶ E πρόσθεν τῶν ἡδονῶν.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Ὥρα δὴ βουλεύεσθαι νῷν καὶ περὶ τῶν ἡδονῶν, πότερα καὶ ταύτας πάσας ἀθρόας ἀφετέον, ἢ καὶ τούτων πρώτας μεθετέον ἡμῖν ὅσαι ἀληθεῖς.

ΠΡΩ. Πολύ γε διαφέρει πρός γε ἀσφάλειαν πρώτας τὰς ἀληθεῖς ἀφεῖναι.

ΣΩ. Μεθείσθων δή. τί δὲ μετὰ ταῦτα; ἆρ' οὐκ, εἰ μέν τινες ἀναγκαῖαι, καθάπερ ἐκεῖ, ξυμμικτέον καὶ ταύτας;

ΠΡΩ. Τί δ' οὔ; [τάς γε ἀναγκαίας δήπουθεν]

ΣΩ. Εἰ ***) δέ γε καί, καθάπερ τὰς * τέχνας πάσας 63 ἀβλαβές τε καὶ ὠφέλιμον ἦν ἐπίστασθαι διὰ βίου, καὶ νῦν δὴ ταὐτὰ λέγωμεν περὶ τῶν ἡδονῶν, εἴπερ πάσας ἡδονὰς ἥδεσθαι διὰ βίου ξυμφέρον τε ἡμῖν ἐστὶ καὶ ἀβλαβὲς ἅπασι, πάσας ξυγκρατέον.

ΠΡΩ. Πῶς οὖν δὴ περὶ αὐτῶν τούτων λέγωμεν; καὶ πῶς ποιῶμεν;

ΣΩ. Οὐχ ἡμᾶς, ὦ Πρώταρχε, διερωτᾶν χρή, τὰς ἡδονὰς δὲ αὐτὰς καὶ τὰς φρονήσεις, διαπυνθανομένους τὸ τοιόνδε ἀλλήλων * πέρι. B

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὦ φίλαι, εἴτε ἡδονὰς ὑμᾶς χρὴ προσαγορεύειν εἴτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν ὀνόματι, μῶν οὐκ ἂν δέξαισθε οἰκεῖν με-

---

*) γρ. Μεθίω.
**) γρ. Πάνυ μὲν οὖν μεθεῖνται. ΣΩ. Καὶ κτλ.
***) ἴσ. Ἔτι.

contrahat qui omnes adipiscatur scientias, si primas habeat.

So. Sinam igitur ad unum omnes effundi in confluvii illius quod Homerus sane poëtice adumbravit receptaculum?

Pro. Sane quidem.

So. Immissae sunt. iam ad voluptatum fontem redeundum. etenim ita ut cogitavimus eas miscere, verarum particulas primum, non licuit nobis, sed quia omnem amplectimur scientiam in unum confluere sivimus universas et quidem ante voluptates.

Pro. Verissime dicis.

So. Iam tempus est deliberare, num voluptates quoque omnes simul emittendae, an harum quoque primum nobis immittendae sint quae verae.

Pro. Longe vero praestat, si in tuto versari volumus, primum veras emittere.

So. Emissae igitur sunto. quid deinde? nonne, si quae necessariae sunt, sicut ibi, hae quoque immittendae?

Pro. Quidni?

So. Praeterea autem, quemadmodum artium omnium scientiam in vita posuimus nihil detrimenti, quin potius utilitatem afferre, ita etiam nunc eadem statuamus de voluptatibus: si omnibus in vita frui voluptatibus utile nobis est omnibus nec detrimentum cuiquam affert, omnes esse commiscendas.

Pro. Quomodo vero de his ipsis dicamus? et quid faciamus?

So. Non nos, Protarche, rogare debemus, sed voluptates ipsas et intelligentias, sciscitantes hoc ex eis.

Pro. Quidnam?

So. O carae, sive voluptates vos oportet nominari sive alio quopiam nomine affici, nonne malitis ha-

τὰ φρονήσεως πάσης, ἢ χωρὶς τοῦ φρονεῖν; Οἶμαι μὲν πρὸς ταῦτα τόδ' αὐτὰς ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὅτι, καθάπερ ἔμπροσθεν ἐῤῥήθη, τὸ μόνον καὶ ἔρημον εἰλικρινὲς εἶναί τι γένος οὔτε πάνυ τι δυνατὸν οὔτ' ὠφέλιμον· πάντων γε μὴν ἡγούμεθα γενῶν ἄριστον * ἓν C ἀνθ' ἑνὸς ξυνοικεῖν ἡμῖν τὸ τοῦ γιγνώσκειν τά ἄλλα τε πάντα καὶ αὖ τὴν αὐτὴν ἡμῶν τελέως εἰς δύναμιν ἑκάστην *).

ΠΡΩ. Καὶ καλῶς γε εἰρήκατε τὰ νῦν, φήσομεν.

ΣΩ. Ὀρθῶς. πάλιν τοίνυν μετὰ τοῦτο τὴν φρόνησιν καὶ τὸν νοῦν ἀνερωτητέον. Ἆρ' ἡδονῶν τι προςδεῖσθε ἐν τῇ ξυγκράσει; φαῖμεν ἂν αὖ τὸν νοῦν τε καὶ τὴν φρόνησιν ἀνερωτῶντες: Ποίων, φαῖεν ἂν ἴσως, ἡδονῶν;

ΠΡΩ. Εἰκός.

ΣΩ. Ὁ δέ γ' ἡμέτερος * λόγος μετὰ τοῦτ' ἐστὶν ὅδε. D Πρὸς ταῖς ἀληθέσιν ἐκείναις ἡδοναῖς, φήσομεν, ἆρ' ἔτι προςδεῖσθ' ὑμῖν τὰς μεγίστας ἡδονὰς ξυνοίκους εἶναι καὶ τὰς σφοδροτάτας; Καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες; ἴσως φαῖεν ἄν, αἵ γ' ἐμποδίσματά γε μυρία ἡμῖν ἔχουσι, τὰς ψυχὰς ἐν αἷς οἰκοῦμεν ταράττουσαι διὰ μανικὰς ἡδονάς, καὶ γίγνεσθαί τε ἡμᾶς τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐῶσι τά τε γιγνόμενα ἡμῶν * τέκνα E ὡς τὸ πολύ, δι' ἀμέλειαν λήθην ἐμποιοῦσαι, παντάπασι διαφθείρουσιν; ἄλλας δὲ ἡδονὰς ἀληθεῖς καὶ καθαρὰς ἃς εἶπες, σχεδὸν οἰκείας ἡμῖν νόμιζε, καὶ πρὸς ταύταις τὰς μεθ' ὑγιείας καὶ τοῦ σωφρονεῖν, καὶ δὴ καὶ ξυμπάσης ἀρετῆς ὁπόσαι καθάπερ θεοῦ ὀπαδοὶ γιγνόμεναι αὐτῇ ξυνακολουθοῦσι πάντῃ, ταύτας μίγνυ· τὰς **) δ' ἀεὶ μετ' ἀφροσύνης καὶ τῆς ἄλλης κακίας ἑπομένας πολλή που ἀλογία τῷ νῷ μιγνύναι τὸν βουλόμενον ὅτι καλλίστην ἰδόντα καὶ ἀστασιαστοτάτην μίξιν καὶ κρᾶσιν * ἐν ταύτῃ μαθεῖν πειρᾶσθαι, τί ποτε ἔν τε ἀνθρώπῳ καὶ τῷ παντὶ πέφυκεν ἀγαθὸν καὶ τίνα 64 ἰδέαν αὐτὴν εἶναί ποτε μαντευτέον. Ἆρ' οὐκ ἐμφρόνως ταῦ-

---

*) ἴσ. πάντων γε μὴν ἡγούμεθα ἄριστον ἓν ἀνθ' ἑνός, ξυνοικεῖν ἡμῖν τὸ τοῦ γιγνώσκειν τὰ ἄλλα τε πάντα καὶ αὐτὴν αὐτὴν ἡμῶν τελέως εἰς δύναμιν ἑκάστην. **) γρ. μιγνύντας.

bitare cum intelligentia universa, quam seorsum ab hac? Arbitror equidem nullo modo fieri posse quin hoc referant.

Pra. Quidnam?

So. Quemadmodum supra dictum est, neque fieri potest ut genus quodpiam sincerum sit solum ac desertum neque ut utilitatem habeat; longe tamen censemus optimum hoc esse prae reliquis omnibus ut nobiscum habitet genus illud quo tam reliqua omnia quàm se ipsam quaeque nostrûm quam maxime perfecte cognoscat.

Pro. Et praeclare quidem dixistis nunc, referemus.

So. Recte. dein vero intelligentia quoque et ratio interrogandae sunt. Numquid voluptatum indigetis in permixtione? dicemus iam rationem et intelligentiam rogantes. Quî, forsitan retulerint, voluptatum?

Pro. Videtur.

So. Nostra autem oratio deinde haec est. Praeter veras illas voluptates, dicemus, num indigetis etiam maximarum voluptatum atque vehementissimarum quae vobiscum habitent? Et quî tandem, Socrate? fortasse reponent, quippe quae impedimenta nobis innumerabilia inferant animos in quibus habitamus perturbantes insanis voluptatibus, nec omnino nos gigni sinant nostramque progeniem ex maxima parte, incuriâ iniicientes oblivionem, exstinguant? alias vero voluptates, veras et puras quas dixisti, fere familiares nobis existima, et praeter has eas quae cum sanitate et temperantia coniunctae sunt atque etiam quae universae virtuti tamquam deae comitantur eamque sequuntur usquequaque has misce; eas vero quae semper insipientiam reliquamque pravitatem sequuntur, admodum ineptum foret si cum ratione misceret is qui vellet quam pulcherrimam videre atque tranquillissimam permixtionem et coniunctionem, ex hac perspicere studens, quid tandem in homine rerumque universitate naturâ esset bonum et quamnam eius speciem coniecturâ informari oporte-

τα καὶ ἐχόντως ἑαυτὸν τὸν νοῦν φήσομεν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ καὶ μνήμης καὶ δόξης ὀρθῆς ἀποκρίνασθαι τὰ νῦν ῥηθέντα;

ΠΡΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε γε ἀναγκαῖον, καὶ οὐκ ἄλλως ἄν ποτε γένοιτο οὐδ' ἂν ἕν.

ΠΡΩ. * Τὸ ποῖον; B

ΣΩ. Ὧι μὴ μίξομεν ἀλήθειαν, οὐκ ἄν ποτε τοῦτ' ἀληθῶς γίγνοιτο οὐδ' ἂν γενόμενον εἴη.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΣΩ. Οὐδαμῶς. ἀλλ' εἴ τινος ἔτι προσδεῖ τῇ ξυγκράσει ταύτῃ, λέγετε σύ τε καὶ Φίληβος· ἐμοὶ μὲν γὰρ καθαπερεὶ κόσμος τις ἀσώματος ἄρξων καλῶς ἐμψύχου σώματος ὁ νῦν λόγος ἀπειργάσθαι φαίνεται.

ΠΡΩ. Καὶ ἐμοὶ τοίνυν, ὦ Σώκρατες, οὕτω λέγε δεδόχθαι.

ΣΩ. * Ἆρ' οὖν ἐπὶ μὲν τοῖς τοῦ ἀγαθοῦ νῦν ἤδη C προθύροις καὶ τῆς οἰκήσεως ἐφεστάναι τῆς τοῦ τοιούτου λέγοντες ἴσως ὀρθῶς *) ἄν τινα τρόπον φαῖμεν;

ΠΡΩ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ.

ΣΩ. Τί δῆτα ἐν τῇ ξυμμίξει τιμιώτατον ἅμα καὶ μάλιστ' αἴτιον εἶναι δόξειεν ἂν ἡμῖν τοῦ πᾶσι γεγονέναι προσφιλῆ τὴν τοιαύτην διάθεσιν; τοῦτο γὰρ ἰδόντες μετὰ τοῦτ' ἐπισκεψόμεθα, εἴθ' ἡδονῇ εἴτε τῷ νῷ προσφυέστερον **) καὶ οἰκειότερον ἐν τῷ παντὶ ξυνέστηκεν.

ΠΡΩ. Ὀρθῶς· * τοῦτο γὰρ εἰς τὴν κρίσιν ἡμῖν ἐστὶ D ξυμφορώτατον.

ΣΩ. Καὶ μὴν ξυμπάσης γε μίξεως οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἢ παντὸς ἀξία γίγνεται ἡτισοῦν ἢ τὸ παράπαν οὐδενός.

ΠΡΩ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Οὐδεὶς που τοῦτο ἀνθρώπων ἀγνοεῖ.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὅτι μέτρου καὶ τῆς ξυμμέτρου φύσεως μὴ τυχοῦσα ἡτισοῦν καὶ ὁπωσοῦν ξύγκρασις πᾶσα ἐξ ἀνάγκης ἀπόλ-

---

*) γρ. ὀρθόν. **) γρ. προσφυές τε.

ret. Num prudenter fibique convenienter rationem dicemus pro fe ipfa et memoria et recta opinione refpondere haec nunc prolata?

Pro. Sane quidem.

So. At vero etiam hoc neceffarium eft, quod nifi aderit nihil umquam poterit exfiftere.

Pro. Quidnam?

So. Cui veritatem non admifcemus, hoc numquam vere exfiftit neque etiam exftitit.

Pro. Quî enim poffit?

So. Nullo fane modo. et fi quid adhuc deeft huic permixtioni, dicite tu et Philebus; mihi enim tamquam ordo quidam corporis expers, isque pulchre moderaturus animato corpori, oratio nunc fuscepta videtur abfoluta effe.

Pro. Mihi quoque fane, Socrate, dic ita videri.

So. Nonne igitur nos ad veftibulum iam aedium in quibus bonum habitet ftare dicentes forfitan recte quodammodo affirmemus?

Pro. Mihi quiden videtur.

So. Quidnam igitur in permixtione praeftantiffimum nobis videbitur effe fimulque id quod maxime efficiat ut omnibus gratus accidat huiusmodi ftatus? hoc enim quum perfpexerimus, dein anquiremus utrum voluptati an rationi coniunctius ac propinquius in toto illo confiftat.

Pro. Recte. hoc enim ad iudicium nobis maxime conducet.

So. Et univerfae quidem permixtionis non eft difficilis cognitu caufa, ob quam vel plurimi facienda fit quaevis compofitio vel omnino pro nihilo habenda.

Pro. Quomodo dicis?

So. Nemo, ut opinor, hoc hominum ignorat.

Pro. Quidnam?

So. Compofitionem quamque, quaecumque et qualiscumque fit, nifi modum naturamque congruentem

λυσι τά τε κεραννύμενα καὶ πρώτην ἑαυτήν· οὐδὲ * γὰρ E
κρᾶσις, ἀλλά τις ἄκρατος ξυμπεφορημένη ἀληθῶς ἡ τοιαύ-
τη γίγνεται ἑκάστοτε ὄντως τοῖς κεκτημένοις ξυμφορά.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Νῦν δὴ καταπέφευγεν ἡμῖν *) ἡ τἀγαθοῦ δύναμις εἰς τὴν τοῦ καλοῦ φύσιν· μετριότης γὰρ καὶ ξυμμετρία κάλλως δήπου καὶ ἀρετὴν πανταχοῦ ξυμβαίνει γίγνεσθαι.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἀλήθειάν γε ἔφαμεν αὐτοῖς ἐν τῇ κράσει μεμίχθαι.

ΠΡΩ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὴ μιᾷ δυνάμεθα ἰδέᾳ τὸ ἀγαθὸν * θη- 65
ρεῦσαι, σὺν τρισὶ λαβόντες, κάλλει καὶ ξυμμετρίᾳ καὶ ἀληθείᾳ, λέγωμεν ὡς τοῦτο οἷον ἓν ὀρθότατ' ἂν αἰτιασαίμεθ' ἂν τῶν ἐν τῇ ξυμμίξει, καὶ διὰ τοῦτο **) ὡς ἀγαθὸν ὂν τοιαύτην αὐτὴν γεγονέναι.

ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἤδη τοίνυν, ὦ Πρώταρχε, ἱκανὸς ἡμῖν γένοιτ' ἂν ὁστισοῦν κριτὴς ἡδονῆς τε πέρι καὶ φρονήσεως, ὁπότε-
ρον αὐτοῖν τοῦ ἀρίστου * ξυγγενέστερόν τε καὶ τιμιώτερον B
ἐν ἀνθρώποις τέ ἐστι καὶ θεοῖς.

ΠΡΩ. Δῆλον μέν, ὅμως δ' αὖ ***) τῷ λόγῳ ἐπεξελθεῖν βέλτιον.

ΣΩ. Καθ' ἓν ἕκαστον τοίνυν τῶν τριῶν πρὸς τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν νοῦν κρίνωμεν· δεῖ γὰρ ἰδεῖν ποτέρῳ μᾶλλον ξυγγενὲς ἕκαστον αὐτῶν ἀπονεμοῦμεν.

ΠΡΩ. Κάλλους καὶ ἀληθείας καὶ μετριότητος πέρι λέγεις;

ΣΩ. Ναί. πρῶτον δέ γε ἀληθείας λαβοῦ, ὦ Πρώταρ-
χε, καὶ λαβόμενος, βλέψας εἰς τρία, νοῦν καὶ * ἀλήθειαν C
καὶ ἡδονήν, πολὺν ἐπισχὼν χρόνον, ἀπόκριναι σαυτῷ πότερον ἡδονὴ ξυγγενέστερον ἢ νοῦς ἀληθείᾳ.

ΠΡΩ. Τί δὲ χρόνου δεῖ; πολὺ γάρ, οἶμαι, διαφέρετον. ἡδονὴ μὲν γὰρ ἁπάντων ἀλαζονίστατον, ὡς δὲ λόγος, καὶ ἐν

*) γρ. ἡμᾶς. **) ἴσ. ξυμμίξει διὰ τοῦτο. ***) ἄλλ. οὖν.

habeat, perdere et composita et primam sese ipsam; neque enim compositio, sed incomposita quaedam et proprie coacervata cuique qui eam possidet reapse est acerbitas.

Pro. Verissime.

So. Nunc iam confugit nobis boni vis ad pulchri naturam; e moderatione enim et convenientia pulchritudo sane virtusque usquequaque solet efflorescere.

Pro. Sane quidem.

So. Atque etiam veritatem diximus cum illis ista in compositione commixtam esse.

Pro. Sane quidem.

So. Itaque si una non poterimus specie bonum aucupari, tribus id capientes, pulchritudine, convenientia et veritate, dicamus has tamquam unam rectissime nos pro causa eorum e quibus compositio conflata sit, habituros esse, quae quidem quia bonum sit efficiat ut illa talis exsistat.

Pro. Rectissime vero.

So. Iam quivis, Protarche, idoneus nobis erit iudex de voluptate et intelligentia, utra earum optimo propinquior sit magisque ab hominibus ac diis in honore habeatur.

Pro. Patet quidem; oratione tamen persequi melius.

So. Unamquamque igitur singulatim trium illarum e voluptate et ratione iudicemus; oportet enim perspici utri quamque, quippe magis propinquam, adscribamus.

Pro. Pulchritudinem et veritatem et moderationem dicis?

So. Ita. primum autem veritatem prehende, Protarche, eaque prehensa spectans ad tres illas, rationem, veritatem et voluptatem, longo intervallo responde tibi ipse, utrum voluptas propinquior sit an ratio veritati.

Pro. Quid intervallo opus est? multum enim, opinor, inter se differunt. etenim voluptas quidem omnium

ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τἀφροδίσια, αἳ δὴ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν ξυγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὡς, καθάπερ παίδων, τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον * κεκτημένων· νοῦς δὲ ἤτοι ταὐτὸν καὶ ἀλήθειά ἐστιν ἢ D πάντων ὁμοιότατόν τε καὶ ἀληθέστατον.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο τὴν μετριότητα ὡσαύτως σκέψαι *), πότερον ἡδονὴ φρονήσεως ἢ φρόνησις ἡδονῆς πλείω **) κέκτηται;

ΠΡΩ. Εὔσκεπτόν γε καὶ ταύτην σκέψιν προβέβληκας. οἶμαι γὰρ ἡδονῆς μὲν καὶ περιχαρείας οὐδὲν τῶν ὄντων πεφυκὸς ἀμετρώτερον εὑρεῖν ἄν τινα, νοῦ δὲ καὶ ἐπιστήμης ἐμμετρώτερον οὐδ' ἂν ἕν ποτε.

ΣΩ. Καλῶς * εἴρηκας. ὅμως ***) δ' ἔτι λέγε τὸ τρίτον. E νοῦς ἡμῖν κάλλους μετείληφε πλέον ἢ τὸ τῆς ἡδονῆς γένος, ὥστε εἶναι καλλίω νοῦν ἡδονῆς, ἢ τοὐναντίον;

ΠΡΩ. Ἆρ' οὖν φρόνησιν μὲν καὶ νοῦν, ὦ Σώκρατες, οὐδεὶς πώποτε οὔθ' ὕπαρ οὔτ' ὄναρ αἰσχρὸν οὔτε εἶδεν οὔτε ἐπενόησεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς, οὔτε γενόμενον †) οὔτε ὄντα οὔτε ἐσόμενον.

ΣΩ. Ὀρθῶς.

ΠΡΩ. Ἡδονὰς δέ γέ που, καὶ ταῦτα ††) σχεδὸν τὰς μεγίστας, ὅταν ἴδωμεν ἡδόμενον ὁντινοῦν, ἢ τὸ γελοῖον ἐπ' αὐταῖς ἢ τὸ πάντων αἴσχιστον ἑπόμενον ὁρῶντες * αὐτοί τε 66 αἰσχυνόμεθα καὶ ἀφανίζοντες κρύπτομεν ὅτι μάλιστα, νυκτὶ πάντα τὰ τοιαῦτα διδόντες, ὡς φῶς οὐ δέον ὁρᾶν αὐτά.

ΣΩ. Πάντῃ †††) δὴ φήσεις, ὦ Πρώταρχε, ὑπό τε ἀγγέλων πέμπων καὶ παροῦσι φράζων, ὡς ἡδονὴ κτῆμα οὐκ ἔστι πρῶτον οὐδ' αὖ δεύτερον, ἀλλὰ πρῶτον μέν πῃ περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτα χρὴ νομίζειν τὴν ἀΐδιον ᾑρῆσθαι φύσιν.

ΠΡΩ. Φαίνεται γοῦν ἐκ τῶν νῦν λεγομένων.

---

*) ἴσ. σκέψει.

**) ἴσ. πότερον ἡδονὴ ἢ φρόνησις πλείω.

***) ἴσ. ὁμοίως.

†) γρ. γιγνόμενον.

††) γρ. ταύτας.

†††) ἴσ. παντί.

rerum est vanissima et, ut hominum est fama, in voluptatibus venereis, quae quidem maximae videntur esse, etiam periurium veniam impetrat a diis, quia, sicut infantes, voluptates ne minimum quidem rationis possideant; ratio autem vel eadem est ac veritas vel omnium simillima ac verissima.

So. Nonne dein considerabis similiter utrum voluptas an intelligentia moderationis plus habeat?

Pro. Facilem sane hanc quoque investigationem proposuisti. arbitror enim voluptate quidem et laetitia gestiente nihil omnino quemquam inventurum esse naturâ immoderatius, ratione autem ac scientia nihil umquam moderatius.

So. Praeclare dicis. similiter adhuc dic tertium: ratio nobis pulchritudinis plus habet quam voluptatis genus, ita ut pulchrior sit ratio voluptate, an contra?

Pro. Immo vero intelligentiam et rationem, Socrate, nemo umquam neque vigilans neque somnians deformem nec vidit nec cogitavit ullo modo, neque praeteritam neque praesentem neque futuram.

So. Recte.

Pro. Voluptates vero, et illas quidem fere maximas, si quem videmus percipientem, vel ridiculi quid vel omnium turpissimum eis adiunctum spectantes ipsi ad pudendum inducimur et obscurando abscondimus quam maxime, nocti omnia id genus committentes, quippe quae lucem non deceat adspicere.

So. Cuique igitur dices, Protarche, per nuncios significans et praesenti declarans, voluptatem esse rem neque primam neque etiam secundam, sed principatum fere tenere modum et moderatum et tempestivum omniaque generis eiusdem quae existimanda sint aeternam adepta esse naturam.

Pro. Videtur certe ex his nunc dictis.

ΣΩ. * Δεύτερον μὴν περὶ τὸ ξύμμετρον καὶ καλὸν καὶ τὸ τέλεον καὶ ἱκανὸν καὶ πάνθ' ὁπόσα τῆς γενεᾶς αὖ ταύτης ἐστίν. B

ΠΡΩ. Ἔοικε γοῦν.

ΣΩ. Τὸ τοίνυν τρίτον, ὡς ἡ ἐμὴ μαντεία, νοῦν καὶ φρόνησιν τιθεὶς οὐκ ἂν μέγα τι τῆς ἀληθείας παρεξέλθοις.

ΠΡΩ. Ἴσως.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὐ τέταρτα, ἃ *) τῆς ψυχῆς ἔθεμεν αὐτῆς, ἐπιστήμας τε καὶ τέχνας καὶ δόξας ὀρθὰς λεχθείσας, ταῦτ' εἶναι τὰ * πρὸς τοῖς τρισὶ τέταρτα, εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ γέ ἐστι μᾶλλον ἢ τῆς ἡδονῆς ξυγγενῆ; C

ΠΡΩ. Τάχ' ἄν.

ΣΩ. Πέμπτας τοίνυν, ἃς ἡδονὰς ἔθεμεν ἀλύπους ὁρισάμενοι, καθαρὰς ἐπονομάσαντες τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιστήμας, ταῖς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπομένας;

ΠΡΩ. Ἴσως.

ΣΩ. Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεύς, καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς, ἀτὰρ κινδυνεύει καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐν ἕκτῃ καταπεπαυμένος εἶναι κρίσει. τὸ δὴ μετὰ * ταῦθ' ἡμῖν οὐδὲν λοιπὸν πλὴν ὥσπερ κεφαλὴν ἀποδοῦναι τοῖς εἰρημένοις. D

ΠΡΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΣΩ. Ἴθι δή, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, τὸν αὐτὸν διαμαρτυράμενοι λόγον ἐπεξέλθωμεν.

ΠΡΩ. Ποῖον δή;

ΣΩ. Φίληβος τἀγαθὸν ἐτίθετο ἡμῖν ἡδονὴν εἶναι πᾶσαν καὶ παντελῆ.

ΠΡΩ. Τὸ τρίτον, ὦ Σώκρατες, ὡς ἔοικας, ἔλεγες ἀρτίως τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπαναλαβεῖν δεῖν λόγον.

ΣΩ. Ναί· τὸ δέ γε μετὰ * τοῦτο ἀκούωμεν. ἐγὼ γὰρ δὴ κατιδὼν ἅπερ νῦν δὴ **) διελήλυθα, καὶ δυσχεράνας τὸν Φιλήβου λόγον οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλάκις μυρίων, εἶπον ὡς ἡδονῆς γε νοῦς εἴη μακρῷ βέλτιόν τε καὶ ἄμεινον τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ. E

ΠΡΩ. Ἦν ταῦτα.

---

*) ἴσ. Ἆρ' οὖν οὐχ ἃ κτλ. **) γρ. νυνί.

So. Secundum vero eſſe congruens et pulchrum et perfectum et idoneum et omnia eiusdem ſtirpis.

Pro. Conſentaneum certe eſt.

So. Tertiam vero, ut equidem divino, rationem et intelligentiam ſi poſueris, non ita longe a veritate diſceſſeris.

Pro. Fortaſſe.

So. Nonne vero, quas animi ipſius eſſe poſuimus, ſcientiae et artes et opiniones quae dicuntur rectae, hae quartum poſt illa obtinebunt locum, quandoquidem bono magis propinquae quam voluptas?

Pro. Forſitan.

So. Quintum autem locum tenebunt voluptates quas poſuimus, dolore vacuas definientes et puras nominantes animi ipſius cognitiones, quae perceptiones conſequerentur.

Pro. Fortaſſe.

So. *Aetate in ſexta*, dicit Orpheus, *cantus finite decoros*; at videtur noſtra quoque oratio, quum ſextum genus diiudicaverit, finita eſſe; dein nihil nobis aliud reſtat niſi ut concluſionem et caput quaſi addamus disputatis.

Pro. Oportet ſane.

So. Age dum, tertium ſervatori, eandem teſtantes orationem perſequamur.

Pro. Quamnam?

So. Philebus bonum ponebat nobis voluptatem eſſe omnem et univerſam.

Pro. *Tertium*, Socrate, videris modo dixiſſe hoc ſignificans, ab initio repetendam eſſe orationem.

So. Etiam. dein vero quod ſequitur audiamus. ego videlicet perſpecta habens ea quae modo explicavi et indignatus Philebi orationem non ſolum, ſed etiam aliorum ſexcentorum, contendi voluptate rationem eſſe multo praeſtantiorem ac meliorem hominum vitae.

Pro. Erant iſta.

ΣΩ. Ὑποπτεύων δέ γε καὶ ἄλλα εἶναι πολλὰ εἶπον ὡς, εἴ φανείη τι τούτοιν ἀμφοῖν βέλτιον, ὑπὲρ τῶν δευτερείων νῷ πρὸς ἡδονὴν ξυνδιαμαχοίμην, ἡδονὴ δὲ καὶ δευτερείων στερήσοιτο.

ΠΡΩ. * Εἶπες γὰρ οὖν. 67

ΣΩ. Καὶ μετὰ ταῦτά γε πάντων ἱκανώτατα τούτοιν οὐδέτερον ἱκανὸν ἐφάνη.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Οὐκοῦν παντάπασιν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ νοῦς ἀπήλλακτο καὶ ἡδονὴ μήτοι τἀγαθόν γε αὐτὸ μηδ' ἕτερον αὐτοῖν εἶναι, στερομένων *) αὐταρκείας καὶ τῆς τοῦ ἱκανοῦ καὶ τελέου δυνάμεως;

ΠΡΩ. Ὀρθότατα.

ΣΩ. Φανέντος δέ γε ἄλλου τρίτου κρείττονος τούτοιν ἑκατέρου, μυρίῳ γ' αὖ νοῦς ἡδονῆς οἰκειότερον καὶ προςφυέστερον πέφανται νῦν τῇ τοῦ νικῶντος ἰδέᾳ.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Οὐκοῦν πέμπτον κατὰ τὴν κρίσιν, ἣν νῦν ὁ λόγος ἀπεφήνατο, γίγνοιτ' ἂν ἡ τῆς ἡδονῆς δύναμις;

ΠΡΩ. Ἔοικεν.

ΣΩ. Πρῶτον δέ γε οὐδ' ἂν **) οἱ πάντες βόες τε καὶ ἵπποι καὶ τἄλλα ξύμπαντα θηρία φῶσι ***) τῷ τὸ χαίρειν διώκειν· οἷς πιστεύοντές, ὥςπερ μάντεις ὄρνισιν, οἱ πολλοὶ κρίνουσι τὰς ἡδονὰς εἰς τὸ ζῆν ἡμῖν εὖ κρατίστας εἶναι, καὶ τοὺς θηρίων ἔρωτας οἴονται κυρίους εἶναι μάρτυρας μᾶλλον ἢ τοὺς τῶν †) ἐν Μούσῃ φιλοσόφῳ μεμαντευμένων ἑκάστοτε λόγων.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα, ὦ Σώκρατες, εἰρῆσθαί σοι νῦν ἤδη φαμὲν ἅπαντες.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀφίετέ με;

ΠΡΩ. Σμικρὸν ἔτι λοιπόν, ὦ Σώκρατες· οὐ γὰρ δήπου σύ γε ἀπερεῖς πρότερος ἡμῶν. ὑπομνήσω δέ σε τὰ λειπόμενα.

---

*) ἄλλ. στερομένοιν. **) ἴσ. οὐ, κἂν.
***) ἴσ. δῶσι. †) ἴσ. ἢ τῶν.

So. Suſpicatus vero etiam alia eſſe multa dixi me, ſi reperiretur aliquid duabus illis melius, de ſecundis partibus pro ratione cum voluptate eſſe dimicaturum; ita fore ut voluptas etiam ſecundis privaretur.

Pro. Dixiſti vero.

So. Et poſt illa omnium maxime idonea harum neutra reperta eſt idonea.

Pro. Veriſſime.

So. Nonne igitur prorſus in hac diſputatione et rationem dimiſimus et voluptatem, bonum certe ipſum neutram eſſe contendentes, quippe quae carerent abſolutione nec idonei ac perfecti vim haberent?

Pro. Rectiſſime.

So. Repertum vero quum eſſet aliud tertium et praeſtantius illud quidem illarum utraque, mirum quam ratio voluptate familiorem et coniunctiorem nunc ſeſe exhibuit victrici ſpeciei.

Pro. Quidni?

So. Nonne quintum locum e iudicio quod oratio nunc pronunciavit, voluptatis tenebit vis ac natura?

Pro. Videtur vero.

So. Primas autem minime, etiamſi omnes boves et equi et reliqua omnia ad unum animalia eas deferant voluptatis conſectationi, quibus quidem freta, ſicuti vates avibus, multitudo iudicat voluptates ad bene vivendum nobis optimas eſſe, et animalium cupiditates arbitratur locupletes eſſe teſtes magis quam orationes quasque a Muſa philoſopha tamquam oracula editas.

Pro. Veriſſima, Socrate, te dicere iam nunc concedimus omnes.

So. Nonne etiam me dimittitis?

Pro. Paullum quid adhuc reliquum, Socrate; neque ſane tu quidem deficies prius quam nos. admonebo autem te reliquorum.

... cedimus omnes.

80. Nemo enim ...

... quam ...

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΕΤΑΙΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ

ΓΛΑΥΚΩΝ ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΑΓΑΘΩΝ ΦΑΙΔΡΟΣ ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ ΕΡΥΞΙΜΑΧΟΣ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ ΔΙΟΤΙΜΑ ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ

Δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε *) οὐκ ἀμελέτητος εἶναι. καὶ 172
γὰρ ἐτύγχανον πρώην εἰς ἄστυ οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν·
τῶν οὖν γνωρίμων τις ὄπισθεν κατιδών με πόῤῥωθεν ἐκάλε-
σε, καὶ παίζων ἅμα τῇ κλήσει Ὁ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος
Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμενεῖς; Κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα.
Καὶ ὅς, Ἀπολλόδωρε, ἔφη, καὶ μὴν καὶ ἔναγχός σε ἐζήτουν
βουλόμενος διαπυθέσθαι τὴν Ἀγάθωνος * ξυνουσίαν καὶ B
Σωκράτους καὶ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τότε ἐν τῷ
ξυνδείπνῳ **) παραγενομένων, περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγων, τί-
νες ἦσαν. ἄλλος γάρ τίς μοι διηγεῖτο ἀκηκοὼς Φοίνικος
τοῦ Φιλίππου, ἔφη δὲ καὶ σὲ εἰδέναι· ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν εἶχε
σαφὲς λέγειν. σὺ οὖν μοι διήγησαι· δικαιότατος γὰρ εἶ τοὺς
τοῦ ἑταίρου λόγους ἀπαγγέλλειν. πρότερον δέ μοι, ἦ δ' ὅς,
εἰπέ, σὺ αὐτὸς παρεγένου τῇ ξυνουσίᾳ ταύτῃ ἢ οὔ; Κἀγὼ
εἶπον ὅτι * Παντάπασιν ἔοικέ σοι οὐδὲν διηγεῖσθαι σαφὲς C
ὁ διηγούμενος, εἰ νεωστὶ ἡγεῖ τὴν ξυνουσίαν γεγονέναι ταύτην
ἣν ἐρωτᾷς, ὥστε κἀμὲ παραγενέσθαι. Ἔγωγε δή. Πόθεν,
ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων; οὐκ οἶσθ' ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγά-
θων ἐνθάδε οὐκ ἐπιδεδήμηκεν, ἀφ' οὗ δ' ἐγὼ Σωκράτει
ξυνδιατρίβω καὶ ἐπιμελὲς πεποίημαι ἑκάστης ἡμέρας εἰδέναι

*) γρ. πυνθάνεσθε νῦν. **) ἄλλ. δείπνῳ.

APOLLODORUS AMICUS APOLLODORI

GLAUCO ARISTODEMUS SOCRATES AGATHO PHAEDRUS PAUSANIAS ERYXIMACHUS ARISTOPHANES DIOTIMA ALCIBIADES

Videor mihi de quibus ſciſcitamini haud expers eſſe praeparationis. etenim nuper domo in urbem adſcendebam Phalero; et notorum aliquis a tergo me conſpiciens procul vocavit iocoſaque appellatione utens, Phaleree, inquit, Apollodore, opperire. Tum ego conſtiti atque oppertus ſum. Atque ille, Apollodore, inquit, iam nuper te quaerebam rogaturus de Agathonis congreſſione et Socratis et Alcibiadis et ceterorum qui tum convivio interfuiſſent, quaenam orationes amatoriae eſſent habitae. alius videlicet quidam mihi narraverat qui a Phoenice acceperat Philippi filio, isque dixerat te quoque de hac re compertum habere; at nihil potuerat certi afferre. tu igitur mihi narra; te enim maxime decet amici orationes renunciare. prius vero, inquit ille, dic, tu ipſe interfuiſti congreſſioni illi necne? Tum ego Plane videtur tibi, inquam, nihil narraſſe certi qui tibi narravit, ſi non ita pridem arbitraris congreſſionem fuiſſe illam de qua rogas, ita ut ego quoque interfuerim. Equidem vero arbitrabar. Quî poteſt, inquam, Glauco? nonne ſcis intra multos annos Agathonem hîc non verſatum eſſe, ex quo autem mihi cum Socrate conſuetudo ſit omneque ſtudium eo

ὅ τι ἂν λέγῃ ἢ πράττῃ, οὐδέπω τρία ἔτη ἐστί; πρὸ τοῦ δὲ
* περιτρέχων ὅπῃ τύχοιμι καὶ οἰόμενός τι ποιεῖν ἀθλιώτερος 173
ἦ ὁτουοῦν, οὐχ ἧττον ἢ σὺ νυνὶ, οἰόμενος δεῖν πάντα
μᾶλλον πράττειν ἢ φιλοσοφεῖν. Καὶ ὅς, Μὴ σκῶπτ', ἔφη,
ἀλλ' εἰπέ μοι πότε ἐγένετο ἡ ξυνουσία αὕτη. Κἀγὼ εἶπον
ὅτι Παίδων ἡμῶν ὄντων ἔτι, ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνί-
κησεν Ἀγάθων, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός
τε καὶ οἱ χορευταί. Πάνυ, ἔφη, ἄρα πάλαι, ὡς ἔοικεν.
ἀλλὰ τίς σοι διηγεῖτο; ἢ *) αὐτὸς Σωκράτης; Οὐ μὰ τὸν
Δία, * ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' ὅςπερ Φοίνικι· Ἀριστόδημος ἦν B
τις Κυδαθηναιεύς, σμικρός, ἀνυπόδητος ἀεί **)· παραγε-
γόνει δ' ἐν τῇ ξυνουσίᾳ Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς
μάλιστα τῶν τότε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ Σω-
κράτη γε ἔνια ἤδη ἀνηρόμην ὧν ἐκείνου ἤκουσα, καί μοι
ὡμολόγει καθάπερ ἐκεῖνος διηγεῖτο. Τί οὖν, ἔφη, οὐ διη-
γήσω μοι; πάντως δ' ***) ἡ ὁδὸς ἡ εἰς ἄστυ ἐπιτηδεία
πορευομένοις καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν.

Οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐποιού-
μεθα, * ὥστε, ὅπερ ἀρχόμενος εἶπον, οὐκ ἀμελετήτως ἔχω. C
εἰ οὖν δεῖ καὶ ὑμῖν διηγήσασθαι, ταῦτα χρὴ ποιεῖν. καὶ
γὰρ ἔγωγε καὶ ἄλλως, ὅταν μέν τινας περὶ φιλοσοφίας λό-
γους ἢ αὐτὸς ποιῶμαι ἢ ἄλλων ἀκούω, χωρὶς τοῦ οἴεσθαι
ὠφελεῖσθαι ὑπερφυῶς ὡς χαίρω· ὅταν δὲ ἄλλους τινάς, ἄλ-
λως τε καὶ τοὺς ὑμετέρους τοὺς τῶν πλουσίων καὶ χρηματι-
στικῶν, αὐτός τε ἄχθομαι ὑμᾶς τε τοὺς ἑταίρους ἐλεῶ, ὅτι
οἴεσθέ τι ποιεῖν οὐδὲν ποιοῦντες. καὶ ἴσως αὖ ὑμεῖς ἐμὲ
* ἡγεῖσθε κακοδαίμονα εἶναι, καὶ οἴομαι ὑμᾶς ἀληθῆ οἴε- D
σθαι· ἐγὼ μέντοι ὑμᾶς οὐκ οἴομαι, ἀλλ' εὖ οἶδα.

ΕΤΑΙ. Ἀεὶ ὅμοιος εἶ, ὦ Ἀπολλόδωρε· ἀεὶ γὰρ σαυ-
τόν τε κακηγορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους· καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς

---

*) γρ. ἤ. **) ἴσ. σμικρὸς ἀνυπόδητός τ' ἀεί.
***) ἄλλ. πάντως ἡ.

conferam ut quotidie comperiam quid dicat vel agat, necdum tres esse annos? antehac oberraus quocumque casus ferebat et arbitrans me aliquid agere miserrimus eram omnium, non minus quam tu nunc, quippe qui arbitrere quidvis agendum esse potius quam philosophandum. Atque ille, Ne cavillare, inquit, sed dic mihi quando fuerit congressio illa. Tum ego, Nobis, inquam, adhuc pueris, quum prima tragoedia vicisset Agatho, postridie quam victoriam sacrificio et epulis celebrarunt et ipse et actores. Ergo, inquit, satis dudum, ut patet. at quisnam tibi narravit? num ipse Socrates? Non sane hercle, inquam, sed qui Phoenici: Aristodemus fuit quidam Cydathenaeensis, parvus semperque discalceatus. interfuerat autem congressioni, quippe qui Socratem amore prosequeretur maxime omnium suae aetatis, ut mihi videtur. verumtamen etiam Socratem nonnulla iam interrogavi eorum quae ex illo audiveram, et mihi affirmavit quae ille narraverat. Quin igitur, inquit, mihi narras? praesertim quum via ad urbem ducens accommodata sit proficiscentibus ad dicendum et audiendum.

Ita igitur proficiscentes simul sermones de hoc contulimus, ut, quod initio dixi, haud expers sim praeparationis. iam si oportet me vobis quoque id narrare, hoc est faciendum. etenim ego alias quoque, quum de philosophia orationem vel ipse habeo vel ab aliis audio, praeterquam quod me arbitror utilitatem inde capere, mirum quam delector; quando vero alias, praesertim quas vos divites quaestuique dediti habetis, ipse quidem indignor, vestri autem amicorum me miseret, quod arbitramini aliquid agere nihil agentes. ac forsitan vos vicissim me arbitremini miserum et infelicem esse, et opinor vos vere opinari; ego tamen, quod ad vos attinet, non opinor, sed sat scio.

Am. Semper idem es, Apollodore: semper enim et te ipsum et reliquos vituperando affligis; atque vide-

πάντας ἀθλίους ἡγεῖσθαι πλὴν Σωκράτους, ἀπὸ σαυτοῦ
ἀρξάμενος. καὶ ὁπόθεν ποτὲ ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβες
τὸ μανικὸς καλεῖσθαι, οὐκ οἶδα ἔγωγε· ἐν μὲν γὰρ τοῖς λό-
γοις ἀεὶ τοιοῦτος εἶ· σαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγριαίνεις
πλὴν Σωκράτους.

ΑΠΟΛ. * Ὦ φίλτατε, καὶ δῆλόν γε δὴ ὅτι οὕτω δια- E
νοούμενος καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ ὑμῶν μαίνομαι καὶ
παραπαίω.

ΕΤΑΙ. Οὐκ ἄξιον περὶ τούτων, ὦ Ἀπολλόδωρε, νῦν
ἐρίζειν· ἀλλ', ὅπερ ἐδεόμεθά σου, μὴ ἄλλως ποιήσῃς, ἀλλὰ
διήγησαι τίνες ἦσαν οἱ λόγοι.

ΑΠΟΛ. Ἦσαν τοίνυν ἐκεῖνοι τοιοίδε τινές. μᾶλλον δ'
ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς ἐκεῖνος διηγεῖτο, * καὶ ἐγὼ πειράσομαι 174
διηγήσασθαι.

Ἔφη γάρ οἱ Σωκράτη ἐντυχεῖν λελουμένον τε καὶ τὰς
βλαύτας ὑποδεδεμένον, ἃ ἐκεῖνος ὀλιγάκις ἐποίει· καὶ ἐρέ-
σθαι αὐτὸν ὅποι ἴοι οὕτω καλὸς γεγενημένος, καὶ τὸν εἰ-
πεῖν ὅτι Ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος· χθὲς γὰρ αὐτὸν διέ-
φυγον τοῖς ἐπινικίοις, φοβηθεὶς τὸν ὄχλον· ὡμολόγησα δ'
εἰς τήμερον παρέσεσθαι. ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα κα-
λὸς παρὰ καλὸν ἴω. ἀλλὰ σύ, ἦ δ' ὅς, Ἀριστόδημε, πῶς ἔχεις
πρὸς τὸ * ἐθέλειν ἂν ἰέναι ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον; Κἀγώ, ἔφη, B
εἶπον ὅτι Οὕτως ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς. Ἕπου τοίνυν, ἔφη, ἵνα
καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβαλόντες, ὡς ἄρα καὶ
ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί. Ὅμηρος μὲν γὰρ
κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην
τὴν παροιμίαν. ποιήσας γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα διαφερόντως
* ἀγαθὸν ἄνδρα τὰ πολεμικά, τὸν δὲ Μενέλεων μαλθακὸν C
αἰχμητήν, θυσίαν ποιουμένου καὶ ἑστιῶντος τοῦ Ἀγαμέμνο-
νος, ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν Μενέλεων ἐπὶ τὴν θοί-
νην, χείρω ὄντα ἐπὶ τὴν τοῦ ἀμείνονος. Ταῦτ' ἀκούσας
εἰπεῖν ἔφη Ἴσως μέντοι κινδυνεύσω καὶ ἐγώ, οὐχ ὡς σὺ λέ-
γεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ καθ' Ὅμηρον, φαῦλος ὢν ἐπὶ σο-
φοῦ ἀνδρὸς ἰέναι θοίνην ἄκλητος. ἆρ' οὖν ἄγων με τί *)

---

*) γρ. μέ τι.

ris mihi plane omnes infelices existimare praeter Socratem, nec te ipso excepto. et qui tandem factum sit ut cognomine furibundus appellarere, nescio equidem; nam in orationibus tuis semper huiusmodi es: de te ipso et reliquis acerbe detrahis, Socrate excepto.

Apoll. O carissime, nec dubium videlicet est quin ita statuens et de memet ipso et de vobis furam atque insaniam.

Am. Non est operae pretium, Apollodore, de hoc nunc certare; immo, id quod te rogavimus, ne aliter facias. sed narra quae habitae sint orationes.

Apoll. Erant igitur illae huiusmodi fere. potius autem ab initio vobis, ut ille narravit, ego quoque conabor narrare.

Dixit igitur se obviam esse factum Socrati lauto soleisque induto, id quod ille raro facere solitus esset; atque rogasse eum quonam pergeret tam pulchre ornatus; tum respondisse illum Ad coenam apud Agathonem; heri enim ab ipso profugi, quum victoriam epulis celebraret, turbam verens hominum; promisi vero hodie ad coenam. hanc igitur ob caussam me ornavi, ut pulcher ad pulchrum venirem. tu vero, inquit ille, Aristodeme, quid sentis? num velis invocatus ad coenam ire? Tum ego, narravit, Ita, inquam, ut tu iubes. Sequere igitur, inquit, ut proverbium convertamus ita mutantes, etiam ad bonorum epulas ire ultro bonos. Homerus enim videtur non solum convertisse, sed etiam violasse hoc proverbium. Agamemnonem enim quum finxisset virum ad bellicam virtutem insignem, Menelaum vero mollem bellatorem, ad sacra et epulas ab Agamemnone celebratas invocatum fecit venientem Menelaum, viliorem ad epulum praestantioris. Quibus auditis se retulisse narravit Fortasse tamen verendum ne ego quoque, non ut tu dicis, sed secundum Homerum, quum vilis sim, ad sapientis viri pergam epulum invocatus. quocirca me adducens qua uteris

* ἀπολογήσει; ὡς ἐγὼ μὲν οὐχ ὁμολογήσω ἄκλητος ἥκειν, ἀλλ' D ὑπὸ σοῦ κεκλημένος. Σύν τε δύ', ἔφη, ἐρχομένω πρὸ ὁ τοῦ βουλευσόμεθα ὅ τι ἐροῦμεν. ἀλλ' ἴωμεν.

Τοιαῦτ' ἄττα σφᾶς ἔφη διαλεχθέντας ἰέναι. τὸν οὖν Σωκράτη ἑαυτῷ πως προςέχοντα τὸν νοῦν κατὰ τὴν ὁδὸν πορεύεσθαι ὑπολειπόμενον, καὶ περιμένοντος οὗ κελεύειν προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν. ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν * τὴν θύραν, καὶ E τι ἔφη αὐτόθι γελοῖον παθεῖν. οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν οὗ κατέκειντο οἱ ἄλλοι, καὶ καταλαμβάνειν ἤδη μέλλοντας δειπνεῖν. εὐθὺς δ' οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, Ὦ, φάναι, Ἀριστόδημε, εἰς καλὸν ἥκεις, ὅπως ξυνδειπνήσεις· εἰ δ' ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἦλθες, ἐςαῦθις ἀναβαλοῦ· ὡς καὶ χθὲς ζητῶν σε, ἵνα καλέσαιμι, οὐχ οἷός τ' ἦ ἰδεῖν. ἀλλὰ Σωκράτη ἡμῖν πῶς οὐκ ἄγεις; Καὶ ἐγώ, ἔφη, μεταστρεφόμενος οὐδαμοῦ ὁρῶ Σωκράτη ἑπόμενον. εἶπον οὖν ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σωκράτους ἥκοιμι, κληθεὶς ὑπ' ἐκείνου δεῦρ' ἐπὶ δεῖπνον. Καλῶς, ἔφη, ποιῶν σύ· ἀλλὰ ποῦ ἔστιν οὗτος; Ὄπισθεν ἐμοῦ ἄρτι * εἰς- 175 ῄει· ἀλλὰ *) θαυμάζω καὶ αὐτὸς ποῦ ἂν εἴη. Οὐ σκέψει, ἔφη, παῖ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, καὶ εἰςάξεις Σωκράτη; σὺ δ', ἦ δ' ὅς, Ἀριστόδημε, παρ' Ἐρυξίμαχον κατακλίνου. Καὶ ἓ μὲν ἔφη ἀπονίζειν τὸν παῖδα, ἵνα κατακέοιτο, ἄλλον δέ τινα τῶν παίδων ἥκειν ἀγγέλλοντα ὅτι Σωκράτης οὗτος ἀναχωρήσας ἐν τῷ τῶν γειτόνων προθύρῳ ἕστηκε κἀμοῦ καλοῦντος οὐκ ἐθέλει εἰςιέναι. Ἄτοπόν γ', ἔφη, λέγεις· οὐκοῦν καλεῖς αὐτὸν καὶ μὴ ἀφήσεις; * Καὶ ὃς ἔφη εἰπεῖν B Μηδαμῶς, ἀλλ' ἐᾶτε αὐτόν· ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει· ἐνίοτε ἀποστὰς ὅπῃ ἂν τύχῃ ἕστηκεν. ἥξει δὲ αὐτίκα, ὡς ἐγῷμαι. μὴ οὖν κινεῖτε, ἀλλ' ἐᾶτε. Ἀλλ' οὕτω χρὴ ποιεῖν, εἰ σοὶ δοκεῖ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. ἀλλ' ἡμᾶς, ὦ παῖδες, τοὺς ἄλλους ἑστιᾶτε· πάντως παρατίθετε ὅ τι ἂν βούλησθε, ἐπειδάν τις ὑμῖν μὴ ἐφεστήκῃ· ὃ ἐγὼ οὐδεπώποτε ἐποίησα.

---

*) ἴσ. ἀλλὰ καί.

excusatione? nam ego quidem non me confitebor invocatum venire, sed a te invitatum. *Una ambo*, inquit, *euntes alter prae altero* deliberabimus quid dicendum sit. iam eamus.

Haec fere quum inter se colloquuti essent dixit se perrexisse. atque Socratem secum aliquid meditantem in via remansisse atque se exspectante iussisse prorsum procedere. quum vero venisset ad Agathonis domum, apertam se reperisse ianuam, ibique ridiculi quid sibi accidisse. etenim sibi statim puerum aliquem intus occurrisse qui ipsum duxisset ubi accubuissent reliqui hosque offendisse iam coenaturos. statim vero ut Agatho ipsum conspexisset dixisse O Aristodeme, opportune venis, ut nobiscum coenes; si vero aliam ob causam venisti, in aliud tempus differ; etenim iam heri te quaerens, ut te invitarem, non potui conspicere. at Socratem nobis cur nos adducis? Tum ego, inquit, conversus nusquam video Socratem sequentem. dixi igitur me ipsum cum Socrate venire, invitatum ab eo huc ad coenam. Bene, inquit ille, fecisti; at ubinam est ille? Pone me modo introivit; quin ipse quoque miror ubi sit. Speculare dum, puer, dixisse Agathonem narravit, et introduc Socratem; tu vero, inquit ille, Aristodeme, iuxta Eryximachum accuba. Tum puerum narravit ipsum abluisse; alium vero quem puerorum venisse nunciantem haec: Socrates ille secedens in vicinorum vestibulo constitit, neque me vocante volt introire. Mira sane, inquit, narras; quin eum vocas nec dimittis? Tum se retulisse narravit Minime, sed finite eum; est enim haec fere eius consuetudo, ut nonnumquam secedens quocumque casus ferat consistat. veniet autem statim, ut arbitror. ne igitur movete, sed finite. Ita igitur faciendum est, si tibi videtur, subiecisse Agathonem. iam nos, pueri, ceteros epulis excipite. omnino apponite quodcumque voltis, quum nemo vobis praepositus sit, quod quidem numquam ego feci. nunc igitur arbitrantes et me a vo-

νῦν οὖν νομίζοντες καὶ ἐμὲ ὑφ᾽ ὑμῶν κεκλῆσθαι ἐπὶ δεῖπνον καὶ τούςδε * τοὺς ἄλλους, θεραπεύεται, ἵνα ὑμᾶς ἐπαινῶμεν. C

Μετὰ ταῦτα ἔφη σφᾶς μὲν δειπνεῖν, τὸν δὲ Σωκράτη οὐκ εἰςιέναι. τὸν οὖν Ἀγάθωνα πολλάκις κελεύειν μεταπέμψασθαι τὸν Σωκράτη, ἓ δὲ οὐκ ἐᾶν. ἥκειν οὖν αὐτὸν οὐ πολὺν χρόνον, ὡς εἰώθει, διατρίψαντα, ἀλλὰ μάλιστα σφᾶς μεσοῦν δειπνοῦντας. τὸν οὖν Ἀγάθωνα (τυγχάνειν γὰρ ἔσχατον κατακείμενον μόνον) Δεῦρ᾽, ἔφη φάναι, Σώκρατες, παρ᾽ ἐμὲ κατάκεισο, ἵνα καὶ τοῦ σοφοῦ ἁπτόμενός * σου ἀπολαύσω ὅ σοι προςέστη ἐν τοῖς προθύροις· δῆλον D γὰρ ὅτι εὗρες αὐτὸ καὶ ἔχεις· οὐ γὰρ ἂν προαπέστης. Καὶ τὸν Σωκράτη καθίζεσθαι καὶ εἰπεῖν ὅτι Εὖ ἂν ἔχοι, φάναι, ὦ Ἀγάθων, εἰ τοιοῦτον εἴη ἡ σοφία, ὥςτ᾽ ἐκ τοῦ πληρεστέρου εἰς τὸν κενώτερον ῥεῖν ἡμῶν, ἐὰν ἁπτώμεθα ἀλλήλων, ὥςπερ τὸ ἐν ταῖς κύλιξιν ὕδωρ τὸ διὰ τοῦ ἐρίου ῥέον ἐκ τῆς πληρεστέρας εἰς τὴν κενωτέραν. εἰ γὰρ οὕτως ἔχει καὶ ἡ σοφία, πολλοῦ τιμῶμαι τὴν παρὰ * σοὶ κατάκλι- E σιν· οἶμαι γάρ με παρὰ σοῦ πολλῆς καὶ καλῆς σοφίας πληρωθήσεσθαι. ἡ μὲν γὰρ ἐμὴ φαύλη τις ἂν εἴη καὶ ἀμφιςβητήσιμος, ὥςπερ ὄναρ οὖσα, ἡ δὲ σὴ λαμπρά τε καὶ πολλὴν ἐπίδοσιν ἔχουσα, ἥ γε παρὰ σοῦ νέου ὄντος οὕτω σφόδρα ἐξέλαμψε καὶ ἐκφανὴς ἐγένετο πρώην ἐν μάρτυσι τῶν Ἑλλήνων πλέον ἢ τριςμυρίοις. Ὑβριστὴς εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Ἀγάθων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ὀλίγον ὕστερον διαδικασόμεθα ἐγώ τε καὶ σὺ περὶ τῆς σοφίας, δικαστῇ χρώμενοι τῷ Διονύσῳ· νῦν δὲ πρὸς τὸ δεῖπνον πρῶτα τρέπου.

* Μετὰ ταῦτα, ἔφη, κατακλινέντος τοῦ Σωκράτους καὶ 176 δειπνήσαντος καὶ τῶν ἄλλων, σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν καὶ τἄλλα τὰ νομιζόμενα *) τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον. τὸν οὖν Παυσανίαν ἔφη λόγου τοιούτου τινὸς κατάρχειν. Εἶεν, ἄνδρες, φάναι, τίνα τρόπον ῥᾷστα πιόμεθα **); ἐγὼ μὲν οὖν λέγω ὑμῖν ὅτι τῷ ὄντι πάνυ χαλεπῶς ἔχω ὑπὸ τοῦ χθὲς πότου καὶ δέομαι ἀναψυχῆς τινός, οἶμαι δὲ καὶ ὑμῶν τοὺς πολλους· παρῆτε γὰρ * χθές. σκοπεῖσθε οὖν τίνι τρό- B

*) ἴσ. ᾄσαντας τὸν θεὸν τὰ νομιζόμενα.

**) γρ. πιώμεθα.

bis invitatum esse ad coenam et hos reliquos; servite nobis, ut vos laudemus.

Deinde narravit se quidem coenasse, Socratem vero non introivisse. et Agathonem quidem saepius voluisse Socratem arcessi, se autem non sivisse. venisse autem hunc non ita diu more suo commoratum, sed admodum media in coena. tum Agathonem, qui ultimus accubuerit solus, narravit dixisse: Huc, Socrate, apud me accuba, ut te tangens in sapientis illius partem veniam quod tibi oblatum est in vestibulo; neque enim dubium est quin inveneris illud atque teneas; non enim prius destitisses. Tum Socratem assedisse ac dixisse Praeclare se haberet, Agatho, si sapientia ea esset, quae e pleno de nobis in animum inanis influeret, quum inter nos tangeremus, sicuti aqua in poculis quae per lanam fluit e pleno in inane. nam si ita se habet etiam sapientia, magni facio accubitionem iuxta te; arbitror enim fore ut a te multa et pulchra sapientia replear. etenim mea vilis quaedam sit atque dubia, tamquam somnium, tua autem splendida multumque proficiens, quippe quae in te iuvene tantopere exsplenduerit atque eminuerit nuper coram testibus plus triginta millibus Graecorum. Irrisor es, Socrate, inquit Agatho. sed litem hanc de sapientia aliquanto serius agemus ego et tu, iudicem constituentes Bacchum, nunc vero ad coenam primum te converte.

Deinde, narravit, quum accubuisset Socrates et coenasset cum ceteris, se libasse et, postquam solito deum carmine celebrassent, perrexisse ad potionem. tum Pausaniam memoravit hanc fere orationem instituisse: Iam, viri, dixisse, quonam modo commodissime bibemus? equidem dico vobis revera me admodum graviter habere ab hesterna potatione et opus mihi esse respiratione aliqua, arbitror etiam vestrûm plurimos; adfuistis enim heri. reputate igitur, quo pacto quam

πῳ ἂν ὡς ῥᾷστα πίνοιμεν. Τὸν οὖν Ἀριστοφάνη εἰπεῖν, Τοῦτο μέντοι εὖ λέγεις, ὦ Πανσανία, τὸ παντὶ τρόπῳ παρασκευάσασθαι *) ῥαστώνην τινὰ τῆς πόσεως· καὶ γὰρ καὶ αὐτός εἰμι τῶν χθὲς βεβαπτισμένων. Ἀκούσαντα οὖν αὐτῶν ἔφη Ἐρυξίμαχον τὸν Ἀκουμενοῦ, Ἦ καλῶς, φάναι, λέγετε· καὶ ἔτι ἑνὸς δέομαι ὑμῶν ἀκοῦσαι, πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἐῤῥῶσθαι πίνειν Ἀγάθων. Οὐδαμῶς, φάναι, οὐδ' αὐτὸς ἔῤῥωμαι. Ἕρμαιον ἂν εἴη ἡμῖν, * ἦ δ' ὅς, ὡς ἔοικεν, ἐμοί τε καὶ C Ἀριστοδήμῳ καὶ Φαίδρῳ καὶ τοῖςδε, εἰ ὑμεῖς οἱ δυνατώτατοι πίνειν νῦν ἀπειρήκατε· ἡμεῖς μὲν γὰρ ἀεὶ ἀδύνατοι. Σωκράτη δ' ἐξαιρῶ λόγου· ἱκανὸς γὰρ καὶ ἀμφότερα, ὥςτ' ἐξαρκέσει αὐτῷ ὁπότερ' ἂν ποιῶμεν. ἐπειδὴ οὖν μοι δοκεῖ οὐδεὶς τῶν παρόντων προθύμως ἔχειν πρὸς τὸ πολὺν πίνειν οἶνον, ἴσως ἂν ἐγὼ περὶ τοῦ μεθύσκεσθαι, οἷόν ἐστι, τἀληθῆ λέγων ἧττον ἂν εἴην ἀηδής. ἐμοὶ γὰρ δὴ τοῦτό γε * οἶμαι κατάδηλον γεγονέναι ἐκ τῆς ἰατρικῆς, ὅτι χαλεπὸν D τοῖς ἀνθρώποις ἡ μέθη ἐστί· καὶ οὔτε αὐτὸς ἑκὼν εἶναι πόῤῥω ἐθελήσαιμι ἂν πιεῖν οὔτε ἄλλῳ ξυμβουλεύσαιμι, ἄλλως τε καὶ κραιπαλῶντα ἔτι ἐκ τῆς προτεραίας. Ἀλλὰ μήν, ἔφη φάναι ὑπολαβόντα Φαῖδρον τὸν Μυῤῥινούσιον, ἔγωγέ σοι εἴωθα πείθεσθαι ἄλλως τε καὶ ἅττ' ἂν περὶ ἰατρικῆς λέγῃς· νῦν δ' αὖ **) βούλονται καὶ οἱ λοιποί. Ταῦτα δὴ ἀκούσαντας ξυγχωρεῖν * πάντας μὴ διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν ἐν E τῷ παρόντι ξυνουσίαν, ἀλλ' οὕτω πίνοντας πρὸς ἡδονήν.

Ἐπειδὴ τοίνυν, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, τοῦτο μὲν δέδοκται, πίνειν ὅσον ἂν ἕκαστος βούληται, ἐπάναγκες δὲ μηδὲν εἶναι, τὸ μετὰ τοῦτο εἰςηγοῦμαι τὴν μὲν ἄρτι εἰςελθοῦσαν αὐλητρίδα χαίρειν ἐᾶν, αὐλοῦσαν ἑαυτῇ ἢ ἐάν γε βούληται ταῖς γυναιξὶ ταῖς ἔνδον, ἡμᾶς δὲ διὰ λόγων ἀλλήλοις ξυνεῖναι τὸ τήμερον· καὶ δι' οἵων λόγων, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω ὑμῖν εἰςηγήσασθαι. * Φάναι δὴ πάντας καὶ βούλεσθαι 177 καὶ κελεύειν αὐτὸν εἰςηγεῖσθαι. Εἰπεῖν οὖν τὸν Ἐρυξίμαχον ὅτι Ἡ μέν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην· οὐ γὰρ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλὰ Φαίδρου τοῦδε, ὃν μέλλω λέγειν. Φαῖδρος γὰρ ἑκάστοτε πρός με

*) ἀλλ. παρασκευάζεσθαι. **) γρ. αὖ εὖ. ἴσ. αὐτά.

commodiſſime potaturi ſimus. Tum Ariſtophanem ſubieciſſe: Hoc ſane bene dicis, Pauſania, omni nobis modo parandam eſſe commoditatem aliquam potionis; nam ipſe quoque ſum eorum qui heri ſe vino obruerunt. Quibus auditis retulit Eryximachum Acumeni filium dixiſſe Praeclare ſane dicitis; et unum adhuc mihi opus eſt a vobis audire, ecquid Agatho valeat ad bibendum. Minime, illum dixiſſe, nec ipſe valeo. Exoptatum ergo, inquit ille, ut patet, mihi et Ariſtodemo et Phaedro et hisce, ſi vos qui ad bibendum valentiſſimi eſtis nunc deficitis; nos enim ſemper impotentes. Socratem vero excipio; poteſt enim utrumque, ut ſatis habiturus ſit, utrumcumque faciamus. quoniam igitur mihi videtur nullus praeſentium promptus eſſe ad multum vini bibendum, forſitan, ſi de vera ebrietatis natura exponam, minus ſit ingrata oratio mea. etenim hoc certe me arbitror e medicina perſpexiſſe, incommodam hominibus eſſe ebrietatem; ac neque ipſe ultro voluerim amplius bibere neque alii ſuaſerim, praeſertim ſi crapulae adhuc plenus ſit e die priore. Enimvero, ſubieciſſe narravit Phaedrum Myrrhinuſium, equidem tibi ſoleo obtemperare, praeſertim ſi quid medici profers; nunc autem hoc ceteri quoque volunt. His auditis inter omnes conveniſſe ut non temulentum in praeſentia convivium agerent, ſed ut volupe eſſet ita biberent.

Quoniam giitur, dixiſſe Eryximachum, viſum eſt nobis bibere, quantum quisque velit, nulla impoſita neceſſitate, porro auctor ſum ut tibicinam modo ingreſſam valere iubeamus (tibia cantet ſibimet ipſi vel ſi malit mulieribus intus verſantibus), nos vero hodie in orando otium conſumamus; et quibus in orationibus, ſi voltis, vobis ſum propoſiturus. Dixiſſe vero omnes ſe et velle et iubere ipſum id proponere. Tum Eryximachum loquutum eſſe ſic: Orationis meae exordium eſt quale in Euripidis Melanippe: non enim mea oratio, ſed Phaedri huius, quam ſum prolaturus. Phaedrus

ἀγανακτῶν λέγει Οὐ δεινόν, φησίν, ὦ Ἐρυξίμαχε, ἄλλοις μὲν τισι θεῶν ὕμνους καὶ παιῶνας εἶναι ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεποιημένους, τῷ δὲ Ἔρωτι, τηλικούτῳ ὄντι καὶ τοσούτῳ θεῷ, μηδὲ ἕνα πώποτε * τοσούτων γεγονότων ποιητῶν πεποιηκέναι μηδὲν ἐγκώμιον; B
εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην ξυγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος· καὶ τοῦτο μὲν ἧττον καὶ θαυμαστόν, ἀλλ' ἔγωγε ἤδη τινὶ ἐνέτυχον βιβλίῳ ἀνδρὸς σοφοῦ, ἐν ᾧ ἐνῆσαν ἅλες ἔπαινον θαυμάσιον ἔχοντες πρὸς ὠφέλειαν· καὶ ἄλλα τοιαῦτα * συχνὰ ἴδοις ἂν ἐγκεκωμιασμένα. C
τὸ οὖν τοιούτων μὲν πέρι πολλὴν σπουδὴν ποιήσασθαι, Ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἀνθρώπων τετολμηκέναι εἰς ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἀξίως ὑμνῆσαι! ἀλλ' οὕτως ἠμέληται τοσοῦτος θεός.

Ταῦτα δή μοι δοκεῖ εὖ λέγειν Φαῖδρος. ἐγὼ οὖν ἐπιθυμῶ ἅμα μὲν τούτῳ ἔρανον εἰςενεγκεῖν καὶ χαρίσασθαι, ἅμα δὲ ἐν τῷ παρόντι πρέπον μοι δοκεῖ εἶναι ἡμῖν τοῖς παροῦσι κοσμῆσαι τὸν θεόν. εἰ οὖν ξυνδοκεῖ καὶ ὑμῖν, * γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἐν λόγοις ἱκανὴ διατριβή· D
δοκεῖ γάρ μοι χρῆναι ἕκαστον ἡμῶν λόγον εἰπεῖν ἔπαινον Ἔρωτος ἐπὶ δεξιὰ ὡς ἂν δύνηται κάλλιστον, ἄρχειν δὲ Φαῖδρον πρῶτον, ἐπειδὴ καὶ πρῶτος κατάκειται καὶ ἔστιν ἅμα πατὴρ τοῦ λόγου. Οὐδείς σοι, ὦ Ἐρυξίμαχε, φάναι τὸν Σωκράτη, ἐναντία ψηφιεῖται· οὔτε γὰρ ἄν που ἐγὼ ἀποφήσαιμι, ὃς οὐδέν φημι ἄλλο ἐπίστασθαι ἢ τὰ * ἐρωτικά, οὔτε που Ἀγάθων E
καὶ Παυσανίας, οὐδὲ μὴν Ἀριστοφάνης, ᾧ περὶ Διόνυσον καὶ Ἀφροδίτην πᾶσα ἡ διατριβή, οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς τουτωνὶ ὧν ἐγὼ ὁρῶ. καίτοι οὐκ ἐξ ἴσου γίγνεται ἡμῖν τοῖς ὑστάτοις κατακειμένοις· ἀλλὰ ἐὰν οἱ πρόσθεν ἱκανῶς καὶ καλῶς εἴπωσιν, ἐξαρκέσει ἡμῖν. ἀλλὰ τύχῃ ἀγαθῇ καταρχέτω Φαῖδρος καὶ ἐγκωμιαζέτω τὸν Ἔρωτα.

Ταῦτα δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄρα ξυνέφασάν τε καὶ ἐκέλευον ἅπερ ὁ * Σωκράτης. πάντων μὲν οὖν ἃ ἕκαστος 178
εἶπεν, οὔτε πάνυ ὁ Ἀριστόδημος ἐμέμνητο οὔτ' αὖ ἐγὼ

videlicet offenso semper animo mihi dicit: Nonne indignationem movet, inquit, Eryximache, quod aliorum quidem deorum laudes variis carminum generibus poëtae celebrarunt, Amorem vero, talem tantumque deum, ne unus quidem tot qui vixerunt poëtarum laude umquam affecit? si porro vis probos considerare sophistas, Herculis quidem et aliorum laudationes oratione soluta conscripserunt, veluti optimus Prodicus; quamquam hoc minus etiam mirandum, at ego iam librum quendam viri sapientis offendi, in quo sales miris ornati erant laudibus propter utilitatem; et alia id genus multa videas laudibus cumulata. in tales ergo res tantum studii operaeque confertur, Amorem autem nullus umquam hominum instituit ad huncce diem pro dignitate laudare! ita negligitur tantus deus!

Haec igitur mihi videtur bene dicere Phaedrus. ego iam cupio simul stipem quasi meam conferre eique gratificari, simul etiam in praesentia mihi videtur decere nos qui adsumus laudibus ornare deum. quodsi vobis quoque videtur, satis poterimus in orationibus otium consumere; videtur enim mihi consentaneum esse quemque nostrûm Amoris laudationem dicere a dextra in orbem quam possit pulcherrimam, initium autem Phaedrum facere, quia et primus accubat et pater simul est orationis. Nemo tibi, Eryximache, reposuisse Socratem, refragabitur; etenim neque ego denegaverim, qui nihil aliud me scire profitear nisi amatoria, neque, opinor, Agatho et Pausanias, neque etiam Aristophanes, qui totus est in Baccho et Venere, neque alius ullus horum quos video. quamquam non aequa erimus conditione nos ultimo loco accubantes; verumtamen si priores ample et pulchre dixerint, satis habebimus. iam, quod bonum faustumque sit, incipito Phaedrus atque celebrato Amorem.

Haec igitur reliqui quoque omnes assenserunt Socrati idemque iusserunt. et omnium quidem quae quisque oravit neque Aristodemus plane recordatus est ne-

ἃ ἐκεῖνος ἔλεγε πάντα· ἃ δὲ μάλιστα καὶ ὧν ἔδοξέ μοι ἀξιο-
μνημόνευτα εἶναι, τούτων ὑμῖν ἐρῶ ἑκάστου τὸν λόγον.

Πρῶτον μὲν γάρ, ὥσπερ λέγω, ἔφη Φαῖδρον ἀρξάμενον
ἐνθένδε ποθὲν λέγειν ὅτι μέγας θεὸς εἴη ὁ Ἔρως καὶ θαυ-
μαστὸς ἐν ἀνθρώποις τε καὶ θεοῖς, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλῃ,
οὐχ ἥκιστα δὲ κατὰ τὴν γένεσιν. Τὸ γὰρ ἐν * τοῖς πρεσ- B
βύτατον εἶναι τὸν θεὸν τίμιον, ἦ δ' ὅς· τεκμήριον δὲ τού-
του· γονῆς γὰρ Ἔρωτος οὔτ' εἰσὶν οὔτε λέγονται ὑπ' οὐδε-
νὸς οὔτε ἰδιώτου οὔτε ποιητοῦ, ἀλλ' Ἡσίοδος πρῶτον μὲν
χάος φησὶ γενέσθαι,

αὐτὰρ ἔπειτα

Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,

Ἠδ' Ἔρος.

[φησὶ μετὰ τὸ χάος δύο τούτω γενέσθαι, γῆν τε καὶ Ἔρω-
τα. Παρμενίδης δὲ τὴν γένεσιν λέγει,
Πρώτιστον μὲν Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων.]

* Ἡσιόδῳ δὲ καὶ Ἀκουσίλεως ὁμολογεῖ. οὕτω πολλαχόθεν C
ὁμολογεῖται ὁ Ἔρως ἐν τοῖς πρεσβύτατος εἶναι. Πρεσβύτα-
τος δὲ ὢν μεγίστων ἀγαθῶν ἡμῖν αἴτιός ἐστιν. οὐ γὰρ
ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν ὅ τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν εὐθὺς νέῳ ὄντι
ἢ ἐραστὴς χρηστὸς καὶ ἐραστῇ παιδικά. ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρώ-
ποις ἡγεῖσθαι παντὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσε-
σθαι, τοῦτο οὔτε ξυγγένεια οἵα τε ἐμποιεῖν οὕτω καλῶς οὔ-
τε τιμαὶ οὔτε πλοῦτος * οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ὡς ἔρως. λέγω δὲ D
δὴ τί τοῦτο; τὴν ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην, ἐπὶ δὲ
τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν· οὐ γὰρ ἔστιν ἄνευ τούτων οὔτε
πόλιν οὔτε ἰδιώτην μεγάλα καὶ καλὰ ἔργα ἐξεργάζεσθαι. φη-
μὶ τοίνυν ἐγὼ ἄνδρα ὅστις ἐρᾷ, εἴ τι αἰσχρὸν ποιῶν κατά-
δηλος γίγνοιτο ἢ πάσχων ὑπό του, δι' ἀνανδρίαν μὴ ἀμυ-
νόμενος, οὔτ' ἂν ὑπὸ πατρὸς ὀφθέντα οὕτως ἀλγῆσαι οὔτε
ὑπὸ ἑταίρων οὔτε ὑπ' ἄλλου οὐδενὸς ὡς * ὑπὸ παιδικῶν. E
ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ τὸν ἐρώμενον ὁρῶμεν ὅτι διαφερόντως

que etiam ego quae ille narravit omnia; eorum vero qui maxime mihi visi sunt commemoratione digna protulisse, cuiusque vobis referam orationem.

Primum igitur, ut dico, Phaedrum narravit hinc fere exorsum dixisse, magnum esse deum Amorem et admirabilem apud homines et deos, quum ad alia multa, tum maxime ad ortum. Hoc enim, inquit, quod unus omnium vetustissimus est, magno est deo honori; quod quidem ne dubitare possimus, satis est argumenti, quod Amoris parentes neque sunt neque memorantur a quoquam, nec a solutae orationis auctore nec a poëta, sed Hesiodus primum Chaos, quod dicit, narrat fuisse,

deinde

Tellus pectore lato, omnis firmissima sedes,
Atque Amor.

[dicit post id quod chaos vocat duo exstitisse, terram et Amorem. Parmenides vero ortum memorat:

Ante deos omnes primum concepit Amorem.]

Hesiodo autem etiam Acusilaus assentitur. tam multis ex partibus conceditur Amorem unum omnium esse vetustissimum. Idem vero qui vetustissimus est etiam maxima nobis bona largitur. neque enim dicere possum quodnam maius sit bonum cuipiam iam a puero quam amator probus, et amatori, quam puer dilectus. quod enim homines oportet regere totam vitam si pulchre sunt victuri, hoc neque affinitas potest iniicere tam pulchre neque honores neque divitiae neque aliud quid, quam amor. quidnam vero hoc dico? turpium pudorem et pulchrorum ambitiosam appetitionem; sine his enim neque civitas neque privatus aliquis magna et pulchra potest opera edere. dico igitur ego virum qui amet, quando turpis cuiusdam actionis manifestus fiat vel tale quid patiatur ab aliquo, nec propter ignaviam a se id propulset, neque si a patre conspiciatur doliturum esse tantum neque ab amicis neque ab ullo alio quantum, si a puero dilecto conspiciatur. eadem vero hac ratione

τοὺς ἐραστὰς αἰσχύνεται, ὅταν ὀφθῇ ἐν αἰσχρῷ τινὶ ὤν. εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο ὥςτε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον οἰκήσειαν τὴν ἑαυτῶν, ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχρῶν καὶ *) φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλήλους. καὶ μαχόμενοί * γ' ἂν μετ' 179
ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι νικῷεν ἄν, ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρώπους. ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλὼν ἧττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων, καὶ πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο. καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι, οὐδεὶς οὕτω κακὸς ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετήν, ὥςθ' ὅμοιον εἶναι τῷ ἀρίστῳ * φύσει. καὶ ἀτεχνῶς ὃ ἔφη Ὅμηρος, B
μένος ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεόν, τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι παρέχει γιγνόμενον παρ' αὑτοῦ. καὶ μὴν ὑπεραποθνήσκειν γε μόνοι ἐθέλουσιν οἱ ἐρῶντες, οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. τούτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται [ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου] εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἐθελήσασα μόνη ὑπὲρ τοῦ αὑτῆς ἀνδρὸς ἀποθανεῖν, ὄντων αὐτῷ πατρός τε καὶ μητρός· οὓς * ἐκείνη τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τῇ φιλίᾳ διὰ τὸν ἔρωτα, ὥς- C
τε ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρίους ὄντας τῷ υἱεῖ καὶ ὀνόματι μόνον προςήκοντας. καὶ τοῦτ' ἐργασαμένη τὸ ἔργον οὕτω καλὸν ἔδοξεν ἐργάσασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θεοῖς, ὥςτε, πολλῶν πολλὰ καὶ καλὰ ἐργασαμένων, εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν τοῦτο τὸ γέρας οἱ θεοί, ἐξ Ἅιδου ἀνεῖναι πάλιν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνης ἀνεῖσαν ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ· οὕτω καὶ θεοὶ * τὴν περὶ τὸν ἔρωτα D
σπουδήν τε καὶ ἀρετὴν μάλιστα τιμῶσιν. Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου, φάσμα δείξαντες τῆς γυναικὸς ἐφ' ἣν ἧκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες, ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει ἅτε ὢν κιθαρῳδός, καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνήσκειν ὥςπερ Ἄλκηστις, ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι

---

*) Ιο. καὶ ἐπὶ τοῖς καλοῖς.

etiam amatum videmus prae ceteris amatorum pudentem, quando conſpiciatur in turpitudine aliqua verſans. iam ſi fieri poſſet ut urbs vel exercitus amatoribus et amatis contineretur, melius non poſſent rem adminiſtrare, quam ſi turpi quoque ſe abstinerent et virtute inter ſe contenderent. ac pugnantes quidem una tales vincerent, quamvis pauci eſſent, omnes propemodum homines. amans enim vir vel deſerens ordinem vel arma abiiciens a puero dilecto conſpici minus ſine dubio ſustinuerit quam a reliquis omnibus, et pro hoc multiplicem oppetere mortem maluerit. iam vero derelinquere amatum vel auxilium non ferre in periculo verſanti: nemo tam ignavus, quem non ipſe Amor divino afflatu concitet ad fortitudinem, ut ſimilis evadat viro naturâ fortiſſimo. et profecto, quod Homerus dixit, animum inſpiraſſe nonnullis heroibus deorum numen, hoc Amor amantibus praebet ſuaque vi efficit. quin etiam pro altero mori ſoli ſustinent amantes, non viri modo, ſed etiam mulieres. cuius quidem rei Alceſtis quoque Peliae filia idoneum dat teſtimonium Graecis, quum ſustinuerit ſola pro ſuo ipſa viro mori, licet eius pater et mater adhuc vixerint: quibus illa tantopere antecelluit amicitia propter amorem, ut eos exhibuerit alienos a filio et nomine tantum cognatos. et hoc edens opus tam pulchrum viſa eſt edidiſſe non ſolum hominibus, verum etiam diis, ut, licet multi multa pulchra peregiſſent, tamen paucis quibusdam hoc dii tribuentes praemium ut ab inferis remitterent animum, illius animum remitterent oblectati opere: ita etiam dii ſtudium ad amorem collatum atque virtutem maxime honore afficiunt. Orpheum vero Oeagri filium inanem dimiſerunt ab inferis, ſpectrum oſtendentes mulieris propter quam venerat, ipſam vero non dantes, quia ignave feciſſe videbatur quippe citharoedus, nec ſustinuiſſe amoris cauſa mortem obire ſicut Alceſtis, ſed hoc machinatus eſſe ut vivus deſcenderet

ζῶν εἰσιέναι εἰς Ἅιδου. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῷ
ἐπέθεσαν, καὶ ἐποίησαν τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικῶν
* γενέσθαι, οὐχ ὥςπερ Ἀχιλλέα τὸν τῆς Θέτιδος υἱὸν ἐτί- E
μησαν καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν, ὅτι πεπυσμένος
παρὰ τῆς μητρὸς ὡς ἀποθανοῖτο ἀποκτείνας Ἕκτορα, μὴ
ἀποκτείνας δὲ τοῦτον οἴκαδ' ἐλθὼν γηραιὸς τελευτήσοι,
ἐτόλμησεν ἑλέσθαι βοηθήσας τῷ ἐραστῇ Πατρόκλῳ καὶ τιμω-
ρήσας οὐ * μόνον ὑπεραποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαποθανεῖν 180
τετελευτηκότι. ὅθεν δὴ καὶ ὑπεραγασθέντες οἱ θεοὶ διαφε-
ρόντως αὐτὸν ἐτίμησαν, ὅτι τὸν ἐραστὴν οὕτω περὶ πολλοῦ
ἐποιεῖτο. Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου
ἐρᾶν, ὃς ἦν καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου, ἀλλὰ καὶ τῶν
ἡρώων ἁπάντων, καὶ ἔτι ἀγένειος, ἔπειτα νεώτερος πολύ,
ὥς φησιν Ὅμηρος. ἀλλὰ γὰρ τῷ ὄντι μάλιστα μὲν ταύτην
τὴν ἀρετὴν οἱ θεοὶ τιμῶσι τὴν * περὶ τὸν ἔρωτα, μᾶλλον B
μέντοι θαυμάζουσι καὶ ἄγανται καὶ εὖ ποιοῦσιν ὅταν ὁ ἐρώ-
μενος τὸν ἐραστὴν ἀγαπᾷ ἢ ὅταν ὁ ἐραστὴς τὰ παιδικά·
θειότερον γὰρ ἐραστὴς παιδικῶν· ἔνθεος γάρ ἐστι. διὰ ταῦ-
τα καὶ τὸν Ἀχιλλέα τῆς Ἀλκήστιδος μᾶλλον ἐτίμησαν, εἰς
μακάρων νήσους ἀποπέμψαντες. Οὕτω δὴ ἔγωγέ φημι
Ἔρωτα θεῶν καὶ πρεσβύτατον καὶ τιμιώτατον καὶ κυριώτα-
τον εἶναι εἰς ἀρετῆς καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν ἀνθρώποις καὶ
ζῶσι καὶ τελευτήσασιν.

* Φαῖδρον μὲν τοιοῦτόν τινα λόγον ἔφη εἰπεῖν, μετὰ C
δὲ Φαῖδρον ἄλλους τινὰς εἶναι ὧν οὐ πάνυ διεμνημόνευεν·
οὓς παρεὶς τὸν Παυσανίου λόγον διηγεῖτο. εἰπεῖν δ' αὐτὸν
ὅτι Οὐ καλῶς μοι δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, προβεβλῆσθαι ἡμῖν ὁ
λόγος, τὸ ἁπλῶς οὕτω παρηγγέλθαι ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα. εἰ
μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δὲ οὐ γάρ
ἐστιν εἷς. μὴ ὄντος δὲ ἑνὸς ὀρθότερόν ἐστι πρότερον προῤ-

---

*) ἴσ. δή, ἄλλ. Ἀφροδίτη. μιᾶς μὲν οὔσης.

ad inferos. icciroo poenam ei constituerunt hanc, ut morte a mulieribus afficeretur, non sicut Achillem Thetidis filium honorarunt et ad beatorum insulas miserunt, quia, quum e matre comperisset sibi moriendum esse Hectore interfecto, hoc autem non interfecto se domum reversum senem esse e vita discessurum, sustinuit hoc sibi sumere, ut auxilium ferens amatori Patroclo eiusque casum ulciscens non solum pro eo moreretur, verum etiam post eum peremptum mortem oppeteret. quo quidem etiam mire oblectati dii eximiis eum honoribus affecerunt, quod amatorem tanti fecerat. Aeschylus vero nugatur dicens Achillem Patroclum amavisse, quippe qui pulchrior fuerit non solum Patroclo, verum etiam heroibus omnibus, praeterea imberbis, deinde multo iunior, ut memorat Homerus. enimvero maxime profecto hanc virtutem dii honorant quae ad amorem spectat, magis tamen admirantur et oblectantur et bene faciunt, quando amatus amatorem diligit, quam quum amator puerum: divinius enim quiddam est amator puero: divino est enim instinctu concitatus. quam quidem ob causam etiam Achillem maiore quam Alcestin honore affecerunt, ad beatorum eum insulas mittentes. Ita igitur ego dico Amorem deorum et vetustissimum et honoratissimum et potentissimum esse ad virtutem ac felicitatem hominibus comparandam tam vivis quam mortuis.

Ac Phaedrum quidem hanc fere retulit orationem habuisse, post Phaedrum autem alias quasdam habitas esse quas non satis memoria mandaverat; hasque praetermittens Pausaniae orationem memoravit. hunc igitur dixisse Non bene mihi videtur, Phaedre, hoc nobis propositum atque constitutum esse, ut sic simpliciter laudetur Amor. nam si unus esset Amor, recte se res haberet, nunc autem non est unus. unus vero quum

ῥηθῆναι ὁποῖον * δεῖ ἐπαινεῖν. ἐγὼ οὖν πειράσομαι τοῦ- D
το ἐπανορθώσασθαι, πρῶτον μὲν Ἔρωτα φράσαι ὃν δεῖ ἐ-
παινεῖν, ἔπειτα ἐπαινέσαι ἀξίως τοῦ θεοῦ. Πάντες γὰρ ἴσμεν
ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος Ἀφροδίτη. ταύτης δὲ *) μιᾶς
μὲν οὔσης εἷς ἂν ἦν Ἔρως, ἐπεὶ δὲ δὴ δύο ἐστόν, δύο
ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι. πῶς δ' οὐ δύο τὼ θεά; ἡ μέν
γέ που πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ
καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν, ἡ δὲ νεωτέρα Διὸς καὶ Διώνης,
ἣν δὴ * πάνδημον καλοῦμεν. ἀναγκαῖον δὴ καὶ Ἔρωτα τὸν E
μὲν τῇ ἑτέρᾳ ξυνεργὸν πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ
οὐράνιον. ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας θεούς, ἃ δ' οὖν **)
ἑκάτερος εἴληχε πειρατέον εἰπεῖν. πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδ'
ἔχει· αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς [πραττομένη] * οὔτε καλὴ οὔτε αἰ- 181
σχρά, οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν ἢ ᾄδειν ἢ διαλέ-
γεσθαι, οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὑτὸ καλὸν οὐδέν, ἀλλ'
ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη· καλῶς μὲν
γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται, μὴ ὀρθῶς δὲ
αἰσχρόν. οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ ὁ Ἔρως οὐ πᾶς ἐστὶ
καλὸς οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων
ἐρᾶν. ὁ μὲν οὖν τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης ὡς ἀληθῶς
πάνδημός ἐστι * καὶ ἐξεργάζεται ὅ τι ἂν τύχῃ· καὶ οὗτός B
ἐστιν ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ
τοιοῦτοι πρῶτον μὲν οὐχ ἧττον γυναικῶν ἢ παίδων, ἔπειτα,
ὧν καὶ ἐρῶσι, τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν, ἔπειτα
ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων, πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον
βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς ἢ μή. ὅθεν δὴ ξυμ-
βαίνει αὐτοῖς, ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν
ἀγαθόν, ὁμοίως δὲ τοὐναντίον. ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς θεοῦ
* νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας, καὶ μετεχούσης ἐν C
τῇ γενέσει καὶ θήλεος καὶ ἄῤῥενος· ὁ δὲ τῆς οὐρανίας,
πρῶτον μὲν οὐ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄῤῥενος μόνον,
[καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως] ἔπειτα πρεσβυτέρας,
ὕβρεως ἀμοίρου. ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν τρέπονται οἱ ἐκ

---

*) ἴσ. δή. ἄλλ. Ἀφροδίτη. μιᾶς μὲν οὔσης. **) ἴσ. ἃ δ'.

non sit rectius est prius definiri utrum oporteat laudari. ego iam conabor hoc emendare, et primum quidem indicare quemnam oporteat Amorem laudari, deinde eum laudare pro dei dignitate. Omnes videlicet scimus non esse sine Amore Venerem. iam haec si una esset unus esset etiam Amor; quoniam vero duae sunt, duo quoque Amores sint necesse est. et quidni duae sint deae? una videlicet senior et matrem non habens Caeli filia, quam etiam caelestem vocamus; altera vero iunior Iove et Diona nata, quam volgarem nuncupamus. necesse igitur est Amorem quoque huius socium volgarem recte dici, illius vero socium caelestem. iam laudari oportet quidem omnes deos, tamen, quid cuique forte asfignatum sit, conandum exponere. etenim cuiusque actionis haec est ratio: ipsa per se neque honesta neque turpis, veluti, quae nunc facimus, bibere vel canere vel colloqui, horum nullum ipsum per se est honestum, sed per actionem, prout peragitur, ita evadit; pulchre enim si peragitur et recte honestum exsistit, sin non recte turpe. eadem in amando ratio est: non quivis Amor est pulcher dignusque laudatione, sed is qui ad pulchre amandum incitat. iam volgaris Veneris socius vere volgaris est atque agit quodcumque obvenit; et hic est is quem qui in vilibus sunt hominibus colunt. amant vero hi primum non minus mulieres quam pueros, deinde eorum quos amant corpora magis quam animos diligunt, porro quam possunt insipientissimos amant, huc tantum spectantes ut desiderium suum expleant, nihil vero curantes honeste id faciant necne. quo quidem fit ut quidvis faciant, sive bonum sit sive contrarium. est vero etiam a dea quae multo iunior est alterâ et propter ortum tam muliebris quam virilis sexus partem habet; alter vero a caelesti, quae primum non muliebris sexus partem habet, sed virilis tantum [et hic est] puerorum amor], deinde senior est, lasciviae expers. quocirca ad virile genus se conver-

τούτου τοῦ Ἔρωτος ἔπιπνοι, τὸ φύσει ἐῤῥωμενέστερον καὶ
νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. καί τις ἂν γνοίη καὶ ἐν αὐ-
τῇ τῇ παιδεραστίᾳ τοὺς εἰλικρινῶς ὑπὸ τούτου τοῦ Ἔρωτος
* ὡρμημένους. οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' ἢ ἐπειδὰν ἤδη D
ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν· τοῦτο δὲ πλησιάζει τῷ γενειάσκειν.
παρεσκευασμένοι γάρ, οἶμαι, εἰσὶν οἱ ἐντεῦθεν ἀρχόμενοι
ἐρᾶν ὡς τὸν βίον ἅπαντα ξυνεσόμενοι καὶ κοινῇ ξυμβιω-
σόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπατήσαντες, ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς
νέον, καταγελάσαντες οἰχήσεσθαι ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες.
χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι μὴ ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἄδη-
λον πολλὴ σπουδὴ * ἀνηλίσκετο· τὸ γὰρ τῶν παίδων τέλος E
ἄδηλον οἷ τελευτᾷ κακίας καὶ ἀρετῆς ψυχῆς τε πέρι καὶ σώ-
ματος. οἱ μὲν οὖν ἀγαθοὶ τὸν νόμον τοῦτον αὐτοὶ αὑτοῖς
ἑκόντες τίθενται, χρῆν δὲ καὶ τούτους τοὺς πανδήμους ἐραστὰς
προσαναγκάζειν τὸ τοιοῦτον, ὥσπερ καὶ τῶν ἐλευθέρων γυ-
ναικῶν προσαναγκάζομεν αὐτοὺς * καθ' ὅσον δυνάμεθα μὴ 182
ἐρᾶν. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καὶ τὸ ὄνειδος πεποιηκότες, ὥστε
τινας τολμᾶν λέγειν ὡς αἰσχρὸν χαρίζεσθαι ἐρασταῖς. λέγου-
σι δὲ εἰς τούτους ἀποβλέποντες, ὁρῶντες αὐτῶν τὴν ἀκαι-
ρίαν καὶ ἀδικίαν· ἐπεὶ οὐ δήπου κοσμίως τε *) καὶ νομίμως
ὁτιοῦν πρᾶγμα πραττόμενον ψόγον ἂν δικαίως φέροι. Καὶ
δὴ καὶ ὁ περὶ τὸν ἔρωτα νόμος ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσι
νοῆσαι ῥάδιος· ἁπλῶς γὰρ ὥρισται· ὁ δ' ἐνθάδε καὶ ὁ ἐν
Λακεδαίμονι * ποικίλος. ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ καὶ ἐν Βοιω- B
τοῖς, καὶ οὗ μὴ σοφοὶ λέγειν, ἁπλῶς νενομοθέτηται καλὸν
τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς, καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι οὔτε νέος οὔ-
τε παλαιὸς ὡς αἰσχρόν, ἵνα, οἶμαι, μὴ πράγματ' ἔχωσι λό-
γῳ πειρώμενοι πείθειν τοὺς νέους, ἅτε ἀδύνατοι λέγειν·
τῆς **) δὲ Ἰωνίας καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ αἰσχρὸν νενόμισται,
ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦσι· τοῖς γὰρ βαρβάροις διὰ τὰς
τυραννίδας αἰσχρὸν τοῦτό γε, καὶ ἥ γε φιλοσοφία καὶ ἡ φι-
λογυμναστία. * οὐ γάρ, οἶμαι, ξυμφέρει τοῖς ἄρχουσι
φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρχομένων, οὐδὲ φιλίας
ἰσχυρὰς καὶ κοινωνίας, ὃ δὴ μάλιστα φιλεῖ τά τε ἄλλα πάν-

---

*) ἀλλ. γε. **) ἴσ. τοῖς.

tunt qui huius Amoris instinctu concitati sunt, id quod naturâ fortius est plusque sapit diligentes. atque etiam in ipso puerorum amore cognoveris vere ab hoc Amore concitatos. non enim amant pueros ante quam sapere iam coeperunt; hoc autem prope abest a pubertate. parati enim, opinor, sunt qui ex hoc tempore amare incipiunt totam per vitam cum amato esse et una aetatem degere, non, quum eum quippe iuvenem in dementia deprehenderint atque deceperint, ridentes ad alium aufugere. par vero esset etiam legem sanciri ne quis pueros amaret, ut ne in rem incertam multum studii conferretur; incertum est enim in quam vel pravitatem vel virtutem puerorum vel animus vel corpus evasura sint. boni quidem hanc legem sua sponte sibi imponunt, par vero esset etiam volgares illos amatores hoc cogi, quemadmodum eos, ne liberas ament mulieres, pro viribus cogimus. hi enim sunt qui probrum huic rei intulerunt, ita ut ausi sint quidam dicere turpe esse gratificari amatoribus. dicunt autem id ad hos spectantes, quum intempestivum eorum atque iniustum videant inceptum; nam minime, ut opinor, id quod ordine et lege agimus iure in vituperationem veniet. Atque etiam lex in amore sancita in reliquis quidem urbibus cognitu est facilis; simpliciter est enim definita; hîc vero et Lacedaemone multiplex. Elide enim et in Boeotis et ubi non sunt dicendi periti, simpliciter sancitum est ut amatoribus gratificari honestum sit, nec quisquam dixerit neque iuvenis neque aetate provectus turpe esse, ut ne, opinor, negoti quid habeant in conatu iuvenibus persuadendi, quippe qui dicendo non valeant; apud Iones vero multosque alios, quicumque sub barbaris vivunt, statutum est ut turpe habeatur; barbaris enim propter dominationes turpe hoc est, sicut etiam philosophia et palaestrae studium. non enim, opinor, conducit imperantibus animos imperio subiectorum magnos evadere neque amicitias iungi firmas atque societates: quod

τα καὶ ὁ ἔρως ἐμποιεῖν. ἔργῳ δὲ τοῦτο ἔμαθον καὶ οἱ ἐν-
θάδε τύραννοι· ὁ γὰρ Ἀριστογείτονος ἔρως καὶ ἡ Ἁρμοδίου
φιλία βέβαιος γενομένη κατέλυσεν αὐτῶν τὴν ἀρχήν. οὕτως,
οὗ μὲν αἰσχρὸν ἐτέθη χαρίζεσθαι ἐρασταῖς, κακίᾳ τῶν θεμέ-
νων κεῖται, τῶν μὲν ἀρχόντων πλεονεξίᾳ, * τῶν δὲ ἀρχο- D
μένων ἀνανδρίᾳ, οὗ δὲ καλὸν ἁπλῶς ἐνομίσθη, διὰ τὴν τῶν
θεμένων τῆς ψυχῆς ἀργίαν. ἐνθάδε δὲ πολὺ τούτων κάλλιον
νενομοθέτηται καί, ὅπερ εἶπον, οὐ ῥᾴδιον κατανοῆσαι. ἐν-
θυμηθέντι γὰρ ὅτι λέγεται κάλλιον τὸ φανερῶς ἐρᾶν τοῦ λά-
θρᾳ, καὶ μάλιστα τῶν γενναιοτάτων καὶ ἀρίστων, κἂν αἰ-
σχίους ἄλλων ὦσι, καὶ ὅτι αὖ ἡ παρακέλευσις τῷ ἐρῶντι
παρὰ πάντων θαυμαστή, οὐχ ὥς τι αἰσχρὸν ποιοῦντι, καὶ
ἑλόντι τε καλὸν δοκεῖ * εἶναι καὶ μὴ ἑλόντι αἰσχρόν, καὶ
πρὸς τὸ *) ἐπιχειρεῖν ἑλεῖν ἐξουσίαν ὁ νόμος δέδωκε τῷ ἐρα-
στῇ θαυμαστὰ ἔργα ἐργαζομένῳ ἐπαινεῖσθαι, ἃ εἴ τις τολ-
μῴη ποιεῖν ἄλλ' ὁτιοῦν διώκων καὶ βουλόμενος διαπράξα-
σθαι * πλὴν τοῦτο, [φιλοσοφίας] τὰ μέγιστα καρποῖτ' ἂν 183
ὀνείδη· εἰ γὰρ ἢ χρήματα βουλόμενος παρά του λαβεῖν ἢ
ἀρχὴν ἄρξαι ἤ τιν' ἄλλην δύναμιν ἐθέλοι **) ποιεῖν οἷάπερ
οἱ ἐρασταὶ πρὸς τὰ παιδικά, ἱκετείας τε καὶ ἀντιβολήσεις ἐν
ταῖς δεήσεσι ποιούμενοι καὶ ὅρκους ὀμνύντες καὶ κοιμήσεις
ἐπὶ θύραις καὶ ἐθελοντὰς δουλείας δουλεύειν ***) οἵας οὐδ'
ἂν δοῦλος οὐδείς, ἐμποδίζοιτο ἂν μὴ πράττειν οὕτω τὴν
πρᾶξιν καὶ ὑπὸ φίλων καὶ ὑπὸ * ἐχθρῶν, τῶν μὲν ὀνειδι- E
ζόντων κολακείας καὶ ἀνελευθερίας, τῶν δὲ νουθετούντων
καὶ αἰσχυνομένων ὑπὲρ αὐτῶν· τῷ δ' ἐρῶντι πάντα ταῦτα
ποιοῦντι χάρις ἔπεστι, καὶ δέδοται ὑπὸ τοῦ νόμου ἄνευ
ὀνείδους πράττειν, ὡς πάγκαλόν τι πρᾶγμα διαπραττομένου.
ὃ δὲ δεινότατον, ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί, ὅτι καὶ ὀμνύν-
τι μόνῳ ξυγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τὸν ὅρκον· ἀφροδί-
σιον γὰρ ὅρκον οὔ φασιν εἶναι. οὕτω καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ
ἄνθρωποι πᾶσαν * ἐξουσίαν πεποιήκασι τῷ ἐρῶντι, ὡς ὁ C
νόμος φησὶν ὁ ἐνθάδε. ταύτῃ μὲν οὖν οἰηθείη ἄν τις πάγ-
καλον νομίζεσθαι ἐν τῇδε τῇ πόλει καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ τὸ φί-

*) ἴσ. τῷ. **) γρ. ἐθέλει.
***) ἴσ. ἐθελονταὶ δουλείας δουλεύοντες.

quidem prae omnibus reliquis ſolet amor efficere. re ipſa hoc cognoverunt etiam noſtri tyranni; Ariſtogitonis enim amor et Harmodii amicitia ſtabilis disſolverunt eorum imperium. ita, ubi lex ſtatuit ut turpe haberetur amatoribus gratificari, eorum qui legem dederunt pravitate ita conſtitutum eſt, imperantium quidem potentiae aviditate, ſubiectorum vero ignaviâ, ubi autem ſimpliciter ſtatutum eſt ut pro honeſto haberetur, propter eorum qui legem dederunt animi ſegnitiam ita praeſcriptum eſt. hîc vero multo illis pulchrior eſt praeſcriptio, at, ut dixi, non facilis perſpectu. nam ſi quis ſecum reputaverit dici pulchrius eſſe aperte amare quam clam, et maxime generoſiſſimos atque optimos, licet deformiores ſint aliis, praeterea mirifica amantem ab omnibus concitari cohortatione, et pulchrum haberi ſi ceperit, ſin minus, turpe, denique non ſolum hoc concedere legem amatori ut capere conetur, verum etiam, ut mira faciens laudetur, quae ſi quis auderet facere aliud quid ſectans et asſequi cupiens atque hoc, maxima acciperet opprobria: nam ſi vel pecuniam cupiens ab aliquo accipere vel imperio potiri aliamve poteſtatem asſequi facere vellet qualia amatores amatis, quippe qui ſupplicationes et obſecrationes in precibus adhibeant, iuraiuranda iurent, ante fores iaceant ſuaque ſponte ſervitutes ſerviant quales ne ſervus quidem ullus, impediretur ne ita ageret et ab amicis et ab inimicis, et his quidem exprobrantibus adulationes et illiberalitates, illis vero caſtigantibus et erubeſcentibus in eis; amans autem haec omnia faciens etiam in gratia eſt, et lex ei permittit ſine opprobrio id facere, tamquam rem oppido pulchram agat. graviſſimum vero eſt hoc quod, ut quidem dicunt plerique, ſolus ſi iuravit veniam a diis impetrat periurii, in amore enim iusiurandum nullum dicunt eſſe. ita et dii et homines omnem amanti licentiam dederunt, ut lex dicit noſtra. haec igitur ſiquis ſecum reputaverit, forſitan exiſtimet oppido pulchrum haberi

λους γίγνεσθαι τοῖς ἐρασταῖς. ἐπειδὰν δὲ παιδαγωγοὺς ἐπιστήσαντες οἱ πατέρες τοῖς ἐρωμένοις μὴ ἐῶσι διαλέγεσθαι τοῖς ἐρασταῖς, καὶ τῷ παιδαγωγῷ ταῦτα προςτεταγμένα ᾖ, ἡλικιῶται δὲ καὶ ἑταῖροι ὀνειδίζωσιν, ἐάν τι ὁρῶσι τοιοῦτο γιγνόμενον, καὶ τοὺς ὀνειδίζοντας αὖ οἱ πρεσβύτεροι * μὴ D
διακωλύωσι μηδὲ λοιδορῶσιν ὡς οὐκ ὀρθῶς λέγοντας, εἰς δὲ ταῦτά τις αὖ βλέψας ἡγήσαιτ' ἂν πάλιν αἴσχιστον τὸ τοιοῦτον ἐνθάδε νομίζεσθαι. τὸ δέ, οἶμαι, ὧδ' ἔχει· οὐχ ἁπλοῦν *) ἐστίν, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέχθη, οὔτε καλὸν εἶναι **) αὐτὸ καθ' αὑτὸ οὔτε αἰσχρόν, ἀλλὰ καλῶς μὲν πραττόμενον καλόν, αἰσχρῶς δὲ αἰσχρόν. αἰσχρῶς μὲν οὖν ἐστὶ πονηρῷ τε καὶ πονηρῶς χαρίζεσθαι, καλῶς δὲ χρηστῷ τε καὶ καλῶς. πονηρὸς δ' ἔστιν ἐκεῖνος * ὁ ἐραστὴς ὁ πάνδημος, ὁ τοῦ E
σώματος μᾶλλον ἐρῶν ἢ τῆς ψυχῆς. καὶ γὰρ οὐδὲ μόνιμός ἐστιν, ἅτε οὐδὲ μονίμου ἐρῶν πράγματος· ἅμα γὰρ τῷ τοῦ σώματος ἄνθει λήγοντι, οὗπερ ἤρα, οἴχεται ἀποπτάμενος, πολλοὺς λόγους καὶ ὑποσχέσεις καταισχύνας. ὁ δὲ τοῦ ἤθους χρηστοῦ ὄντος ἐραστὴς διὰ βίου μένει, ἅτε μονίμῳ ξυντακείς. τούτους δὴ βούλεται ὁ * ἡμέτερος νόμος εὖ καὶ καλῶς βα- 184
σανίζειν, καὶ τοῖς μὲν χαρίσασθαι, τοὺς δὲ διαφεύγειν. διὰ ταῦτα οὖν τοῖς μὲν διώκειν παρακελεύεται, τοῖς δὲ φεύγειν, ἀγωνοθετῶν καὶ βασανίζων ποτέρων ποτέ ἐστιν ὁ ἐρῶν καὶ ποτέρων ὁ ἐρώμενος ***). οὕτω δὴ ὑπὸ ταύτης τῆς αἰτίας πρῶτον μὲν τὸ ἁλίσκεσθαι ταχὺ αἰσχρὸν νενόμισται, ἵνα χρόνος ἐγγένηται, ὃς δὴ δοκεῖ τὰ πολλὰ καλῶς βασανίζειν· ἔπειτα τὸ ὑπὸ χρημάτων καὶ ὑπὸ πολιτικῶν * δυνάμεων B
ἁλῶναι αἰσχρόν, ἐάν τε κακῶς πάσχων πτήξῃ καὶ μὴ καρτερήσῃ, ἄν τ' εὐεργετούμενος εἰς χρήματα ἢ εἰς διαπράξεις πολιτικὰς μὴ καταφρονήσῃ· οὐδὲν γὰρ δοκεῖ τούτων οὔτε βέβαιον οὔτε μόνιμον εἶναι, χωρὶς τοῦ μηδὲ πεφυκέναι ἀπ' αὐτῶν γενναίαν φιλίαν. μία δὴ λείπεται τῷ ἡμετέρῳ νόμῳ ὁδός, εἰ μέλλει καλῶς χαριεῖσθαι ἐραστῇ παιδικά. ἔστι γὰρ ἡμῖν νόμος, ὥσπερ ἐπὶ τοῖς ἐρασταῖς ἦν, δουλεύειν ἐθέλον-

*) ἴσ. ἁπλῶς. **) ἴσ. οὔτε καλὸν αὐτό.
***) ἴσ. τοὺς δὲ διαφεύγειν. οὕτω δὴ ὑπ.

hac in urbe et amare et amicum fieri amatoribus. quum vero paedagogos praeficientes amatis patres non finant eos colloqui cum amatoribus, et paedagogo hoc mandatum fit, aequales porro et amici exprobrent, fi quid tale videant geri, atque exprobrantibus feniores id non interdicant neque ut probrum eis obiiciant quod non recte dicant: haec contra quis intuens exiftimaverit turpiffimum hoc apud nos cenferi. hoc autem, opinor, fic fe habet: non fimpliciter eft, id quod initio dixi, neque pulchrum ipfum per fe neque turpe, fed fi pulchre geritur, pulchrum, fin turpiter, turpe; turpiter autem geritur fi improbo et improbe gratificaris, pulchre contra fi probo et probe. improbus vero eft ille volgaris amator, qui corpus magis amat quam animum. etenim nec ftabilis eft, quippe nec ftabile quid amans; fimul enim cum corporis flore marcefcente, quod amabat, avolat, multa dicta et promiffa dedecorans. indolis vero bonae amator dum vivit confiftit, quippe qui cum ftabili coaluerit. hos igitur lex noftra volt bene ac probe explorari, et his quidem morem geri, illos vero evitari. hanc ob caufam hos ad fectandum adhortatur, illos ad fugiendum, certamen inftituens atque explorans utrorum fit amans et utrorum amatus. ita igitur *) et hanc ob caufam primum ftatim capi turpe exiftimatur, ut tempus aliquod intercedat, quod videlicet pleraque videtur bene explorare; deinde pecunia civilibusque poteftatibus capi turpe, porro fi puer male tractatus fe fubmittit nec perfeverat, et pecuniâ adiutus vel ad civilia negotia non contemnit; nihil enim horum videtur neque firmum neque ftabile effe, praeterquam quod ne exfiftit quidem ex his ingenua amicitia. una igitur relinquitur ex lege noftra via, qua poffit honefte gratificari amatori puer dilectus. eft enim nobis lex, quemadmodum amatoribus conftituta eft, ut

*) fort. *evitari. ita igitur* cet.

τα *) ἥντινοῦν δουλείαν * παιδικοῖς μὴ κολακείαν εἶναι C μηδὲ ἐπονείδιστον, οὕτω δὴ καὶ ἄλλη μία μόνη δουλεία ἑκούσιος λείπεται οὐκ ἐπονείδιστος· αὕτη δέ ἐστιν ἡ περὶ τὴν ἀρετήν. νενόμισται γὰρ δὴ ἡμῖν, ἐάν τις ἐθέλῃ τινὰ θεραπεύειν ἡγούμενος δι᾿ ἐκεῖνον ἀμείνων ἔσεσθαι ἢ κατὰ σοφίαν τινὰ ἢ κατὰ ἄλλο ὁτιοῦν μέρος ἀρετῆς, αὕτη αὖ ἡ ἐθελοδουλεία οὐκ αἰσχρὰ εἶναι οὐδὲ κολακεία. δεῖ δὴ τὼ νόμω τούτω ξυμβαλεῖν εἰς ταὐτό, τόν τε περὶ τὴν παιδεραστίαν * καὶ τὸν περὶ τὴν φιλοσοφίαν τε καὶ τὴν ἄλλην D ἀρετήν, εἰ μέλλει ξυμβῆναι καλὸν γενέσθαι τὸ ἐραστῇ παιδικὰ χαρίσασθαι. ὅταν γὰρ εἰς τὸ αὐτὸ ἔλθωσιν ἐραστής τε καὶ παιδικά, νόμον ἔχων ἑκάτερος, ὁ μὲν χαρισαμένοις παιδικοῖς ὑπηρετῶν ὁτιοῦν δικαίως ἂν ὑπηρετεῖν, ὁ δὲ τῷ ποιοῦντι αὐτὸν σοφόν τε κἀγαθὸν δικαίως αὖ ὁτιοῦν ἂν ὑπουργεῖν, καὶ ὁ μὲν δυνάμενος εἰς φρόνησιν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν ξυμβάλλεσθαι, ὁ δὲ δεόμενος * εἰς παίδευσιν E καὶ τὴν ἄλλην σοφίαν κτᾶσθαι, τότε δὴ τούτων ξυνιόντων εἰς ταὐτὸν τῶν νόμων μοναχοῦ ἐνταῦθα ξυμπίπτει τὸ καλὸν εἶναι παιδικὰ ἐραστῇ χαρίσασθαι, ἄλλοθι δὲ οὐδαμοῦ. ἐπὶ τούτῳ καὶ ἐξαπατηθῆναι οὐδὲν αἰσχρόν, ἐπὶ δὲ τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ ἐξαπατωμένῳ αἰσχύνην φέρει καὶ μή. εἰ * γάρ τις 185 ἐραστῇ ὡς πλουσίῳ πλούτου ἕνεκα χαρισάμενος ἐξαπατηθείη καὶ μὴ λάβοι χρήματα, ἀναφανέντος τοῦ ἐραστοῦ πένητος, οὐδὲν ἧττον αἰσχρόν· δοκεῖ γὰρ ὁ τοιοῦτος τό γε αὑτοῦ ἐπιδεῖξαι, ὅτι ἕνεκα χρημάτων ὁτιοῦν ἂν ὁτῳοῦν ὑπηρετοῖ, τοῦτο δὲ οὐ καλόν. κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ λόγον κἂν εἴ τις ὡς ἀγαθῷ χαρισάμενος καὶ αὐτὸς ὡς ἀμείνων ἐσόμενος διὰ τὴν φιλίαν τοῦ ἐραστοῦ ἐξαπατηθείη, ἀναφανέντος ἐκείνου κακοῦ * καὶ οὐ κεκτημένου ἀρετήν, ὅμως καλὴ ἡ ἀπάτη· δοκεῖ B γὰρ αὖ καὶ οὗτος τὸ καθ᾿ αὑτὸν δεδηλωκέναι ὅτι ἀρετῆς γ᾿ ἕνεκα καὶ τοῦ βελτίων γενέσθαι πᾶν ἂν παντὶ προθυμηθείη, τοῦτο δὲ αὖ πάντων κάλλιστον. οὕτω πάντως γε καλὸν ἀρετῆς ἕνεκα χαρίζεσθαι. Οὗτός ἐστιν ὁ τῆς Οὐρα-

*) ἴσ. ἐθελοντάς.

ultro quamvis servitutem servire amatis nulla sit adulatio nec opprobrio, ita etiam alia eaque una sola relinquitur servitus voluntaria opprobrii expers; et haec quidem est ea quae ad virtutem spectat. constitutum est enim nobis ut, si quis velit aliquem colere existimans per eum se meliorem esse evasurum vel ad sapientiam vel ad aliam quam virtutis partem, haec servitus voluntaria non sit turpis neque adulatio. oportet igitur has leges in unum cogi, illam quae est de puerorum amore et hanc quae ad philosophiam reliquamque virtutem spectat, si futurum est ut puero honori sit amatori gratificari. quum enim congregantur amator et puer dilectus, legem habens uterque, et ille quidem hanc, ut puero gratificanti iure omnia officia praestet, amatus vero eam, ut ei qui sapientem ipsum ac bonum efficiat iure quamlibet operam navet, atque si ille ad prudentiam reliquamque virtutem adiuvare potest, hic vero indigens alicuius est ad eruditionem reliquamque sapientiam sibi acquirendam, tum igitur, his copulatis legibus, hîc tantum evenit ut honori sit puero gratificari amatori, nusquam alibi. in hoc etiam decipi haud turpe, in reliquis vero omnibus ignominiae est, sive quis decipitur sive contra. nam si quis amatori ut diviti divitiarum causa gratificans decipiatur nec accipiat pecuniam, quum amator repertus fuerit pauper, nihilo minus turpe; videtur enim hic se eum exhibere, qui pecuniae causa quodvis cuivis officium praestet; hoc vero haud honestum. eadem igitur ratione etiamsi quis amatori ut bono gratificans et se ipsum arbitrans per eius amicitiam evasurum esse meliorem decipiatur, quum repertus ille fuerit malus virtutisque expers, tamen honesta haec fraus; videtur enim hic contra pro sua parte declarare se virtutis causa et ut melior evadat ad quodlibet cuilibet praestandum promptum esse, et hoc est omnium pulcherrimum. ita omni modo pulchrum virtutis causa gratificari. Hic

νίας θεοῦ Ἔρως καὶ οὐράνιος καὶ πολλοῦ ἄξιος καὶ πόλει καὶ ἰδιώταις, πολλὴν ἐπιμέλειαν ἀναγκάζων ποιεῖσθαι πρὸς ἀρετὴν τόν τε ἐρῶντα * αὐτὸν αὑτοῦ καὶ τὸν ἐρώμενον *)· οἱ C
δ' ἕτεροι πάντες τῆς ἑτέρας, τῆς πανδήμου. Ταῦτά σοι, ἔφη, ὡς ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ὦ Φαῖδρε, περὶ Ἔρωτος ξυμβάλλομαι.

Παυσανίου δὲ παυσαμένου (διδάσκουσι γάρ με ἴσα λέγειν ουτωσὶ οἱ σοφοί), ἔφη ὁ Ἀριστόδημος δεῖν μὲν Ἀριστοφάνη λέγειν, τυχεῖν δὲ αὐτῷ τινὰ ἢ ὑπὸ πλησμονῆς ἢ ὑπό τινος ἄλλου λύγγα ἐπιπεπτωκυῖαν καὶ οὐχ οἷόν τε εἶναι λέγειν, ἀλλ' εἰπεῖν αὐτόν (ἐγγυτάτω **) * γὰρ αὐτοῦ τὸν D
ἰατρὸν Ἐρυξίμαχον κατακεῖσθαι) Ὦ Ἐρυξίμαχε, δίκαιος εἶ ἢ παῦσαί με τῆς λυγγὸς ἢ λέγειν ὑπὲρ ἐμοῦ, ἕως ἂν ἐγὼ παύσωμαι. Καὶ τὸν Ἐρυξίμαχον εἰπεῖν Ἀλλὰ ποιήσω ἀμφότερα ταῦτα· ἐγὼ μὲν γὰρ ἐρῶ ἐν τῷ σῷ μέρει, σὺ δ' ἐπειδὰν παύσῃ, ἐν τῷ ἐμῷ· ἐν ᾧ δ' ἂν ἐγὼ λέγω, ἐὰν μέν σοι ἐθέλῃ ἀπνευστὶ ἔχοντι πολὺν χρόνον παύεσθαι ἡ λύγξ, εἰ δὲ μή, ὕδατι ἀνακογχυλίασον· εἰ δ' ἄρα * πάνυ ἰσχυρά E
ἐστιν, ἀναλαβών τι τοιοῦτον οἵῳ κνήσαιο ***) ἂν τὴν ῥῖνα, πτάρε· καὶ ἐὰν τοῦτο ποιήσῃς ἅπαξ ἢ δίς, καὶ εἰ πάνυ ἰσχυρά ἐστι, παύσεται. Οὐκ ἂν φθάνοις λέγων, φάναι †) τὸν Ἀριστοφάνη· ἐγὼ δὲ ταῦτα ποιήσω.

Εἰπεῖν δὴ τὸν Ἐρυξίμαχον, Δοκεῖ τοίνυν μοι ἀναγκαῖον εἶναι, ἐπειδὴ Παυσανίας ὁρμήσας ἐπὶ τὸν λόγον * καλῶς 186
οὐχ ἱκανῶς ἀπετέλεσε, δεῖν ἐμὲ πειρᾶσθαι τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ. τὸ μὲν γὰρ διπλοῦν εἶναι τὸν Ἔρωτα δοκεῖ μοι καλῶς διελέσθαι· ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐστὶν ἐπὶ ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς καλούς, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλα πολλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, τοῖς τε σώμασι τῶν πάντων ζώων καὶ τοῖς ἐν τῇ γῇ φυομένοις καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι, καθεωρακέναι μοι δοκῶ ἐκ τῆς ἰατρικῆς, τῆς ἡμετέρας τέχνης· ὡς μέγας καὶ θαυμαστὸς * καὶ ἐπὶ πᾶν ὁ θεὸς B
τείνει καὶ κατ' ἀνθρώπινα καὶ κατὰ θεῖα πράγματα. ἄρξο-

---

*) ἴσ. τὸν ἐρῶντα αὐτὸν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ ἐρωμένου.
) ἄλλ. ἐν τῇ κάτω. *) ἄλλ. κνήσαις.
†) ἄλλ. εἰπεῖν.

est Uraniae deae Amor, caelestis magnique faciendus et civitati et privatis qui amantem cogit multum curae est in suimet ipsius et in amati virtute ponere; reliqui vero omnes alterius sunt, volgaris. Haec tibi, inquit, subito dicens, Phaedre, de Amore confero.

Pausanias vero quum pausam dicendi fecisset (docent enim me ita sapientes paribus paria reddere), narravit Aristodemus oportuisse quidem Aristophanem dicere, forte autem vel ab expletione vel aliunde singultu esse correptum, ut non posset dicere; tum ad Eryximachum conversum (proxime enim ipsum accubuisse Eryximachum medicum) dixisse O Eryximache, oportet te vel singultu me liberare vel meo nomine dicere, dum liberatus sim. Atque Eryximachum retulisse Sane faciam utraque ista: ego enim dicam pro te, tu vero, quum liberatus eris, pro me; dum autem ego dico, si animam diu continens liberaris singultu, bene habet, sin minus, aqua gargarizator; quodsi plane pertinax est, sumpto aliquo quod nares titillet, sternue; quod si feceris semel vel bis, etiamsi plane pertinax est, desinet. Quin tu dicis? reposuisse Aristophanem; ego autem hoc sum facturus.

Dixisse igitur Eryximachum: Videtur mihi necesse esse, quoniam Pausanias pulchre aggressus ad orationem non satis ad exitum eam adduxit, conari orationem consibere. etenim duplicem esse Amorem bene mihi videtur distinxisse; verum non solum reperiri in hominum animis erga pulchros, sed etiam erga alia multa etiam in reliquis, in corporibus animantium ad unum omnium, in eis quae e terra nascuntur et in omnibus ferme quae sunt, perspexisse mihi videor e medicina, nostra arte: quippe magnus est deus atque admirabilis, et ad omnia pertinet tam in humanis quam

μαι δὲ ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς λέγων, ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν
τέχνην. Ἡ γὰρ φύσις τῶν σωμάτων τὸν διπλοῦν Ἔρωτα
τοῦτον ἔχει· τὸ γὰρ ὑγιὲς τοῦ σώματος καὶ τὸ νοσοῦν ὁμο-
λογουμένως ἕτερόν τε καὶ ἀνόμοιόν ἐστι, τὸ δὲ ἀνόμοιον
ἀνομοίων ἐπιθυμεῖ καὶ ἐρᾷ. ἄλλος μὲν οὖν ὁ ἐπὶ τῷ ὑγιει-
νῷ ἔρως, ἄλλος δὲ ὁ ἐπὶ τῷ νοσώδει. ἔστι δή, ὥςπερ ἄρτι
Παυσανίας ἔλεγε τοῖς μὲν ἀγαθοῖς καλὸν * χαρίζεσθαι τῶν C
ἀνθρώπων, τοῖς δὲ ἀκολάστοις αἰσχρόν, οὕτω καὶ ἐν αὐτοῖς
τοῖς σώμασι τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἑκάστου τοῦ σώματος καὶ ὑγι-
εινοῖς καλὸν χαρίζεσθαι καὶ δεῖ, καὶ τοῦτό ἐστιν ᾧ ὄνομα
τὸ ἰατρικόν, τοῖς δὲ κακοῖς καὶ νοσώδεσιν αἰσχρόν τε καὶ
δεῖ ἀχαριστεῖν, εἰ μέλλει τις τεχνικὸς εἶναι. ἔστι γὰρ ἰατρι-
κή, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ἐπιστήμη τῶν τοῦ σώματος ἐρω-
τικῶν πρὸς πλησμονὴν καὶ κένωσιν, καὶ ὁ διαγιγνώσκων ἐν
τούτοις τὸν καλόν τε καὶ αἰσχρὸν ἔρωτα, οὗτός * ἐστιν ὁ ἰατρι- D
κώτατος, καὶ ὁ μεταβάλλειν ποιῶν, ὥςτε ἀντὶ τοῦ ἑτέρου
ἔρωτος τὸν ἕτερον κτῆσθαι, καὶ οἷς μὴ ἔνεστιν ἔρως, δεῖ
δ' ἐγγενέσθαι, ἐπιστάμενος ἐμποιῆσαι καὶ ἐνόντα ἐξελεῖν,
ἀγαθὸς ἂν εἴη δημιουργός. δεῖ γὰρ δὴ τὰ ἔχθιστα ὄντα ἐν
τῷ σώματι φίλα οἷόν τ' εἶναι ποιεῖν καὶ ἐρᾶν ἀλλήλων· ἔστι
δὲ ἔχθιστα τὰ ἐναντιώτατα, ψυχρὸν θερμῷ, πικρὸν γλυκεῖ *),
ξηρὸν ὑγρῷ, πάντα τὰ τοιαῦτα. τούτοις ἐπιστηθεὶς * ἔρω- E
τα ἐμποιῆσαι καὶ ὁμόνοιαν ὁ ἡμέτερος πρόγονος Ἀσκληπιός,
ὥς φασιν οἵδε οἱ ποιηταὶ καὶ ἐγὼ πείθομαι, ξυνέστησε τὴν
ἡμετέραν τέχνην. ἥ τε οὖν ἰατρικὴ, ὥςπερ λέγω, πᾶσα διὰ
τοῦ θεοῦ τούτου κυβερνᾶται, ὡςαύτως δὲ καὶ γυμναστικὴ
καὶ γεωργία· * μουσικὴ δὲ καὶ παντὶ κατάδηλος τῷ καὶ 187
σμικρὸν προςέχοντι τὸν νοῦν ὅτι κατὰ ταὐτὰ ἔχει τούτοις,
ὥςπερ ἴσως καὶ Ἡράκλειτος βούλεται λέγειν, ἐπεὶ τοῖς γε
ῥήμασιν οὐ καλῶς λέγει. τὸ ἓν **) γάρ φησι διαφερόμενον
αὐτὸ αὑτῷ ξυμφέρεσθαι, ὥςπερ ἁρμονίαν τόξου τε καὶ λύ-
ρας. ἔστι δὲ πολλὴ ἀλογία ἁρμονίαν φάναι διαφέρεσθαι ἢ
ἐκ διαφερομένων ἔτι εἶναι· ἀλλ' ἴσως τόδε ἐβούλετο λέγειν,

---

*) Al. θερμῷ, ξηρὸν ὑγρῷ. **) Al. ἂν ᾖ· πᾶν.

in divinis rebus. initium vero dicendi sumam a medicina, ut honoremus artem. Natura igitur corporum duplicem Amorem illum habet; sanitas enim corporis et aegrotatio, ut inter omnes constat, diversae ac dissimiles sunt, dissimile vero dissimilia appetit et amat. alius igitur in sano amor, alius in aegroto. iam, quemadmodum supra Pausanias dixit bonis quidem hominibus pulchrum esse gratificari, lascivis vero turpe, ita etiam in ipsis corporibus bonis cuiusque corporis et sanis partibus pulchrum est gratificari et oportet id fieri, et hoc est cui nomen medicinae, malis vero et aegrotis turpe nec oportet his obsequi eum, qui volt artifex esse. est enim medicina, ut ad summam dicam, scientia corporis cupiditatum sese explendi atque exhauriendi, et qui discernit in his pulchrum et turpem amorem et cupiditatem, hic est medicinae peritissimus, et qui conversionem facit, ita ut amorem alterum pro altero aliquis adipiscatur, eisque in quibus amor non inest, oportet autem inesse, potest iniicere et si inest eximere, bonus erit artifex. oportet enim effici ut quae infestissima sunt in corpore amica fiant atque inter se ament; sunt autem infestissima maxime contraria, frigidum calido [amarum dulci], siccum humido, omnia generis eiusdem. atque progenitor noster Aesculapius qui illam habuit scientiam ut his amorem et concordiam iniicere posset, composuit, ut dicunt hi poëtae et ego persuasus sum, artem nostram. igitur medicina, ut dixi, universa ab hoc deo regitur, similiter etiam palaestra et agricultura; de musica vero, cuivis perspicuum est etiam paullulum attendenti eandem eius esse rationem atque illarum. quemadmodum fortasse etiam Heraclitus dicere volt, quamquam dictione non bene explicat; universum enim dicit discrepans secum ipsum concinere, sicut harmoniam arcus et lyrae. vehementer quidem repugnat harmoniam dicere discrepare vel discrepantibus adhuc contineri; at hoc fortasse volebat dicere, e discrepan-

ὅτι ἐκ διαφερομένων πρότερον * τοῦ ὀξέος καὶ βαρέος, ἔπειτα ὕστερον ὁμολογησάντων γέγονεν ὑπὸ τῆς μουσικῆς τέχνης *)· οὐ γὰρ δήπου ἐκ διαφερομένων γε ἔτι τοῦ ὀξέος B
καὶ βαρέος ἁρμονί' ἂν εἴη. ἡ γὰρ ἁρμονία ξυμφωνία ἐστί, ξυμφωνία δὲ ὁμολογία τις, ὁμολογίαν δὲ ἐκ διαφερομένων, ἕως ἂν διαφέρωνται, ἀδύνατον εἶναι· διαφερόμενον δὲ αὖ καὶ μὴ ὁμολογοῦν ἀδύνατον ἁρμόσαι. ὥςπερ γε καὶ ὁ ῥυθμὸς ἐκ τοῦ ταχέος καὶ βραδέος * διενηνεγμένων πρότερον, C
ὕστερον δὲ ὁμολογησάντων γέγονε. τὴν δὲ ὁμολογίαν πᾶσι τούτοις, ὥςπερ ἐκεῖ ἡ ἰατρική, ἐνταῦθα ἡ μουσικὴ ἐντίθησιν, ἔρωτα καὶ ὁμόνοιαν ἀλλήλοις ἐμποιήσασα· καὶ ἔστιν αὖ μουσικὴ περὶ ἁρμονίαν **) καὶ ῥυθμὸν ἐρωτικῶν ἐπιστήμη. καὶ ἐν μέν γε αὐτῇ τῇ ξυστάσει ἁρμονίας τε καὶ ῥυθμοῦ οὐδὲν χαλεπὸν τὰ ἐρωτικὰ διαγιγνώσκειν, οὐδὲ ὁ διπλοῦς ἔρως ἐνταῦθά πως ἔστιν ***)· ἀλλ' ἐπειδὰν δέῃ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους καταχρῆσθαι * ῥυθμῷ τε καὶ ἁρμονίᾳ ἢ ποιοῦντα, ὃ D
δὴ μελοποιίαν καλοῦσιν, ἢ χρώμενον ὀρθῶς τοῖς πεποιημένοις μέλεσί τε καὶ μέτροις, ὃ δὴ παιδεία ἐκλήθη, ἐνταῦθα δὴ καὶ χαλεπὸν καὶ ἀγαθοῦ δημιουργοῦ δεῖ. πάλιν γὰρ ἥκει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι τοῖς μὲν κοσμίοις τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὡς ἂν κοσμιώτεροι γίγνοιντο οἱ μήπω ὄντες, δεῖ χαρίζεσθαι καὶ φυλάττειν τὸν τούτων ἔρωτα. καὶ αὐτός ἐστιν ὁ καλός, ὁ οὐράνιος, ὁ τῆς Οὐρανίας Μούσης Ἔρως· ὁ δὲ Πολυμνίας * ὁ πάνδημος, ὃν δεῖ εὐλαβούμενον προςφέρειν οἷς E
ἂν προςφέρῃ, ὅπως ἂν τὴν μὲν ἡδονὴν αὐτοῦ καρπώσηται, ἀκολασίαν δὲ μηδεμίαν ἐμποιήσῃ, ὥςπερ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τέχνῃ μέγα ἔργον ταῖς περὶ τὴν ὀψοποιικὴν τέχνην ἐπιθυμίαις καλῶς χρῆσθαι, ὥστ' ἄνευ νόσου τὴν ἡδονὴν καρπώσασθαι. Καὶ ἐν μουσικῇ δὴ καὶ ἐν ἰατρικῇ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι καὶ τοῖς ἀνθρωπείοις καὶ τοῖς θείοις, καθ' ὅσον παρείκει, φυλακτέον ἑκάτερον τὸν ἔρωτα· * ἔνεστον γάρ. ἐπεὶ καὶ ἡ 188
τῶν ὡρῶν τοῦ ἐνιαυτοῦ ξύστασις μεστή ἐστιν ἀμφοτέρων τούτων, καὶ ἐπειδὰν μὲν πρὸς ἄλληλα τοῦ κοσμίου τύχῃ ἔρωτος, ἃ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, τά τε θερμὰ καὶ τὰ ψυχρὰ καὶ

---

*) γρ. τέχνης ἡ ἁρμονία. **) ἴσ. τῶν περὶ ἁρμ.
***) γρ. ἐστίν. ἄλλ. πῶς ἐστιν.

tibus prius acuto et gravi, post vero concinentibus eam exsistere per musicam artem; nequaquam enim e discrepantibus adhuc acuto et gravi harmonia efflorescet. etenim harmonia concentus est, concentus concordia quaedam, concordia vero e discrepantibus quamdiu discrepant exsistere nequit, neque etiam discrepans ac discors potest concinere. quemadmodum etiam numerus e celeri et tardo discrepantibus prius, post vero concinentibus exsistit. concordiam vero omnibus his, quemadmodum ibi medicina, ita hîc musica iniicit, amorem et consensum efficiens mutuum; atque est etiam musica harmoniae et numeri cupiditatum scientia. et in ipsa quidem harmoniae et numeri compositione nihil est negoti cupiditates cognoscere, neque duplex ibi amor exstat. at quum hominum in usum numerus et harmonia adhibenda sunt vel fingenti, quam quidem cantus componendi artem dicunt, vel utenti recte compositis modis ac numeris, quae quidem eruditio nuncupatur, hîc scilicet et difficile et bono artifice opus est. revertitur enim eadem oratio, temperantibus hominibus et eis qui nondum sunt, quo temperatiores evadant, gratificandum esse eorumque amorem servandum. atque hic est pulcher, caelestis, Uraniae Musae Amor, Polymniae vere filius est volgaris ille, quem oportet cum cautione adhiberi eis quibus adhibetur, ut voluptatem quidem eius percipiamus, incontinentia vero nulla exsistat, sicut in nostra arte magnum negotium est cupiditatibus quas ars coquinaria explet bene uti, ut sine morbo voluptatem percipiamus. Atque in musica, in medicina et in reliquis omnibus tam humanis quam divinis, quoad eius fieri potest, observandus est uterque amor; inest enim. nam etiam anni temporum constitutio repleta est his utrisque, et quum temperantem inter se amorem assequuntur illa quae modo protuli, calida et frigida, sicca

ξηρὰ καὶ ὑγρά, καὶ ἁρμονίαν καὶ κρᾶσιν λάβῃ σώφρονα, ἥκει φέροντα εὐετηρίαν τε καὶ ὑγίειαν ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τε καὶ φυτοῖς, καὶ οὐδὲν ἠδίκησεν· ὅταν δὲ ὁ μετὰ τῆς ὕβρεως ἔρως ἐγκρατέστερος περὶ τὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ ὥρας γένηται, διέφθειρέ * τε πολλὰ καὶ ἠδίκησεν· οἵ τε γὰρ B λοιμοὶ φιλοῦσι γίγνεσθαι ἐκ τῶν τοιούτων καὶ ἄλλ' ἀνόμοια *) πολλὰ νοσήματα καὶ τοῖς θηρίοις καὶ τοῖς φυτοῖς· καὶ γὰρ πάχναι καὶ χάλαζαι καὶ ἐρυσίβαι ἐκ πλεονεξίας καὶ ἀκοσμίας περὶ ἄλληλα τῶν τοιούτων γίγνεται ἐρωτικῶν, ὧν ἐπιστήμη περὶ ἄστρων τε φορὰς καὶ ἐνιαυτῶν ὥρας ἀστρονομία καλεῖται. Ἔτι τοίνυν καὶ θυσίαι πᾶσαι καὶ οἷς μαντικὴ ἐπιστατεῖ (ταῦτα δ' ἐστὶν ἡ περὶ θεούς * τε καὶ ἀνθρώπους πρὸς C ἀλλήλους κοινωνία) οὐ περὶ ἄλλο τί ἐστιν ἢ περὶ Ἔρωτος φυλακήν τε καὶ ἴασιν· πᾶσα γὰρ ἡ ἀσέβεια φιλεῖ γίγνεσθαι, ἐὰν μή τις τῷ κοσμίῳ Ἔρωτι χαρίζηται μηδὲ τιμᾷ τε αὐτὸν καὶ πρεσβεύῃ ἐν παντὶ ἔργῳ, ἀλλὰ τὸν ἕτερον, καὶ περὶ γονέας καὶ ζῶντας καὶ τετελευτηκότας καὶ περὶ θεούς, ἃ δὴ προστέτακται τῇ μαντικῇ ἐπισκοπεῖν τοὺς Ἔρωτας καὶ ἰατρεύειν· καὶ ἔστιν αὖ ἡ μαντικὴ φιλίας θεῶν καὶ ἀνθρώπων * δημι- D ουργὸς τῷ ἐπίστασθαι τὰ κατὰ ἀνθρώπους ἐρωτικά, ὅσα τείνει πρὸς θέμιν καὶ ἀσέβειαν. Οὕτω πολλὴν καὶ μεγάλην, μᾶλλον δὲ πᾶσαν δύναμιν ἔχει ξυλλήβδην μὲν ὁ πᾶς Ἔρως, ὁ δὲ περὶ τἀγαθὰ μετὰ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης ἀποτελούμενος καὶ παρ' ἡμῖν καὶ παρὰ θεοῖς, οὗτος τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχει καὶ πᾶσαν ἡμῖν εὐδαιμονίαν παρασκευάζει καὶ ἀλλήλοις δυναμένους ὁμιλεῖν καὶ φίλους εἶναι καὶ τοῖς κρείττοσιν ἡμῶν θεοῖς.

Ἴσως * μὲν οὖν καὶ ἐγὼ τὸν Ἔρωτα ἐπαινῶν πολλὰ πα- E ραλείπω, οὐ μέντοι ἑκών γε· ἀλλ' εἴ τι ἐξέλιπον, σὸν ἔργον, ὦ Ἀριστόφανες, ἀναπληρῶσαι· ἢ εἴ πως ἄλλως ἐν νῷ ἔχεις ἐγκωμιάζειν τὸν θεόν, ἐγκωμίαζε, ἐπειδὴ καὶ τῆς λυγγὸς πέπαυσαι.

* Ἐκδεξάμενον οὖν ἔφη εἰπεῖν τὸν Ἀριστοφάνη ὅτι Καὶ 189 μάλ' ἐπαύσατο, οὐ μέντοι πρίν γε τὸν πταρμὸν προσενεχθῆ-

*) ία. ἄττ' ὅμοια.

et humida, et harmoniam temperationemque concipiunt probam, afferunt fucceffum et fanitatem non modo hominibus, fed etiam animantibus et plantis, nihilque laedunt; quando vero amor lafcivus in anni temporibus dominatur, perdit ac laedit multa; peftes enim folent exfiftere ex his aliique multi morbi et animantibus et plantis; nam pruina, grando et robigo ex incontinentia atque immoderatione huiusmodi exfiftunt cupiditatum, quarum fcientia, fi ftellarum curfum annique tempora fpectas, aftrologia vocatur. Praeterea facrificia omnia et ea quibus ars vaticinandi praeeft (haec vero eft mutua inter deos et homines communio) nihil aliud fpectant nifi Amoris confervationem atque fanationem; omnis enim impietas folet exfiftere, fi quis non modefto Amori gratificatur neque honore ac veneratione eum profequitur quovis in opere, fed alterum, ratione tam parentum, et vivorum et mortuorum, quam deorum, qua quidem in caufa arti vaticinandi munus eft asfignatum Amorum obfervandorum atque fanandorum; atque eft etiam ars vaticinandi amicitiae deorum et hominum effectrix, propterea quod hominum amorum quicumque ad fas vel impietatem fpectant fcientiam habet. Ita multam et magnam, potius vero omnem vim habet univerfe quidem omnis Amor, is vero qui in bono cum temperantia et iuftitia peragitur et apud nos et apud deos, hic maximam vim habet omnemque nobis felicitatem parat, ita ut et inter nos commercium habere esfeque in amicitia posfimus et cum fuperioribus nobis, diis.

Forfitan quidem ego quoque Amorem laudans multa praetermiferim, neque tamen fciens; at fi quid omifi, tuum eft, Ariftophane, id explere; vel fi alio quo modo in animo habes laudes celebrare dei, celebra, quum etiam fingultus defierit.

Hunc igitur excepiffe narravit Ariftophanem dicentem: Sane quidem defivit, neque tamen prius quam

ναι αὐτῇ, ὥςτ' ἐμὲ θαυμάζειν, εἰ τὸ κόσμιον τοῦ σώματος ἐπιθυμεῖ τοιούτων ψόφων καὶ γαργαλισμῶν, οἷον καὶ ὁ πταρμός ἐστι· πάνυ γὰρ εὐθὺς ἐπαύσατο, ἐπειδὴ αὐτῷ τὸν πταρμὸν προςήνεγκα. Καὶ τὸν Ἐρυξίμαχον, Ὦ 'γαθέ, φάναι, Ἀριστόφανες, ὅρα τί ποιεῖς· γελωτοποιεῖς μέλλων λέγειν, καὶ φύλακά με τοῦ λόγου ἀναγκάζεις * γίγνεσθαι τοῦ σεαυτοῦ, B ἐάν τι γελοῖον εἴπῃς, ἐξόν σοι ἐν εἰρήνῃ λέγειν. Καὶ τὸν Ἀριστοφάνη γελάσαντα εἰπεῖν Εὖ λέγεις, ὦ Ἐρυξίμαχε, καί μοι ἔστω ἄῤῥητα τὰ εἰρημένα. ἀλλὰ μή με φύλαττε· ὡς ἐγὼ φοβοῦμαι περὶ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι οὔτι μὴ γελοῖα εἴπω (τοῦτο μὲν γὰρ ἂν κέρδος εἴη καὶ τῆς ἡμετέρας Μούσης ἐπιχώριον), ἀλλὰ μὴ καταγέλαστα. Βαλών γε, φάναι, ὦ Ἀριστόφανες, οἴει ἐκφεύξεσθαι; ἀλλὰ πρόσεχε τὸν νοῦν καὶ οὕτω λέγε ὡς δώσων * λόγον. ἴσως μέντοι, ἂν δόξῃ μοι, C ἀφήσω σε.

Καὶ μήν, ὦ Ἐρυξίμαχε, εἰπεῖν τὸν Ἀριστοφάνη, ἄλλῃ γέ πῃ ἐν νῷ ἔχω λέγειν ἢ ᾗ σύ τε καὶ Παυσανίας εἴπετον *). ἐμοὶ γὰρ δοκοῦσιν ἄνθρωποι παντάπασι τὴν τοῦ Ἔρωτος δύναμιν οὐκ ᾐσθῆσθαι, ἐπεὶ αἰσθανόμενοί γε μέγιστ' ἂν αὐτοῦ ἱερὰ κατασκευάσαι καὶ βωμοὺς καὶ θυσίας ἂν ποιεῖν μεγίστας, οὐχ ὥσπερ νῦν τούτων οὐδὲν γίγνεται περὶ αὐτόν, δέον πάντων μάλιστα γίγνεσθαι. ἔστι γὰρ * θεῶν φιλανθρωπότατος, ἐπίκουρός τε ὢν τῶν ἀνθρώπων καὶ ἰατρὸς D τούτων ὧν ἰαθέντων μεγίστη ἂν εὐδαιμονία τῷ ἀνθρωπείῳ γένει εἴη. ἐγὼ οὖν πειράσομαι ὑμῖν εἰςηγήσασθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ὑμεῖς δὲ τῶν ἄλλων διδάσκαλοι ἔσεσθε. δεῖ δὲ πρῶτον ὑμᾶς μαθεῖν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν καὶ τὰ παθήματα αὐτῆς. Ἡ γὰρ πάλαι ἡμῶν φύσις οὐχ ἡ αὐτὴ ἦν ἥπερ νῦν, ἀλλ' ἀλλοία. πρῶτον μὲν γὰρ τρία ἦν τὰ γένη τὰ τῶν ἀνθρώπων, οὐχ ὥσπερ νῦν δύο, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ, ἀλλὰ καὶ τρίτον * προςῆν κοινὸν ὂν ἀμφοτέρων τούτων, οὗ E νῦν ὄνομα λοιπόν, αὐτὸ δὲ ἠφάνισται· ἀνδρόγυνον γὰρ ἓν τότε μὲν ἦν καὶ εἶδος καὶ ὄνομα ἐξ ἀμφοτέρων κοινὸν τοῦ τε ἄῤῥενος καὶ θήλεος, νῦν δ' οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ἐν ὀνείδει ὄνομα κείμενον. ἔπειτα ὅλον ἦν ἑκάστου τοῦ ἀνθρώπου τὸ

*) γρ. εἰπάτην.

sternutamentum ei adhibui, ut mirer, moderationem corporis tales desiderare strepitus et titillationes, quale est sternutamentum; statim enim ut sternutamentum ei adhibui desivit. Tum Eryximachum dixisse O bone Aristophane, vide quid facias: irrides licet nunc dicturus sis, et custodem me orationis tuae cogis fieri, si quid ridiculi proferas, quum potuisses cum bona pace verba facere. Tum Aristophanem ridentem dixisse Bene dicis, Eryximache, et ut indicta sint revoco ea quae dixi. at ne custodi me; nam neutiquam ego de iis quae dicturus sum vereor ne ridicula proferam (hoc enim lucro nostraeque Musae in consuetudine foret), sed ne deridenda. Emisso tu telo, dixisse, Aristophane, speras fore ut effugias? quin animum adverte quippe rationem redditurus eorum quae dixeris. fortasse tamen, si mihi videtur, te dimittam.

Ac nimirum, Eryximache, dixisse Aristophanem, aliter in animo habeo dicere atque tu et Pausanias oravistis. mihi enim videntur homines Amoris vim omnino non percepisse, quia, si eam perceptam haberent, maxima ei templa et aras exstruerent maximaque sacra facerent, quorum nihil nunc fit, licet omnium maxime sit necessarium. est enim deorum humanissimus, quippe qui adiutor hominum sit eaque sanet, quibus sanatis maxima obtingat humano generi felicitas. ego iam conabor vobis ostendere eius vim, et vos aliorum eritis doctores. oportet autem vos primum percipere humanam naturam eiusque casus. Pristina enim nostra natura non eadem erat quae nunc, sed alia. primum enim tria erant genera hominum, non ut nunc duo, virile et muliebre, sed tertium quoque accedebat commune horum amborum, cuius nunc nomen relictum, ipsum vero exstinctum est; androgynorum enim unus tunc erat sexus, et specie et nomine ex ambobus conflatus virili ac muliebri, nunc autem nihil est nisi nomen quod ut probrum iactatur. deinde tota cuiusque

εἶδος στρογγύλον, νῶτον καὶ πλευρὰς κύκλῳ ἔχον. χεῖρας δὲ
τέτταρας εἶχε, καὶ σκέλη τὰ ἴσα ταῖς χερσί, καὶ πρόςωπα
δύο ἐπ' αὐχένι κυκλοτερεῖ, * ὅμοια πάντῃ· κεφαλὴν δ' ἐπ' 190
ἀμφοτέροις τοῖς προςώποις ἐναντίοις κειμένοις μίαν καὶ ὦτα
τέτταρα καὶ αἰδοῖα δύο καὶ τἄλλα πάντα, ὡς ἀπὸ τούτων
ἄν τις εἰκάσειεν. ἐπορεύετο δὲ καὶ ὀρθόν, ὥςπερ νῦν, ὁπο-
τέρωσε βουληθείη, καὶ ὁπότε ταχὺ ὁρμήσειε θεῖν *), ὥςπερ
οἱ κυβιστῶντες εἰς ὀρθὸν τὰ σκέλη περιφερόμενοι κυβιστῶσι
κύκλῳ, ὀκτὼ τότε οὖσι τοῖς μέλεσιν ἀπερειδόμενοι ταχὺ ἐφέ-
ροντο κύκλῳ. ἦν δὲ διὰ ταῦτα τρία τὰ γένη καὶ * τοιαῦτα, B
ὅτι τὸ μὲν ἄῤῥεν ἦν τοῦ ἡλίου τὴν ἀρχὴν ἔκγονον, τὸ δὲ
θῆλυ τῆς γῆς, τὸ δὲ ἀμφοτέρων μετέχον τῆς σελήνης, ὅτι
καὶ ἡ σελήνη ἀμφοτέρων μετέχει· περιφερῆ δὲ δὴ ἦν καὶ
αὐτὰ καὶ ἡ πορεία αὐτῶν διὰ τὸ τοῖς γονεῦσιν ὅμοια εἶναι.
ἦν οὖν τὴν ἰσχὺν δεινὰ καὶ τὴν ῥώμην, καὶ τὰ φρονήματα
μεγάλα εἶχον· ἐπεχείρησαν δὲ τοῖς θεοῖς, καὶ ὃ λέγει Ὅμη-
ρος περὶ Ἐφιάλτου τε καὶ Ὤτου, περὶ ἐκείνων λέγεται, τὸ
εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνάβασιν ἐπιχειρεῖν * ποιεῖν, ὡς ἐπιθησο- C
μένων τοῖς θεοῖς. ὁ οὖν Ζεὺς καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ ἐβουλεύον-
το ὅ τι χρὴ αὐτοὺς ποιῆσαι, καὶ ἠπόρουν· οὔτε γὰρ ὅπως
ἀποκτείναιεν εἶχον καὶ ὥςπερ τοὺς γίγαντας κεραυνώσαντες
τὸ γένος ἀφανίσαιεν (αἱ τιμαὶ γὰρ αὐτοῖς καὶ τὰ ἱερὰ τὰ
παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἠφανίζετο), [οὔθ' ὅπως ἐῷεν ἀσελγαί-
νειν. μόγις δὴ ὁ Ζεὺς ἐννοήσας λέγει ὅτι Δοκῶ μοι, ἔφη,
ἔχειν μηχανήν, ὡς ἂν εἶέν τε ἄνθρωποι καὶ παύσαιντο τῆς
ἀκολασίας * ἀσθενέστεροι γενόμενοι. νῦν μὲν γὰρ αὐτούς, D
ἔφη, διατεμῶ δίχα ἕκαστον, καὶ ἅμα μὲν ἀσθενέστεροι ἔσον-
ται, ἅμα δὲ χρησιμώτεροι ἡμῖν διὰ τὸ πλείους τὸν ἀριθμὸν
γεγονέναι· καὶ βαδιοῦνται ὀρθοὶ ἐπὶ δυοῖν σκελοῖν. ἐὰν δ'
ἔτι δοκῶσιν ἀσελγαίνειν καὶ μὴ ἐθέλωσιν ἡσυχίαν ἄγειν, πά-
λιν αὖ, ἔφη, τεμῶ δίχα, ὥστ' ἐφ' ἑνὸς πορεύσονται σκέλους
ἀσκωλιάζοντες. Ταῦτα εἰπὼν ἔτεμνε τοὺς ἀνθρώπους δίχα,
ὥςπερ οἱ τὰ ὄα τέμνοντες καὶ μέλλοντες * ταριχεύειν [ἢ ὥς- E
περ οἱ τὰ ᾠὰ ταῖς θριξίν]· ὅντινα δὲ τέμοι, τὸν Ἀπόλλω

*) γρ. ὁρμήσειεν ἐλθεῖν.

λιστά γε. Ἦ καὶ ὃ *) ἂν μὴ σοφὸν, ἀμαθές; ἢ οὐκ ᾔσθησαι ὅτι ἔστι τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας; Τί τοῦτο; Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν καὶ ἄνευ τοῦ ἔχειν λόγον δοῦναι οὐκ οἶσθ', ἔφη, ὅτι οὔτε ἐπίστασθαί ἐστιν (ἄλογον γὰρ πρᾶγμα πῶς ἂν εἴη ἐπιστήμη;) οὔτε ἀμαθία· τὸ γὰρ τοῦ ὄντος τυγχάνον πῶς ἂν εἴη ἀμαθία; ἔστι δὲ δήπου τοιοῦτον ἡ ὀρθὴ δόξα, μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. Μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε, ὃ μὴ καλόν * ἐστιν, αἰσχρὸν εἶναι, B μηδὲ ὃ μὴ ἀγαθόν, κακόν. οὕτω δὲ καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπειδὴ αὐτὸς ὁμολογεῖς μὴ εἶναι ἀγαθὸν μηδὲ καλόν, μηδέν τι μᾶλλον οἴου δεῖν αὐτὸν αἰσχρὸν καὶ κακὸν εἶναι, ἀλλά τι μεταξύ, ἔφη, τούτοιν. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὁμολογεῖταί γε παρὰ πάντων μέγας θεὸς εἶναι. Τῶν μὴ εἰδότων, ἔφη, πάντων λέγεις, ἢ καὶ τῶν εἰδότων; Ξυμπάντων μὲν οὖν. Καὶ ἣ γελάσασα, Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁμολογοῖτο * μέγας θεὸς εἶναι παρὰ τούτων, οἵ φασιν αὐτὸν οὐδὲ C θεὸν εἶναι; Τίνες οὗτοι; ἦν δ' ἐγώ. Εἷς μέν, ἔφη, σύ, μία δ' ἐγώ. Κἀγὼ εἶπον, Πῶς τοῦτο, ἔφην, λέγεις; Καὶ ἥ, Ῥᾳδίως, ἔφη. λέγε γάρ μοι, οὐ πάντας θεοὺς φῂς εὐδαίμονας εἶναι καὶ καλούς; ἢ τολμήσαις ἂν τινα μὴ φάναι καλόν τε καὶ εὐδαίμονα θεῶν εἶναι; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφην. Εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ καλὰ κεκτημένους; Πάνυ γε. Ἀλλὰ * μὴν Ἔρωτά γε ὡμολόγηκας δι' D ἔνδειαν τῶν ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἐπιθυμεῖν αὐτῶν τούτων ὧν ἐνδεής ἐστιν. Ὡμολόγηκα γάρ. Πῶς δ' ἂν οὖν θεὸς εἴη ὅ γε τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἄμοιρος; Οὐδαμῶς, ὥς γ' ἔοικεν. Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σὺ Ἔρωτα οὐ θεὸν νομίζεις; Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως; θνητός; Ἥκιστά γε. Ἀλλὰ τί μήν; Ὥσπερ τὰ πρότερα, ἔφη, μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου. Τί οὖν, ὦ Διοτίμα; Δαίμων μέγας, ὦ Σώκρατες·

*) γρ. Ἦ καὶ ἄν. ἄλλ. Ἤ καὶ ἄν.

ſit neceſſe eſſe? Maxime vero. Vel quicquid non ſapiens, id inſciens? an non intelligis medium quicquam eſſe inter ſapientiam et inſcientiam? Quidnam hoc? Recte iudicare, ut non poſſis rationem reddere, nonne ſcis, inquit, neque eſſe ſcire (res enim rationis expers quomodo poſſit ſcientia eſſe?) neque inſcientiam: id enim quod verum asſequitur quî poſſit inſcientia eſſe? eſt igitur nimirum eiusmodi rectum iudicium ut medium ſit inter prudentiam et inſcientiam. Vera, inquam, dicis. Ne igitur contendas, quod non ſit pulchrum, id deforme eſſe, nec quod non bonum, malum. ita etiam Amorem, quum ipſe confiteare nec bonum eum eſſe nec pulchrum, nihilo tamen magis exiſtima deformem et malum neceſſario eſſe, ſed medium aliquod, inquit, inter haec. At vero, inquam, confitentur certe omnes magnum eum eſſe deum. Inſcientesne, inquit, omnes dicis, an etiam ſcientes? Omnes vero ad unum. Tum illa ridens: Et quî tandem, Socrate, confiteantur magnum eum deum eſſe hi qui dicunt eum ne deum quidem eſſe? Quisnam hi? inquam. Unus, inquit, tu, altera ego. Tum ego Quomodo, inquam, hoc dicis? Et illa Facile, inquit. dic enim mihi: nonne omnes deos dicis beatos eſſe et pulchros? an audebis quemquam negare pulchrum et beatum deorum eſſe? At mehercule, inquam, non ego. Beatos autem nonne dicis eos qui bona et pulchra poſſident? Sane quidem. Iam vero Amorem quidem conceſſiſti quia indigeret bonis ac pulchris appetere haec ipſa quibus indigeret. Conceſſi vero. Quî igitur deus poteſt eſſe qui pulchrorum ac bonorum expers eſt? Minime, ut quidem patet. Vides igitur, inquit, te quoque Amorem non pro deo habere? Quid tandem, inquam, erit Amor? mortalis? Minime vero. Quid igitur? Quemadmodum ſuperiora, inquit, medius inter mortalem et immortalem. Quidnam, Diotima? Lar, qui daemon dicitur, magnus, Socrate; omne enim quod

καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον * μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνη- E
τοῦ. Τίνα, ἦν δ' ἐγώ, δύναμιν ἔχον; Ἑρμηνεῦον καὶ δια-
πορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ πα-
ρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπι-
τάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφο-
τέρων ξυμπληροῖ, ὥςτε τὸ πᾶν *) αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι.
διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων
τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳ-
δὰς * καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. θεὸς δὲ ἀν- 203
θρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία
καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἐγρηγορόσι καὶ
καθεύδουσι· καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς δαιμόνιος
ἀνήρ, ὁ δὲ ἄλλο τι σοφὸς ὢν ἢ περὶ τέχνας ἢ χειρουργίας
τινὰς βάναυσος. οὗτοι δὴ οἱ δαίμονες πολλοὶ καὶ παντοδα-
ποί εἰσιν, εἷς δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ὁ Ἔρως. Πατρὸς δέ, ἦν
δ' ἐγώ, τίνος ἐστὶ καὶ μητρός; Μακρότερον * μέν, ἔφη, B
διηγήσασθαι· ὅμως δέ σοι ἐρῶ. ὅτε γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδί-
τη, εἱστιῶντο οἱ θεοί, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Μήτιδος υἱὸς
Πόρος. ἐπειδὴ δὲ ἐδείπνησαν, προςαιτήσουσα οἷον δὴ εὐωχίας
οὔσης ἀφίκετο ἡ Πενία, καὶ ἦν περὶ τὰς θύρας. ὁ οὖν
Πόρος μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος (οἶνος γὰρ οὔπω ἦν) εἰς τὸν
τοῦ Διὸς κῆπον εἰςελθὼν βεβαρημένος ηὗδεν. ἡ οὖν Πενία
ἐπιβουλεύουσα διὰ τὴν αὑτῆς ἀπορίαν παιδίον ποιήσασθαι
ἐκ τοῦ Πόρου, * κατακλίνεταί τε παρ' αὐτῷ καὶ ἐκύησε C
τὸν Ἔρωτα. διὸ δὴ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θε-
ράπων γέγονεν ὁ Ἔρως, γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης γενεθλί-
οις καὶ ἅμα φύσει ἐραστὴς ὢν περὶ τὸ καλόν, καὶ τῆς Ἀφρο-
δίτης καλῆς οὔσης. ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱὸς ὢν ὁ Ἔρως
ἐν τοιαύτῃ τύχῃ καθέστηκε. πρῶτον μὲν πένης ἀεί ἐστι, καὶ
πολλοῦ δεῖ ἁπαλός τε καὶ καλός, οἷον οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλὰ
σκληρὸς καὶ αὐχμηρὸς καὶ ἀνυπόδητος καὶ * ἄοικος, χαμαιπε- D
τὴς ἀεὶ ὢν καὶ ἄστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαί-
θριος κοιμώμενος, τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων, ἀεὶ ἐνδείᾳ

---

*) Is. ξυμπληροῖ τὸ πᾶν, ὥςτε αὐτό κτλ.

daemonion appellamus medium eſt aliquid inter deum et mortalem. Quamnam, inquam, vim habet? Hanc ut interpretetur atque deferat diis humana et hominibus divina, horum quidem preces et ſacrificia, illorum autem mandata et remunerationes ſacrificiorum. inter utrosque autem interiectus complet univerſum, ita ut in ſemet ipſo colligatum ſit. per hunc etiam praeſagitio omnis procedit et ſacerdotum ars ad ſacrificia et initia et cantiones et divinationem omnem et praeſtigias ſpectans. deus videlicet nullum habet cum homine commercium, ſed in illo omnis conſiſtit communio et colloquium deorum cum hominibus, tam vigilantibus quam dormientibus; et harum rerum intelligens vir eſt divinus, qui vero alius rei cuiuspiam peritus eſt vel artium vel operum manu faciendorum, is illiberalis eſt. hi igitur lares multi ſunt atque varii, et unus eorum eſt etiam Amor. Patre autem, inquam, quo natus eſt et qua matre? Longum quidem eſt, inquit, exponere; tamen tibi dicam. quum enim nata eſſet Venus, convivium concelebrarunt dii, in eis etiam Metidis *) filius Porus **). poſtquam coenaverant, mendicatum venit quippe in epulatione Penia ***), et fuit ad fores. Porus vero ebrius nectare (vinum enim nondum erat) in Iovis hortum ingreſſus erat gravatusque obdormiverat. iam Penia moliens propter inopiam ſuam liberum ſuscipere e Poro, concubuit cum ipſo et concepit Amorem. quocirca etiam Veneris comes ac ſervus exſtitit Amor, genitus in ipſius natalíciis; accedit quod naturâ amator pulchri eſt et Venus pulchra. iam quia Pori ac Peniae filius eſt Amor, huiusmodi ei ſors obtigit. primum quidem pauper ſemper eſt, et tantum abeſt ut tener ſit atque pulcher, ut plerique arbitrantur, ut durus et ſordidus et discalceatus ſit nec domicilium habeat, humi ſemper iacens nec inſtratus, ad fores et in viis ſub divo cubans, matris naturam habens, ſemper

*) Sapientiae. **) Opulentia. ***) Paupertas.

ξύνδικος. κατὰ δὲ αὖ τὸν πατέρα ἐπίβουλός ἐστι τοῖς καλοῖς καὶ τοῖς ἀγαθοῖς *), ἀνδρεῖος ὢν καὶ ἴτης καὶ ξύντονος, θηρευτὴς δεινός, ἀεί τινας πλέκων μηχανάς, καὶ φρονήσεως ἐπιθυμητὴς καὶ πόριμος, φιλοσοφῶν διὰ παντὸς τοῦ βίου, δεινὸς γόης καὶ φαρμακεὺς καὶ σοφιστής· καὶ οὔτε ὡς ἀθάνατος πέφυκεν οὔτε * ὡς θνητός, ἀλλὰ τοτὲ μὲν τῆς E
αὐτῆς ἡμέρας θάλλει καὶ ζῇ, ὅταν εὐπορήσῃ, τοτὲ δὲ ἀποθνήσκει, πάλιν δὲ ἀναβιώσκεται διὰ τὴν τοῦ πατρὸς φύσιν· τὸ δὲ ποριζόμενον ἀεὶ ὑπεκρεῖ, ὥστε οὔτε ἀπορεῖ Ἔρως ποτὲ οὔτε πλουτεῖ. σοφίας τε αὖ καὶ ἀμαθίας ἐν μέσῳ ἐστίν· ἔχει γὰρ ὧδε. θεῶν οὐδεὶς φιλοσοφεῖ οὐδ' * ἐπιθυμεῖ σο- 204
φὸς γενέσθαι· ἔστι γάρ· οὐδ' εἴ τις ἄλλος σοφός, οὐ φιλοσοφεῖ· οὐδ' αὖ οἱ ἀμαθεῖς φιλοσοφοῦσιν οὐδ' ἐπιθυμοῦσι σοφοὶ γενέσθαι· αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστι χαλεπὸν ἀμαθία, τὸ μὴ ὄντα καλὸν κἀγαθὸν μηδὲ φρόνιμον δοκεῖν αὑτῷ εἶναι ἱκανόν. οὔκουν ἐπιθυμεῖ ὁ μὴ οἰόμενος ἐνδεὴς εἶναι οὗ ἂν μὴ οἴηται ἐπιδεῖσθαι. Τίνες οὖν, ἔφην ἐγώ, ὦ Διοτίμα, οἱ φιλοσοφοῦντες, εἰ μήτε οἱ σοφοὶ μήτε οἱ ἀμαθεῖς; Δῆλον δή, * ἔφη, τοῦτό γε ἤδη καὶ παιδί, ὅτι οἱ B
μεταξὺ τούτων ἀμφοτέρων, ὧν αὖ **) καὶ ὁ ἔρως. ἔστι γὰρ δὴ τῶν καλλίστων ἡ σοφία, Ἔρως δ' ἐστὶν ἔρως περὶ τὸ καλόν, ὥστε ἀναγκαῖον Ἔρωτα φιλόσοφον εἶναι, φιλόσοφον δὲ ὄντα μεταξὺ εἶναι σοφοῦ καὶ ἀμαθοῦς. αἰτία δ' αὐτῷ καὶ τούτων ἡ γένεσις· πατρὸς μὲν γὰρ σοφοῦ ἐστὶ καὶ εὐπόρου, μητρὸς δὲ οὐ σοφῆς καὶ ἀπόρου. Ἡ μὲν οὖν φύσις τοῦ δαίμονος, ὦ φίλε Σώκρατες, αὕτη· ὃν δὲ σὺ ᾠήθης Ἔρωτα εἶναι, θαυμαστὸν * οὐδὲν ἔπαθες. ᾠήθης δέ, ὡς C
ἐμοὶ δοκεῖ τεκμαιρομένῃ ἐξ ὧν σὺ λέγεις, τὸ ἐρώμενον Ἔρωτα εἶναι, οὐ τὸ ἐρῶν. διὰ ταῦτά σοι, οἶμαι, πάγκαλος ἐφαίνετο ὁ Ἔρως. καὶ γὰρ ἔστι τὸ ἐραστὸν τὸ τῷ ὄντι καλὸν καὶ ἁβρὸν καὶ τέλεον καὶ μακαριστόν, τὸ δέ γε ἐρῶν ἄλλην

---

*) γρ. τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς καλοῖς.
**) γρ. ἄν.

inopiae contubernalis. secundum patrem vero insidiosus est pulchris ac bonis, fortis et audax et acer, venator incredibilis, semper insidias quasdam instruens, prudentiae appetens opibusque et copiis affluens, philosophans totam per vitam, incredibilis praestigiator et veneficus et sophistes; tum neque immortali est natura neque mortali, sed modo uno et eodem die floret ac vivit, quum copiis affluit, modo emoritur, rursus autem reviviscit propter patris naturam; copiae vero quaeque effluunt, ut neque inops sit Amor umquam neque dives. etiam inter sapientiam et insipientiam interiectus est; res autem sic se habet. deorum nullus philosophatur nec se cupit sapientem exsistere; est enim; nec si quis alius sapiens est philosophatur; neque etiam insipientes philosophantur nec se cupiunt sapientes exsistere; in hoc enim ipso gravis est insipientia quod, qui nec honestus bonusque nec prudens est, sibi videtur perfectus esse in his virtutibus. igitur non appetit is qui non se putat indigere id quo non se putat indigere. Quinam igitur, inquam, Diotima, qui philosophantur, si neque sapientes neque insipientes philosophantur? Intelligit vero, inquit, hoc quidem et puer, eos esse qui inter utrosque interiecti sint, quorum etiam Amor. est videlicet pulcherrimarum rerum sapientia, Amor autem est amor pulchri; ex quo efficitur ut Amor philosophus sit et, quia philosophus, medius inter sapientem et insipientem. causa vero harum quoque rerum est ipsius ortus; patre enim natus est sapiente et opulento, matre autem nec sapiente et inope. Haec igitur est laris natura, care Socrate; de opinione vero in qua tu eras de Amore, nihil miri tibi accidit. opinabaris autem, ut mihi videtur colligenti ex eis quae protulisti, id quod amatur Amorem esse, non id quod amat. iccirco tibi, ni fallor, oppido pulcher videbatur Amor esse. etenim amabile est vere pulchrum et tenerum et perfectum et in felicitate ponendum, amans

ἰδέαν τοιαύτην ἔχον, οἵαν ἐγὼ διῆλθον. Καὶ ἐγὼ εἶπον, Εἶεν δή, ὦ ξένη (καλῶς γὰρ λέγεις), τοιοῦτος ὢν ὁ Ἔρως τίνα χρείαν ἔχει τοῖς ἀνθρώποις; Τοῦτο δὴ μετὰ ταῦτ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, * πειράσομαί σε διδάξαι. ἔστι μὲν γὰρ D
δὴ τοιοῦτος καὶ οὕτω γεγονὼς ὁ Ἔρως, ἔστι δὲ τῶν καλῶν, ὡς σύ φῃς. εἰ δέ τις ἡμᾶς ἔροιτο Τί τῶν καλῶν ἐστιν ὁ Ἔρως, ὦ Σώκρατές τε καὶ Διοτίμα; ὧδε δὲ σαφέστερον ἐρῶ, Ὁ ἐρῶν τῶν καλῶν τί ἐρᾷ; Καὶ ἐγὼ εἶπον ὅτι Γενέσθαι αὐτῷ. Ἀλλ' ἔτι ποθεῖ, ἔφη, ἡ ἀπόκρισις ἐρώτησιν τοιάνδε, Τί ἔσται ἐκείνῳ ᾧ ἂν γένηται τὰ καλά; Οὐ πάνυ ἔφην ἔτι ἔχειν ἐγὼ πρὸς ταύτην τὴν ἐρώτησιν προχείρως ἀποκρίνασθαι. * Ἀλλ', ἔφη, ὥσπερ ἂν εἴ τις μεταβαλὼν, ἀντὶ τοῦ καλοῦ τῷ E
ἀγαθῷ χρώμενος, πυνθάνοιτο Φέρε, ὦ Σώκρατες, ὁ ἐρῶν τῶν ἀγαθῶν τί ἐρᾷ; Γενέσθαι, ἦν δ' ἐγώ, αὐτῷ. Καὶ τί ἔσται ἐκείνῳ ᾧ ἂν γένηται τἀγαθά; Τοῦτ' εὐπορώτερον, ἦν δ' ἐγώ, * ἔχω ἀποκρίνασθαι, ὅτι Εὐδαίμων ἔσται. 205
Κτήσει γάρ, ἔφη, ἀγαθῶν οἱ εὐδαίμονες εὐδαίμονες, καὶ οὐκέτι προσδεῖ ἐρέσθαι, ἵνα τί δὲ *) βούλεται εὐδαίμων εἶναι ὁ βουλόμενος, ἀλλὰ τέλος δοκεῖ ἔχειν ἡ ἀπόκρισις. Ἀληθῆ λέγεις, εἶπον ἐγώ. Ταύτην δὴ τὴν βούλησιν καὶ τὸν ἔρωτα τοῦτον πότερα κοινὸν οἴει εἶναι πάντων ἀνθρώπων, καὶ πάντας τἀγαθὰ βούλεσθαι αὐτοῖς εἶναι ἀεί, ἢ πῶς λέγεις; Οὕτως, ἦν δ' ἐγώ | κοινὸν εἶναι πάντων. Τί δὴ οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ πάντας ἐρᾶν φαμέν, εἴπερ γε πάντες * τῶν B
αὐτῶν ἐρῶσι καὶ ἀεί, ἀλλά τινάς φαμεν ἐρᾶν, τοὺς δ' οὔ; Θαυμάζω, ἦν δ' ἐγώ, καὶ αὐτός. Ἀλλὰ μὴ θαύμαζ', ἔφη· ἀφελόντες γὰρ ἄρα τοῦ ἔρωτός τι εἶδος ὀνομάζομεν, τὸ τοῦ ὅλου ἐπιτιθέντες ὄνομα, ἔρωτα, τὰ δὲ ἄλλα ἄλλοις καταχρώμεθα ὀνόμασιν. Ὥσπερ τί; ἦν δ' ἐγώ. Ὥσπερ τόδε. οἶσθ' ὅτι ποίησίς ἐστί τι πολύ. ἡ γάρ τοι ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὂν ἰόντι ὁτῳοῦν αἰτία πᾶσά ἐστι ποίησις, ὥστε καὶ αἱ ὑπὸ πάσαις ταῖς * τέχναις ἐργασίαι ποιήσεις εἰσὶ καὶ C
οἱ τούτων δημιουργοὶ πάντες ποιηταί. Ἀληθῆ λέγεις. Ἀλλ'

---

*) ἴσ. δή.

vero aliam habet speciem, et illam quidem hanc quam exposui. Tum ego Iam, hospes, inquam, (praeclare enim dicis) quamnam Amor si talis est utilitatem praebet hominibus? Hoc vero deinceps, inquit, Socrate, conabor te docere. est videlicet talis et ita natus Amor, est vero etiam pulchrorum amor, ut tu ais. iam si quis nos roget Quorsum pulchrorum amor est Amor, Socrate et Diotima? ita vero clarius dicam Qui amat pulchra quorsum amat? Tum ego respondi Ut sibi obtingant. Sed adhuc desiderat, inquit, responsio quaestionem hancce Quid habebit is cui obtigerint pulchra? Non sane me dixi iam posse ad hanc quaestionem expedite respondere. At, inquit, velut si quis rem convertens et pro pulchro bonum ponens roget Age, Socrate, qui bona amat quorsum amat? Ut, inquam, obtingant sibi. Et quid habebit is cui obtigerint bona? Ad hoc expeditius, inquam, possum respondere Beatus erit. Possessione enim, inquit, bonorum beati sunt beati, nec amplius opus est interrogare, quid tandem causae sit cur beatus esse velit is qui volt, sed finem videtur habere responsio. Vera dicis, inquam. Hanc igitur voluntatem et amorem hunc an communem putas esse omnibus hominibus omnesque bona velle sibi obtingere semper, an quomodo dicis? Ita, inquam, communem esse omnibus. Quid est igitur, inquit, Socrate, quod non omnes amare dicamus, siquidem omnes eadem amant et semper, sed quosdam dicamus amare, alios non? Admiror, inquam, ipse quoque. At ne admirare, inquit; eximentes enim amoris speciem aliquam generis nomine nuncupamus, amorem, cetera vero aliis afficimus nominibus. Velut quidnam? inquam. Velut hoc. scis poësin, id est confectionem, esse multiplex aliquid. causa enim omnis quae efficit ut quod ante non fuit id in rerum naturam procedat est poësis, ut etiam universarum artium opera sint poëtica harumque opifices omnes poëtae. Vera dicis. Neque tamen,

ὅμως, ἦ δ' ἥ *), οἶσθ' ὅτι οὐ καλοῦνται ποιηταί, ἀλλ' ἄλλα ἔχουσιν ὀνόματα, ἀπὸ δὲ πάσης τῆς ποιήσεως ἓν μόριον ἀφορισθὲν τὸ περὶ τὴν μουσικὴν καὶ τὰ μέτρα τῷ τοῦ ὅλου ὀνόματι προςαγορεύεται· ποίησις γὰρ τοῦτο μόνον καλεῖται, καὶ οἱ ἔχοντες τοῦτο τὸ μόριον τῆς ποιήσεως ποιηταί. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφην. Οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τὸν ἔρωτα· τὸ μὲν κεφάλαιόν * ἐστι πᾶσα ἡ τῶν ἀγαθῶν ἐπιθυμία καὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν ὁ μέγιστός τε καὶ δολερὸς **) ἔρως παντί, ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλῃ ***) τρεπόμενοι πολλαχῇ ἐπ' αὐτόν, ἢ κατὰ χρηματισμὸν ἢ κατὰ φιλογυμναστίαν ἢ κατὰ φιλοσοφίαν, οὔτ' ἐρᾶν καλοῦνται οὔτ' ἐρασταί, οἱ δὲ κατὰ ἕν τι εἶδος ἰόντες καὶ ἐσπουδακότες τὸ τοῦ ὅλου ὄνομα ἔχουσιν †), ἔρωτά τε καὶ ἐρᾶν καὶ ἐρασταί. Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν, ἔφην ἐγώ. Καὶ λέγεται μέν γέ τις, ἔφη, λόγος, ὡς οἳ ἂν τὸ ἥμισυ * ἑαυτῶν ζητῶσιν, οὗτοι ἐρῶσιν· ὁ δ' ἐμὸς λόγος οὔθ' ἡμίσεός φησιν εἶναι τὸν ἔρωτα οὔθ' ††) ὅλου, ἐὰν μὴ τυγχάνῃ γέ που, ὦ ἑταῖρε, ἀγαθὸν ὄν· ἐπεὶ αὑτῶν γε †††) καὶ πόδας καὶ χεῖρας ἐθέλουσιν ἀποτέμνεσθαι οἱ ἄνθρωποι, ἐὰν αὐτοῖς δοκῇ τὰ ἑαυτῶν πονηρὰ εἶναι. οὐ γὰρ τὸ ἑαυτῶν, οἶμαι, ἕκαστοι ἀσπάζονται, εἰ μὴ εἴ τις τὸ μὲν ἀγαθὸν οἰκεῖον καλεῖ καὶ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ κακὸν ἀλλότριον· ὡς οὐδέν γε ἄλλο ἐστὶν * οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ· ἢ σοὶ δοκοῦσιν; Μὰ Δί' οὐκ ἔμοιγε, ἦν δ' ἐγώ. Ἆρ' οὖν, ἦ δ' ἥ ††††), οὕτως ἁπλοῦν ἐστὶ λέγειν ὅτι οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἀγαθοῦ ἐρῶσιν; Ναί, ἔφην. Τί δέ; οὐ προςθετέον, ἔφη, ὅτι καὶ εἶναι τὸ ἀγαθὸν αὐτοῖς ἐρῶσιν; Προςθετέον. Ἆρ' οὖν, ἔφη, καὶ οὐ μόνον εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ εἶναι; Καὶ τοῦτο προςθετέον. Ἔστιν ἄρα ξυλλήβδην, ἔφη, ὁ ἔρως τοῦ τὸ ἀγαθὸν αὑτῷ εἶναι ἀεί. Ἀληθέστατα, ἔφην ἐγώ, λέγεις. Ὅτε δὴ τούτου ὁ ἔρως * ἐστίν, ἦ δ' ἥ, τῶν τίνα τρόπον διωκόντων αὐτὸ καὶ ἐν τίνι πράξει ἡ σπουδὴ καὶ ἡ ξύντα-

D E 206 B

*) γρ. ἤδη. **) ἴσ: δεινότατος ἢ ἄλλο τι.
***) γρ. ἄλλοι. †) ἀλλ. ἴσχουσιν.
††) γρ. οὔτε ἡμίσεος — οὔτε ὅλου.
†††) γρ. τε. ††††) γρ. ἤδη.

ut fcis, inquit, vocantur poëtae, fed alia habent nomina, particula vero una ab univerfa poëfi feparata, ea quae mufica ac modis continetur, generis nomine nuncupatur; poëfis enim haec fola vocatur et qui hanc tractant particulam poëfis poëtae. Eadem eft amoris quoque ratio: in univerfum quidem eft quaevis bonorum et felicitatis appetitio maximus cuique ac vehementiffimus amor, fed qui aliis multis rationibus ad eum tendunt, vel pecuniae vel palaeftrae vel philofophiae ftudentes, neque amare dicuntur neque amatores, qui vero unam aliquam fpeciem fequuntur et in eam incumbunt generis nomen habent, amoris, et amare dicuntur amatoresque. Haud fane periculum eft, inquam, ne non vere dicas. Ac dicitur quidem, inquit, fententia, eos qui dimidium fui quaerant amare, mea vero fententia neque dimidium appetit amor neque totum, nifi fi, amice, bonum eft; nam fuos certe pedes et manus abfcidi fibi patiuntur homines, fi ipfis videntur non probe affecta effe. neque enim fua, opinor, quisque diligit, nifi fi quis bonum proprium vocat et fuum, malum vero alienum; quippe nihil aliud eft quod amant homines nifi bonum; an tibi videntur? Non hercle mihi, inquam. Num vero, inquit, fic fimpliciter poteft dici homines bonum amare? Vero, inquam. Quid? nonne addendum, eos amare etiam bonum fibi effe? Addendum vero. Nonne, inquit, non folum effe, verum etiam femper effe? Hoc quoque addendum. Eft igitur in univerfum, inquit, amor cupiditas boni femper poffidendi. Veriffime, inquam, dicis. Iam fi huius cupiditas eft amor, inquit, quale et quanam actione id fectandi ftudium atque contentio

σις *) ἔρως ἂν καλοῖτο; τί τοῦτο τυγχάνει ὂν τὸ ἔργον;
ἔχεις εἰπεῖν; Οὐ μέντ' ἂν σέ, ἔφην ἐγώ **), ὦ Διοτίμα,
ἐθαύμαζον ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἐφοίτων παρὰ σὲ αὐτὰ ταῦτα μα-
θησόμενος. Ἀλλ' ἐγώ σοι, ἔφη, ἐρῶ. ἔστι γὰρ τοῦτο τό-
κος ἐν καλῷ καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχήν. Μαν-
τείας, ἦν δ' ἐγώ, δεῖται ὅ τί ποτε λέγεις, καὶ οὐ μανθάνω.
Ἀλλ' ἐγώ, ἦ δ' ἥ ***), * σαφέστερον ἐρῶ. κύουσι γάρ, C
ἔφη, ὦ Σώκρατες, πάντες ἄνθρωποι καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ
κατὰ τὴν ψυχήν, καὶ ἐπειδὰν ἔν τινι ἡλικίᾳ γένωνται, τί-
κτειν ἐπιθυμεῖ ἡμῶν ἡ φύσις· τίκτειν δὲ ἐν μὲν αἰσχρῷ οὐ
δύναται, ἐν δὲ τῷ καλῷ· ἡ γὰρ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ξυν-
ουσία τόκος ἐστίν. †) ἔστι δὲ τοῦτο θεῖον τὸ πρᾶγμα, καὶ
τοῦτο ἐν θνητῷ ὄντι τῷ ζώῳ ἀθάνατόν ἐστιν ††), ἡ κύησις
καὶ ἡ γέννησις. ταῦτα δ' ἐν τῷ ἀναρμόστῳ ἀδύνατον γενέ-
σθαι· ἀνάρματον δ' ἐστὶ * τὸ αἰσχρὸν παντὶ τῷ θείῳ, τὸ D
δὲ καλὸν ἁρμόττον. Μοῖρα οὖν καὶ Εἰλείθυια ἡ καλλονή
ἐστι τῇ γενέσει. διὰ ταῦτα ὅταν μὲν καλῷ προςπελάζῃ τὸ
κυοῦν, ἵλεών τε δὴ γίγνεται καὶ εὐφραινόμενον διαχεῖται
καὶ τίκτει τε καὶ γεννᾷ· ὅταν δὲ αἰσχρῷ, σκυθρωπόν τε καὶ
λυπούμενον ξυσπειρᾶται καὶ ἀποτρέπεται καὶ ἀνίλλεται †††)
καὶ οὐ γεννᾷ, ἀλλὰ ἴσχον τὸ κύημα χαλεπῶς φέρει. ὅθεν
δὴ τῷ κυοῦντί τε καὶ ἤδη σπαργῶντι πολλὴ ἡ πτόησις γέ-
γονε * περὶ τὸ καλόν, διὰ τὸ μεγάλης ὠδῖνος ἀπολύειν τὸν E
ἔχοντα. ἔστι γάρ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ τοῦ καλοῦ ὁ ἔρως,
ὡς σὺ οἴει. Ἀλλὰ τί μήν; Τῆς γεννήσεως καὶ τοῦ τόκου
ἐν τῷ καλῷ. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τί
δὴ οὖν τῆς γεννήσεως; Ὅτι ἀειγενές ἐστι καὶ ἀθάνατον ὡς
θνητῷ ἡ γέννησις, ἀθανασίας * δὲ ἀναγκαῖον ἐπιθυμεῖν 207
μετὰ ἀγαθοῦ ἐκ τῶν ὡμολογημένων; εἴπερ τοῦ τἀγαθὸν ††††)
ἑαυτῷ εἶναι ἀεὶ ὁ ἔρως ἐστίν. ἀναγκαῖον δὴ ἐκ τούτου τοῦ
λόγου, καὶ τῆς ἀθανασίας τὸν ἔρωτα εἶναι.

---

*) γρ. τοῦτο ὁ ἔρως ἐστὶν ἀεί, ἤδη τῶν — αὐτὸν — ἡ σύστασις. **) ἴσ. ἔφην, ἐγώ. ***) γρ. ἤδη.
†) ἴσ. ἐν δὲ τῷ καλῷ. ἔστι δὲ τοῦτο κτλ.
††) ἄλλ. ἀθάνατον ἔνεστιν. †††) γρ. ἀνειλλεται, ἀνειλεῖται. ††††) γρ. τοῦ ἀγαθοῦ.

amor vocabitur? quodnam hoc est negotium? habes dicere? At vero te, inquam, ego, Diotima, non admirarer de sapientia nec ventitarem ad te haec ipsa percepturus. Ita ego tibi, inquit, dicam. est enim hoc partus in pulchro et ad corpus et ad animum. Divinationis, inquam, est perspicere quid tandem dicas, nec intelligo. Iam ego, inquit, clarius dicam. gravidati enim sunt, Socrate, omnes homines et ad corpus et ad animum, et quum in aetatem venerunt, gignere cupit nostra natura; gignere autem in deformi non potest, sed in pulchro [viri enim cum muliere concubitus est partus]. est autem haec res divina, et hoc in animante mortali immortale est, graviditas et procreatio. hae vero in eo quod discrepat nequeunt fieri; et discrepat deforme a divino quoque, pulchrum vero concinit. Parca igitur et Lucina est pulchritudo procreationi. quocirca si ad pulchrum appropinquat id quod gravidatum est, laetum fit et iucunditate perfunditur et parit et procreat; sin ad deforme, tristitia et dolore contrahitur, sese avertit ac retro torquet, nec procreat, sed retinens fetum gravatur. unde gravidatum et iamiam pariendi cupiditate flagrans tanto pulchri desiderio aestuat; quippe magno liberatur dolore pulchri compos. est enim, Socrate, inquit, non pulchri cupiditas amor, ut tu censes. At cuius tandem rei? Procreationis ac partus in pulchro. Esto, inquam. Sane quidem ita est, inquit. Quomodo autem procreationis? Quia sempiterna et immortalis mortali est procreatio, immortalitatem vero cum bono mortale appetat necesse est ex eis quae concessa sunt, siquidem amor perpetuae boni possessionis est cupiditas. efficitur igitur ex hac ratione, etiam immortalitatis cupiditatem esse amorem.

Ταῦτά τε οὖν πάντα ἐδίδασκέ με, ὁπότε περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγους ποιοῖτο, καί ποτε ἤρετο Τί οἴει, ὦ Σώκρατες, αἴτιον εἶναι τούτου τοῦ ἔρωτος καὶ τῆς ἐπιθυμίας; ἢ οὐκ αἰσθάνει ὡς δεινῶς διατίθεται πάντα τὰ θηρία, ἐπειδὰν γεννᾶν ἐπιθυμήσῃ, καὶ τὰ πεζὰ καὶ τὰ * πτηνά, νοσοῦντά τε πάντα καὶ ἐρωτικῶς διατιθέμενα, πρῶτον μὲν περὶ τὸ ξυμμιγῆναι ἀλλήλοις, ἔπειτα περὶ τὴν τροφὴν τοῦ γενομένου, καὶ ἕτοιμά ἐστιν ὑπὲρ τούτων καὶ διαμάχεσθαι τὰ ἀσθενέστατα τοῖς ἰσχυροτάτοις καὶ ὑπεραποθνήσκειν, καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινόμενα, ὥστ' ἐκεῖνα ἐκτρέφειν, καὶ ἄλλο πᾶν ποιοῦντα. τοὺς μὲν γὰρ ἀνθρώπους, ἔφη, οἴοιτ' ἄν τις ἐκ λογισμοῦ ταῦτα ποιεῖν· τὰ δὲ θηρία τίς αἰτία οὕτως ἐρωτικῶς * διατίθεσθαι; ἔχεις λέγειν; Καὶ ἐγὼ αὖ ἔλεγον ὅτι οὐκ εἰδείην. Ἡ δ' εἶπε, Διανοεῖ οὖν δεινός ποτε γενήσεσθαι τὰ ἐρωτικά, ἐὰν ταῦτα μὴ ἐννοῇς; Ἀλλὰ διὰ ταῦτά τοι, ὦ Διοτίμα, ὅπερ νῦν δὴ εἶπον, παρὰ σὲ ἥκω, γνοὺς ὅτι διδασκάλων δέομαι. ἀλλά μοι λέγε καὶ τούτων τὴν αἰτίαν καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ τὰ ἐρωτικά. Εἰ τοίνυν, ἔφη, πιστεύεις ἐκείνου εἶναι φύσει τὸν ἔρωτα οὗ πολλάκις ὡμολογήκαμεν, μὴ θαύμαζε. ἐνταῦθα γὰρ * τὸν αὐτὸν ἐκείνῳ λόγον ἡ θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος· δύναται δὲ ταύτῃ μόνον, τῇ γενέσει, ὅτι ἀεὶ καταλείπει ἕτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ. ἐπεὶ καὶ ἓν ἕκαστον τῶν ζώων *) ζῆν καλεῖται καὶ εἶναι τὸ αὐτό, οἷον ἐκ παιδαρίου ὁ αὐτὸς λέγεται ἕως ἂν πρεσβύτης γένηται· οὗτος μέντοι οὐδέποτε τὰ αὐτὰ ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὅμως ὁ αὐτὸς καλεῖται, ἀλλὰ νέος ἀεὶ γιγνόμενος, τὰ δὲ ἀπολλύς, καὶ κατὰ τὰς τρίχας καὶ σάρκα καὶ * ὀστᾶ καὶ αἷμα καὶ ξύμπαν τὸ σῶμα. καὶ μὴ ὅτι κατὰ τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ψυχήν· οἱ τρόποι, τὰ ἤθη, δόξαι, ἐπιθυμίαι, ἡδοναί, λῦπαι, φόβοι, τούτων ἕκαστα οὐδέποτε τὰ αὐτὰ πάρεστιν ἑκάστῳ, ἀλλὰ τὰ μὲν γίγνεται, τὰ δὲ ἀπόλλυται.

B C D E

*) Is. ἐν ᾧ ζῆν καλεῖται.

Quum haec omnia me docuit, quotiescumque de rebus amatoriis verba fecit, tum aliquando ex me quaesivit Quamnam arbitraris, Socrate, causam esse huius amoris atque cupiditatis? an non animadvertis quam graviter sint affecta omnia animalia, quando parere cupiant, tam terrestria quam volatilia, aegrotantia omnia et amore correpta, primum quidem corporum inter se commiscendorum, deinde prolis alendae, et parata sint pro his etiam pugnare imbecillima cum valentissimis et mortem pro eis occumbere, et ipsa se fame cruciantia, quo illa nutriant, et aliud quodvis praestantia. homines enim, inquit, forsitan quispiam existimaverit e ratiocinatione haec facere, animalia vero quid causae est cur amore tanto opere inflammentur? habes dicere? Atque ego respondi me nescire. Tum illa Num putas, inquit, fore umquam ut in rei amatoriae scientia excellas, haec non perspecta habens? At vero hanc ob causam, Diotima, id quod supra dixi, ad te venio, intelligens doctoribus mihi opus esse. ita dic mihi et horum causam et reliquorum ad amorem spectantium. Si igitur persuasum habes, inquit, illius cupiditatem esse amorem per se cuius saepenumero concessimus, ne mirare. hoc enim loco perinde ut illo mortalis natura cupit se pro viribus et semper esse et immortalem; potest autem id hac tantum ratione, procreatione, quia semper relinquit alterum novum pro vetusto. etenim unumquodque etiam animantium se sic habet quamdiu vivere dicitur et idem esse, veluti a pueritia idem aliquis dicitur, dum senectutem adeptus est; hic vero idem appellatur, licet numquam eadem habeat, sed ad alia semper novus exsistat, alia amittat, et ad crines, carnem, ossa, sanguinem et ad universum corpus. atque non solum ad corpus, verum etiam ad animum; mores enim, consuetudines, opiniones, cupiditates, voluptates, dolores, timores, horum quodque numquam idem adest cuique, sed alia exsistunt, alia intereunt. multo autem

πολὺ δὲ τούτων ἀτοπώτερόν ἐστιν *) ὅτι καὶ αἱ ἐπιστῆμαι
μὴ ὅτι αἱ μὲν γίγνονται, * αἱ δὲ ἀπόλλυνται ἡμῖν, καὶ 208
οὐδέποτε οἱ αὐτοί ἐσμεν οὐδὲ κατὰ τὰς ἐπιστήμας, ἀλλὰ
καὶ μία ἑκάστη τῶν ἐπιστημῶν ταὐτὸν πάσχει. ὃ γὰρ κα-
λεῖται μελετᾶν, ὡς ἐξιούσης ἐστὶ τῆς ἐπιστήμης· λήθη γὰρ
ἐπιστήμης ἔξοδος, μελέτη δὲ πάλιν καινὴν ἐμποιοῦσα ἀντὶ
τῆς ἀπιούσης μνήμην σώζει τὴν ἐπιστήμην, ὥςτε τὴν αὐτὴν
δοκεῖν εἶναι. τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ πᾶν τὸ θνητὸν σώζεται,
οὐ τῷ παντάπασι τὸ αὐτὸ ἀεὶ εἶναι, ὥςπερ τὸ θεῖον, ἀλλὰ
τῷ * τὸ ἀπιὸν καὶ παλαιούμενον ἕτερον νέον ἐγκαταλείπειν B
οἷον αὐτὸ ἦν. ταύτῃ τῇ μηχανῇ, ὦ Σώκρατες, ἔφη, θνη-
τὸν ἀθανασίας μετέχει, καὶ σῶμα καὶ τἄλλα πάντα· ἀθάνα-
τον **) δὲ ἄλλῃ. μὴ οὖν θαύμαζε, εἰ τὸ αὑτοῦ ἀποβλάστη-
μα φύσει πᾶν τιμᾷ· ἀθανασίας γὰρ χάριν παντὶ αὕτη ἡ
σπουδὴ καὶ ὁ ἔρως ἕπεται. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας τὸν λόγον
ἐθαύμασά τε καὶ εἶπον Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ σοφωτάτη Διο-
τίμα, ταῦτα ὡς ἀληθῶς οὕτως ἔχει; * Καὶ ἥ, ὥςπερ οἱ τέ- C
λεοι σοφισταί, Εὖ ἴσθι, ἔφη, ὦ Σώκρατες· ἐπεί γε καὶ
τῶν ἀνθρώπων εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν φιλοτιμίαν βλέψαι, θαυ-
μάζοις ἂν τῆς ἀλογίας περὶ ἃ ***) ἐγὼ εἴρηκα, εἰ μὴ ἐννο-
εῖς ἐνθυμηθεὶς ὡς δεινῶς διάκεινται ἔρωτι τοῦ ὀνομαστοὶ
γενέσθαι καὶ κλέος ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀθάνατον καταθέσθαι,
καὶ ὑπὲρ τούτου κινδύνους τε κινδυνεύειν ἕτοιμοί εἰσι πάν-
τας, ἔτι μᾶλλον †) ἢ ὑπὲρ τῶν παίδων, καὶ χρήματ' ἀνα-
λίσκειν καὶ * πόνους πονεῖν οὑςτινασοῦν καὶ ὑπεραποθνή- D
σκειν. ἐπεὶ οἴει σύ, ἔφη, Ἄλκηστιν ὑπὲρ Ἀδμήτου ἀποθα-
νεῖν ἄν, ἢ Ἀχιλλέα Πατρόκλῳ ἐπαποθανεῖν, ἢ προαποθα-
νεῖν ἂν τὸν ὑμέτερον Κόδρον ὑπὲρ τῆς βασιλείας τῶν παί-
δων, μὴ οἰομένους ἀθάνατον μνήμην ἀρετῆς περὶ ††) ἑαυ-
τῶν ἔσεσθαι, ἣν νῦν ἡμεῖς ἔχομεν; πολλοῦ γε δεῖ, ἔφη,
ἀλλ', οἶμαι, ὑπὲρ ἀρετῆς ἀθανάτου καὶ τοιαύτης δόξης εὐ-
κλεοῦς πάντες πάντα ποιοῦσιν, ὅτῳ ἂν ἀμείνους * ὦσι, το- E
σούτῳ μᾶλλον· τοῦ γὰρ ἀθανάτου ἐρῶσιν. οἱ μὲν οὖν ἐγ-

*) ἄλλ. ἀτοπώτερον ἔτι. **) ἴσ. ἀδύνατον.
***) ἴσ. ἀλογίας, ἃ ἐγὼ εἴρηκα εἰ μὴ ἐννοεῖς.
†) γρ. πάντας μᾶλλον. ††) ἴσ. ἀρετῆς πέρι.

his admirabilius hoc est quod etiam scientiae non solum aliae exsistunt, aliae intereunt nobis, ita ut numquam iidem simus ad scientias, verum etiam in unamquamque scientiarum idem cadit. quod enim dicitur meditari id abisse significat scientiam; oblivio est enim scientiae discessus. meditatio vero rursum novam iniiciens pro elapsa memoriam servat scientiam, ut eadem videatur esse. hoc enim modo quodque mortale servatur, non quod prorsus idem semper est, sicut divinum, sed quod elapsum et inveteratum aliud novum relinquit quale ipsum erat. hac ratione, Socrate, inquit, mortale immortalitatis fit particeps, et corpus et reliqua omnia; aliâ non potest. ne igitur mirare, suam prolem naturâ quodque colere; immortalitatis enim causa quemque hoc studium et amor sequitur. Tum ego hoc sermone audito admiratus sum atque dixi Itane, inquam, sapientissima Diotima? haec vere se sic habent? Et illa, sicuti perfecti sophistae, Sat scito, inquit, Socrate; nam ad hominum quoque si vis ambitionem spectare, miraberis eorum temeritatem, nisi quae ego dixi perspexeris tecum reputans, quam graviter affecti sint amore nominis habendi et gloriae suae immortalitati mandandae, et hanc ob rem pericula suscipere parati sint omnia, etiam magis quam pro liberis, et pecuniam impendere et labores exantlare quoslibet et mortem oppetere. etenim censes tu, inquit, Alcestin pro Admeto morituram, vel Achillem post Patroclum mortem obiturum, vel ante oppetiturum fuisse mortem Codrum vestrum pro regno filiorum, nisi existimassent immortalem fore virtutis suae memoriam, quam nunc tenemus? longe sane abest, inquit, immo, ut arbitror, propter virtutem immortalem et eiusmodi famam gloriosam omnes omnia faciunt, quanto meliores sunt, tanto magis: immortale enim amant. iam qui gra-

κύμονες, ἔφη, κατὰ σώματα ὄντες πρὸς τὰς γυναῖκας μᾶλ-
λον τρέπονται καὶ ταύτῃ ἐρωτικοί εἰσι, διὰ παιδογονίας ἀθα-
νασίαν καὶ μνήμην καὶ εὐδαιμονίαν, ὡς οἴονται, αὐτοῖς εἰς
τὸν ἔπειτα χρόνον πάντα ποριζόμενοι· οἱ δὲ κατὰ τὴν ψυ-
χήν· * εἰσὶ γὰρ οὖν, ἔφη, οἳ καὶ ἐν ταῖς ψυχαῖς κυοῦσιν *) 209
ἔτι μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς σώμασιν, ἃ ψυχῇ προσήκει καὶ κυῆ-
σαι καὶ κυεῖν **). τί οὖν προσήκει; φρόνησίν τε καὶ τὴν
ἄλλην ἀρετήν· ὧν δή εἰσι καὶ οἱ ποιηταὶ πάντες γεννήτορες
καὶ τῶν δημιουργῶν ὅσοι λέγονται εὑρετικοὶ εἶναι· πολὺ δὲ
μεγίστη, ἔφη, καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως ἡ περὶ τὰς τῶν
πόλεών τε καὶ οἰκήσεων διακοσμήσεις, ᾗ δὴ ὄνομά ἐστι σωφρο-
σύνη τε καὶ δικαιοσύνη. τούτων δ' αὖ ὅταν τις ἐκ νέου
* ἐγκύμων ᾖ τὴν ψυχὴν θεῖος ὤν, καὶ ἡκούσης τῆς ἡλι- B
κίας τίκτειν τε καὶ γεννᾶν ἤδη ἐπιθυμῇ ***), ζητεῖ δή, οἶ-
μαι, καὶ οὗτος περιιὼν τὸ καλὸν ἐν ᾧ ἂν γεννήσειεν· ἐν
τῷ γὰρ αἰσχρῷ οὐδέποτε γεννήσει. τά τε οὖν σώματα τὰ καλὰ μᾶλ-
λον ἢ τὰ αἰσχρὰ ἀσπάζεται ἅτε κυῶν, καὶ ἐὰν ἐντύχῃ ψυ-
χῇ καλῇ καὶ γενναίᾳ καὶ εὐφυεῖ, πάνυ δὴ ἀσπάζεται τὸ ξυν-
αμφότερον, καὶ πρὸς τοῦτον τὸν ἄνθρωπον εὐθὺς εὐπορεῖ
λόγων περὶ ἀρετῆς καὶ [περὶ] οἷον χρὴ εἶναι τὸν * ἄνδρα C
τὸν ἀγαθὸν καὶ ἃ ἐπιτηδεύειν, καὶ ἐπιχειρεῖ παιδεύειν.
ἁπτόμενος γάρ, οἶμαι, τοῦ καλοῦ καὶ ὁμιλῶν αὐτῷ, ἃ πά-
λαι ἐκύει, τίκτει καὶ γεννᾷ, καὶ παρὼν καὶ ἀπὼν μεμνημέ-
νος καὶ τὸ γεννηθὲν ξυνεκτρέφει κοινῇ μετ' ἐκείνου, ὥστε
πολὺ μείζω κοινωνίαν τῆς τῶν παίδων πρὸς ἀλλήλους οἱ
τοιοῦτοι ἴσχουσι καὶ φιλίαν βεβαιοτέραν, ἅτε καλλιόνων καὶ
ἀθανατωτέρων παίδων κεκοινωνηκότες. καὶ πᾶς ἂν δέξαι-
το ἑαυτῷ τοιούτους παῖδας μᾶλλον γεγονέναι * ἢ τοὺς ἀν- D
θρωπίνους, καὶ εἰς Ὅμηρον ἀποβλέψας καὶ Ἡσίοδον καὶ
τοὺς ἄλλους ποιητὰς τοὺς ἀγαθοὺς ζηλῶν †), οἷα ἔκ-
γονα ἑαυτῶν καταλείπουσιν, ἃ ἐκείνοις ἀθάνατον κλέος
καὶ μνήμην παρέχεται αὐτὰ τοιαῦτα ὄντα· εἰ δὲ βούλει, ἔφη,
οἵους Λυκοῦργος παῖδας κατελίπετο ἐν Λακεδαίμονι σωτῆρας

*) ἄλλ. κύουσιν. **) ἄλλ. κύειν.
***) γρ. ἐπιθυμεῖ, ζητεῖ. †) ἴσ. ζηλοίη.

vidati sunt, inquit, corporibus ad mulieres potius sese convertunt et hac ratione amatorii sunt, liberorum procreatione immortalitatem et memoriam et felicitatem, ut opinantur, sibi in omne posterum tempus comparantes. de illis vero qui ad animum gravidi — sunt enim, inquit, qui etiam animo concipiant multo magis quam corpore, quae animo convenit et concepisse et concipere. iam quid convenit? prudentiam ceterasque virtutes; quarum videlicet sunt poëtae omnes procreatores et opifices quotquot dicuntur inventores esse; longe autem maxima, inquit, et pulcherrima prudentia est haec quae in rei publicae ac domesticae temperatione versatur, moderatio illa quidem et iustitia nuncupata — horum igitur quoque si quis a puero praegnans est ad animum quippe divinus, et procedente aetate parere et procreare iam cupit, quaerit, opinor, etiam hic oberrans pulchrum in quo procreet; in deformi enim nunquam procreabit. corpora igitur non solum pulchra magis quam deformia diligit quippe parturiens, sed etiam, si animum offendit pulchrum et generosum et bona indole praeditum, plane diligit utrumque, et ad hunc hominem statim affluit orationibus de virtute: qualem oporteat virum esse bonum et quibus studere, eumque instituit erudire. tangens enim, opinor, pulchrum eoque utens, quibus iamdudum gravidatus erat, haec parit ac procreat, et tam praesens quam absens memoria tenens etiam prolem una cum illo educat, ut longe maior inter hos sit communio quam quae ad liberos procreandos spectat et amicitia stabilior, quippe inter quos pulchriores magisque immortales liberi sint communes. et quilibet sane maluerit tales sibi liberos gigni quam humanos, et Homerum, Hesiodum reliquosque poëtas bonos respiciens beatos hos habuerit, quod eiusmodi fetus reliquerint qui immortalem ipsis gloriam et memoriam attulerint ipsi se sic habentes; vel si mavis, Lycurgum, quod tales reliquerit liberos Lacedaemone

τῆς Λακεδαίμονος καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν τῆς Ἑλλάδος. τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων διὰ τὴν τῶν νόμων γέννησιν, καὶ ἄλλοι * ἄλλοθι πολλαχοῦ ἄνδρες καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ ἐν βαρ- E
βάροις, πολλὰ καὶ καλὰ ἀποφηνάμενοι ἔργα, γεννήσαντες παντοίαν ἀρετήν· ὧν καὶ ἱερὰ πολλὰ ἤδη γέγονε διὰ τοὺς τοιούτους παῖδας, διὰ δὲ τοὺς ἀνθρωπίνους οὐδενός πω.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐρωτικὰ ἴσως, ὦ Σώκρατες, κἂν σὺ μυηθείης, τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐποπτικά, * ὧν ἕνεκα καὶ ταῦ- 210
τα ἔστιν, ἐάν τις ὀρθῶς μετίῃ, οὐκ οἶδ' εἰ οἷός τ' ἂν εἴης. ἐρῶ μὲν οὖν, ἔφη, ἐγὼ καὶ προθυμίας οὐδὲν ἀπολείψω· πειρῶ δὲ ἕπεσθαι, ἂν οἷός τε ᾖς. Δεῖ γάρ, ἔφη, τὸν ὀρθῶς ἰόντα ἐπὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα ἄρχεσθαι μὲν νέον ὄντα ἰέναι ἐπὶ τὰ καλὰ σώματα, καὶ πρῶτον μέν, ἐὰν ὀρθῶς ἡγῆται ὁ ἡγούμενος, ἑνὸς αὐτὸν *) σώματος ἐρᾶν καὶ ἐνταῦθα γεννᾶν λόγους καλούς, ἔπειτα δὲ αὐτὸν κατανοῆσαι ὅτι τὸ κάλλος τὸ ἐπὶ ὁτῳοῦν σώματι * τῷ ἐπὶ ἑτέρῳ σώματι B
ἀδελφόν ἐστι, καὶ εἰ δεῖ διώκειν τὸ ἐπ' εἴδει καλόν, πολλὴ ἄνοια μὴ οὐχ ἕν τε καὶ ταὐτὸν ἡγεῖσθαι τὸ ἐπὶ πᾶσι τοῖς σώμασι κάλλος· τοῦτο δ' ἐννοήσαντα καταστῆναι πάντων τῶν καλῶν σωμάτων ἐραστήν, ἑνὸς δὲ τὸ σφόδρα τοῦτο χαλάσαι καταφρονήσαντα καὶ σμικρὸν ἡγησάμενον· μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς κάλλος τιμιώτερον ἡγήσασθαι τοῦ ἐν τῷ σώματι, ὥστε καὶ ἂν ἐπιεικὴς ὢν τὴν ψυχήν τις καὶ ἐὰν **)
* σμικρὸν ἄνθος ἔχῃ, ἐξαρκεῖν αὐτῷ, καὶ ἐρᾶν καὶ κήδε- C
σθαι καὶ τίκτειν λόγους τοιούτους [καὶ ζητεῖν], οἵτινες ποιήσουσι βελτίους τοὺς νέους, ἵνα ἀναγκασθῇ αὖ θεάσασθαι τὸ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι καὶ τοῖς νόμοις καλὸν καὶ τοῦτ' ἰδεῖν ὅτι πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυγγενές ἐστι, ἵνα τὸ ***) περὶ τὸ σῶμα καλὸν σμικρόν τι ἡγήσηται εἶναι. μετὰ δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας ἀγαγεῖν, ἵνα ἴδῃ αὖ ἐπιστημῶν κάλλος καὶ βλέπων πρὸς πολὺ ἤδη τὸ καλὸν * μηκέτι τὸ παρ' D
ἑνί, ὥσπερ οἰκέτης ἀγαπῶν παιδαρίου κάλλος ἢ ἀνθρώπου

*) ἄλλ. αὐτῶν. **) ἴσ. καὶ σμικρόν.
***) ἴσ. ἵνα ἀναγκασθεὶς — ἐστι, τὸ περὶ τ. σ.

qui servatores exstiterint Lacedaemonis et prope dixerim Graeciae. in honore apud vos habetur etiam Solon propter legum procreationem, et alii apud alios multos viri tam Graecos quam barbaros, multa pulchra qui ediderunt opera, multiplicem procreantes virtutem: quibus etiam sacra multa iam constituta sunt propter tales liberos, propter humanos autem nulli umquam.

His vero amatoriis fortasse, Socrate, tu quoque initiari poteris, perfectis autem ac summis, quorum causa etiam haec sunt, si quis recte ea exposuerit, nescio an possis. dicam vero, inquit, ego nec operae parcam; tu conare sequi, si potueris. Oportet enim, inquit, recte ad hanc rem aggredientem incipere iuvenem ad pulchra corpora adire, et primum quidem, si recte ducat is qui ducat, unum amare corpus et hîc procreare sermones pulchros, tum vero perspicere pulchritudinem in quocumque corpore geminam esse pulchritudinis in altero corpore, et si oporteat speciem pulchri appeti, magnae fore insipientiae non unam et eandem existimare omnium corporum pulchritudinem; hoc autem cognitum habentem omnium exsistere pulchrorum corporum amatorem, et vehementem illam unius cupiditatem remittere contemnentem id et parvi aestimantem; tum pulchritudinem in animis maioris aestimare quam quae in corpore inest, ut etiam, si quis proba sit indole, corpore autem parum floreat, satis habeat et amet et curet et pariat huiusmodi sermones, qui meliores reddant iuvenes, ut coactus pulchrum quoque quod in studiis ac legibus inest spectare et hoc perspicere quodque ipsum sibi cognatum esse pulchritudinem corporis parvi aestimet. post studia vero ad scientias duci oportet, ut cognoscat etiam scientiarum pulchritudinem et intuens pulchritudinem late patentem iam non unius, sicut servus, diligat pulchritudi-

τινὸς ἢ ἐπιτηδεύματος ἑνός, δουλεύων *) φαῦλος ᾖ καὶ σμι-
κρολόγος, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τετραμμένος τοῦ καλοῦ
καὶ θεωρῶν πολλοὺς καὶ καλοὺς λόγους καὶ μεγαλοπρεπεῖς
τίκτῃ καὶ διανοήματα ἐν φιλοσοφίᾳ ἀφθόνῳ, ἕως ἂν ἐνταῦ-
θα ῥωσθεὶς καὶ αὐξηθεὶς κατίδῃ τινὰ ἐπιστήμην μίαν τοιαύ-
την, ἥ ἐστι καλοῦ τοιοῦδε. Πειρῶ δέ μοι, ἔφη, τὸν νοῦν
* προσέχειν ὡς οἷόν τε μάλιστα. ὃς γὰρ ἂν μέχρι ἐνταῦθα E
πρὸς τὰ ἐρωτικὰ παιδαγωγηθῇ, θεώμενος ἐφεξῆς τε καὶ
ὀρθῶς τὰ καλά, πρὸς τέλος ἤδη ἰὼν τῶν ἐρωτικῶν ἐξαίφνης
κατόψεταί τι θαυμαστὸν τὴν φύσιν καλόν, τοῦτο ἐκεῖνο,
ὦ Σώκρατες, οὗ δὴ ἕνεκεν καὶ οἱ ἔμπροσθεν πάντες πόνοι
ἦσαν, πρῶτον μὲν ἀεὶ ὂν * καὶ οὔτε γιγνόμενον οὔτε ἀπολ- 211
λύμενον, οὔτε αὐξανόμενον οὔτε φθῖνον, ἔπειτα οὐ τῇ μὲν
καλόν, τῇ δ' αἰσχρόν, οὐδὲ τοτὲ μέν, τοτὲ δ' οὔ, οὐδὲ πρὸς
μὲν τὸ καλόν, πρὸς δὲ τὸ αἰσχρόν, οὐδ' ἔνθα μὲν καλόν,
ἔνθα δὲ αἰσχρόν, ὡς τισὶ μὲν ὂν καλόν, τισὶ δὲ αἰσχρόν·
οὐδ' αὖ φαντασθήσεται αὐτὸ **) τὸ καλὸν οἷον πρόσωπόν
τι οὐδὲ χεῖρες οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ὧν σῶμα μετέχει, οὐδέ τις
λόγος οὐδέ τις ἐπιστήμη, οὐδέ που ὂν ἐν ἑτέρῳ τινί, οἷον
ἐν ζώῳ ἢ ἐν γῇ ἢ ἐν οὐρανῷ * ἢ ἔν τῳ ἄλλῳ, ἀλλὰ αὐτὸ B
καθ' αὑτὸ μεθ' αὑτοῦ μονοειδὲς ἀεὶ ὄν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα
καλὰ ἐκείνου μετέχοντα τρόπον τινὰ τοιοῦτον, οἷον, γιγνο-
μένων τε τῶν ἄλλων καὶ ἀπολλυμένων, μηδὲν ἐκεῖνο μήτε
τι πλέον μήτε ἔλαττον γίγνεσθαι μηδὲ πάσχειν μηδέν. ὅταν
δὲ δή τις ἀπὸ τῶνδε διὰ τὸ ὀρθῶς παιδεραστεῖν ἐπανιὼν
ἐκεῖνο τὸ καλὸν ἄρχηται καθορᾶν, σχεδὸν ἄν τι ἅπτοιτο τοῦ
τέλους. τοῦτο γὰρ δή ἐστι τὸ ὀρθῶς ἐπὶ τὰ ἐρωτικὰ ἰέναι
ἢ ὑπ' ἄλλου ἄγεσθαι, * ἀρχόμενον ἀπὸ τῶνδε τῶν καλῶν C
ἐκείνου ἕνεκα τοῦ καλοῦ ἀεὶ ἐπανιέναι, ὥσπερ ἐπαναβαθμοῖς
χρώμενον, ἀπὸ ἑνὸς ἐπὶ δύο καὶ ἀπὸ δυεῖν ἐπὶ πάντα τὰ
καλὰ σώματα, καὶ ἀπὸ τῶν καλῶν σωμάτων ἐπὶ τὰ καλὰ
ἐπιτηδεύματα, καὶ ἀπὸ τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ τὰ κα-
λὰ μαθήματα, ἕστ' ἂν ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἐπ' ἐκεῖνο τὸ
μάθημα τελευτήσῃ, ὅ ἐστιν οὐκ ἄλλου ἢ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ

*) ἴσ. τὸ παρ' ἑνί, ὥσπερ οἰκέτης, ἀγαπῶν κάλλος ἢ ἀνθρ. **) ἄλλ. αὐτῷ.

nem vel hominis alicuius vel studii unius eique addictus vilem sese exhibeat atque pusillum, sed ad immensum pulchritudinis mare conversus idque contemplans multos pulchros sermones ac magnificos pariat et sententias philosophia abundantes, dum hic corroboratus et stabilitus conspiciat scientiam unam eiusmodi quae sit huiusmodi pulchri. Conare autem mihi, inquit, animum attendere quam maxime potes. qui enim eo rei amatoriae ductus fuerit, spectans ordine et recte pulchra, ad finem iam pergens amatoriorum repente conspiciet admirabile quid ad naturam pulchrum, illud ipsum, Socrate, cuius causa priores etiam omnes labores suscipiebantur, ac primum quidem semper exstans, neque exsistens neque interiens, neque crescens neque decrescens, tum non una ex parte pulchrum, altera ex parte deforme, neque alias pulchrum, alias contra, neque ratione unius pulchrum, ratione alterius deforme, neque hic pulchrum, illic deforme, aliquibus pulchrum, aliquibus deforme; neque etiam apparebit ipsum pulchrum ita ut voltus aliquis vel manus vel aliud quid eorum quorum corpus est particeps, neque ut oratio aliqua vel scientia, neque in alio quopiam inesse videbitur, ut in animante vel in terra vel in caelo vel alio quopiam, sed ipsum per se secum uniusmodi semper esse, reliqua vero omnia pulchra partem illius habere hac fere ratione ut exsistentibus reliquis atque intereuntibus illud nequaquam plus vel minus fiat nec quicquam patiatur. quodsi quis ab his recto puerorum amore adscendens illud pulchrum incipit conspicere, fere iam attingit finem. hoc est enim recte ad amatoria aggredi vel ab alio duci, incipientem ab hisce pulchris illius pulchri causa semper adscendere, tamquam scalis utentem, ab uno ad duo et a duobus ad omnia pulchra corpora, et a pulchris corporibus ad pulchra studia, et a pulchris studiis ad pulchras cognitiones, dum a cognitionibus ad illam cognitionem tandem perveniat, quae nullius alius

καλοῦ μάθημα, καὶ γνῷ αὐτὸ τελευτῶν ὃ ἔστι καλόν. Ἐνταῦθα * τοῦ βίου, ὦ φίλε Σώκρατες, ἔφη ἡ Μαντινικὴ D ξένη, εἴπερ που ἄλλοθι, βιωτὸν ἀνθρώπῳ, θεωμένῳ αὐτὸ τὸ καλόν· ὃ ἐάν ποτε ἴδῃς, οὐ κατὰ χρυσίον τε καὶ ἐσθῆτα καὶ τοὺς καλοὺς παῖδάς τε καὶ νεανίσκους δόξει σοι εἶναι, οὓς νῦν ὁρῶν ἐκπέπληξαι καὶ ἕτοιμος εἶ καὶ σὺ καὶ ἄλλοι πολλοί, ὁρῶντες τὰ παιδικὰ καὶ ξυνόντες ἀεὶ αὐτοῖς, εἴπως οἷόν τ' ἦν, μήτε ἐσθίειν μήτε πίνειν, ἀλλὰ θεᾶσθαι μόνον καὶ ξυνεῖναι *). τί δῆτα, ἔφη, οἰόμεθα, εἴ τῳ γένοιτο αὐτὸ τὸ καλὸν * ἰδεῖν εἰλικρινές, καθαρόν, ἄμικτον, ἀλλὰ E μὴ **) ἀνάπλεων σαρκῶν τε ἀνθρωπίνων καὶ χρωμάτων καὶ ἄλλης πολλῆς φλυαρίας θνητῆς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ θεῖον καλὸν δύναιτο μονοειδὲς κατιδεῖν; ἆρ' οἴει, ἔφη, φαῦλον βίον γίγνεσθαι * ἐκεῖσε βλέποντος ἀνθρώπου κἀκεῖνο ὃ ***) δεῖ 212 θεωμένου καὶ ξυνόντος αὐτῷ; ἢ οὐκ ἐνθυμεῖ, ἔφη, ὅτι ἐνταῦθα αὐτῷ μοναχοῦ γενήσεται, ὁρῶντι ᾧ ὁρατὸν τὸ καλόν, τίκτειν οὐκ εἴδωλα ἀρετῆς, ἅτε οὐκ εἰδώλου ἐφαπτομένῳ, ἀλλ' ἀληθῆ, ἅτε τοῦ ἀληθοῦς ἐφαπτομένῳ, τεκόντι δὲ ἀρετὴν ἀληθῆ καὶ θρεψαμένῳ ὑπάρχει θεοφιλεῖ γενέσθαι καί, εἴπερ τῳ ἄλλῳ ἀνθρώπων, ἀθανάτῳ κἀκείνῳ;

Ταῦτα δή, ὦ Φαῖδρέ τε καὶ οἱ ἄλλοι, * ἔφη μὲν Διοτίμα, πέπεισμαι δ' ἐγώ· πεπεισμένος δὲ πειρῶμαι καὶ τοὺς B ἄλλους πείθειν, ὅτι τούτου τοῦ κτήματος τῇ ἀνθρωπείᾳ φύσει ξυνεργὸν ἀμείνω Ἔρωτος οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως λάβοι. διὸ δὴ ἔγωγέ φημι χρῆναι πάντα ἄνδρα τὸν Ἔρωτα τιμᾶν, καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικὰ καὶ διαφερόντως ἀσκῶ, καὶ τοῖς ἄλλοις παρακελεύομαι, καὶ νῦν τε καὶ ἀεὶ ἐγκωμιάζω τὴν δύναμιν καὶ ἀνδρείαν τοῦ Ἔρωτος καθ' ὅσον οἷός τ' εἰμί.

Τοῦτον οὖν τὸν * λόγον, ὦ Φαῖδρε, εἰ μὲν βούλει, ὡς C ἐγκώμιον εἰς Ἔρωτα νόμισον εἰρῆσθαι, εἰ δέ, ὅ τι καὶ ὅπῃ χαίρεις ὀνομάζων, τοῦτο ὀνόμαζε.

Εἰπόντος δὲ ταῦτα τοῦ Σωκράτους τοὺς μὲν ἐπαινεῖν,

---

*) ἴσ. καὶ ξυνόντες αὐτοῖς — καὶ ἀεὶ ξυνεῖναι.
) ἴσ. ἄμικτον, μή. *) ἴσ. ᾧ.

est rei nisi pulchri illius cognitio, et cognoscat ad extremum ipsum quod vere est pulchrum. Hic, o care Socrate, inquit Mantineensis hospes, si usquam alibi, vita est vitalis homini, ipsum spectanti pulchrum; quod si umquam videris, non aurum, vestimentum pulchrosque pueros vel iuvenes ei censebis comparandos esse, quos nunc videns perturbaris et paratus es, tam ipse quam alii multi, videns pueros dilectos eisque utens, si modo fieri posset, neque edere neque bibere, sed spectare tantum semperque cum eis esse. quid tandem, inquit, putamus, si cui contingat ut ipsum pulchrum videat sincerum, purum, a permixtione aversum, nec inquinatum carnibus humanis, coloribus aliisque multis nugis mortalibus, sed ipsum divinum pulchrum possit simplex conspicere? num putas, inquit, vilem esse vitam hominis illuc spectantis et illud eo quo oportet contemplantis et commercium cum eo habentis? an non intelligis, inquit, hic ei solum contingere, spectanti quo spectari oportet pulchrum, ut pariat non simulacra virtutis, quippe non simulacrum attingens, sed vera, quippe verum attingens, parienti vero virtutem veram atque alenti evenire ut deo sit carus et, si quisquam hominum, immortalis?

Haec igitur, Phaedre ceterique, dixit Diotima, et ego persuasa habeo; persuasus vero studeo etiam reliquis persuadere, ad hoc bonum assequendum humanae naturae adiutorem Amore meliorem non facile quemquam posse invenire. quocirca equidem dico oportere quemlibet virum Amorem colere, et ipse colo amatoria insigniterque exerceo et ceteros cohortor, et quum semper tum nunc celebro vim ac virtutem Amoris quoad eius facere possum.

Hanc vero orationem, Phaedre, si vis, pro laudatione Amoris existima dictam esse, sin minus, quomodocumque tibi videtur eam nominare, ita nomina.

Quae quum dixisset Socrates, reliquos quidem lau-

τὸν δὲ Ἀριστοφάνη λέγειν τι ἐπιχειρεῖν, ὅτι ἐμνήσθη αὐτοῦ λέγων ὁ Σωκράτης περὶ τοῦ λόγου, καὶ ἐξαίφνης τὴν αὔλειον θύραν κρουομένην πολὺν ψόφον παρασχεῖν, ὡς *) κωμαστῶν καὶ αὐλητρίδος φωνὴν ἀκούειν. τὸν οὖν Ἀγάθωνα, Παῖδες, * φάναι, οὐ σκέψεσθε; καὶ ἐὰν μέν τις τῶν ἐπιτηδείων ᾖ, D
καλεῖτε, εἰ δὲ μή, λέγετε ὅτι οὐ πίνομεν, ἀλλὰ ἀναπαυόμεθα ἤδη. Καὶ οὐ πολὺ ὕστερον Ἀλκιβιάδου τὴν φωνὴν ἀκούειν ἐν τῇ αὐλῇ σφόδρα μεθύοντος καὶ μέγα βοῶντος, ἐρωτῶντος ὅπου Ἀγάθων καὶ κελεύοντος ἄγειν παρ' Ἀγάθωνα. ἄγειν οὖν αὐτὸν παρὰ σφᾶς τήν τε αὐλητρίδα ὑπολαβοῦσαν καὶ ἄλλους τινὰς τῶν ἀκολούθων, καὶ ἐπιστῆναι ἐπὶ τὰς θύρας ἐστεφανωμένον * αὐτὸν κιττοῦ τέ τινι στεφάνῳ E
δασεῖ καὶ ἴων, καὶ ταινίας ἔχοντα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πάνυ πολλάς, καὶ εἰπεῖν Ἄνδρες, χαίρετε· μεθύοντα ἄνδρα πάνυ σφόδρα δέξεσθε ξυμπότην, ἢ ἀπίωμεν ἀναδήσαντες μόνον Ἀγάθωνα, ἐφ' ὅπερ ἤλθομεν; ἐγὼ γάρ τοι, φάναι, χθὲς μὲν οὐχ οἷός τ' ἐγενόμην ἀφικέσθαι, νῦν δὲ ἥκω ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχων τὰς ταινίας, ἵνα ἀπὸ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς τὴν τοῦ σοφωτάτου καὶ καλλίστου κεφαλὴν, ἐὰν εἴπω οὑτωσί, ἀναδήσω, ἆρα **) καταγελάσεσθέ μου ὡς μεθύοντος; ἐγὼ δέ, κἂν ὑμεῖς γελᾶτε, * ὅμως εὖ οἶδ' ὅτι ἀληθῆ λέγω. 213
ἀλλά μοι λέγετε αὐτόθεν, ἐπὶ ῥητοῖς εἰσίω ἢ μή; ξυμπίεσθε ἢ οὔ; Πάντας οὖν ἀναθορυβῆσαι καὶ κελεύειν εἰσιέναι καὶ κατακλίνεσθαι, καὶ τὸν Ἀγάθωνα καλεῖν αὐτόν. καὶ τὸν ἰέναι ἀγόμενον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ περιαιρούμενον ἅμα τὰς ταινίας ὡς ἀναδήσοντα, ἐπίπροσθεν τῶν ὀφθαλμῶν ἔχοντα οὐ κατιδεῖν τὸν Σωκράτη, ἀλλὰ καθίζεσθαι παρὰ τὸν Ἀγάθωνα ἐν μέσῳ Σωκράτους τε καὶ ἐκείνου· παραχωρῆσαι * γὰρ τὸν B
Σωκράτη ὡς ἐκεῖνον καθίζειν. παρακαθεζόμενον δὲ αὐτὸν ἀσπάζεσθαί τε τὸν Ἀγάθωνα καὶ ἀναδεῖν. εἰπεῖν οὖν τὸν Ἀγάθωνα, Ὑπολύετε, παῖδες, Ἀλκιβιάδην, ἵνα ἐκ τρίτων κατακέηται. Πάνυ γε, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην· ἀλλὰ τίς ἡμῖν τρίτος ὅδε ξυμπότης; Καὶ ἅμα μεταστρεφόμενον αὐτὸν

*) ἴσ. καὶ κωμαστῶν ἢ καὶ ὡς κωμαστῶν.

**) ἴσ. κεφαλὴν ἀναδήσω. ἆρα, ἐὰν εἴπω οὑτωσί, καταγελάσεσθε κτλ.

dasse, Aristophanem autem dicere aliquid voluisse, quod Socrates orans mentionem de ipsius oratione fecisset, repente vero vestibuli ianuam pulsatam ingentem strepitum fecisse seque comissatorum et tibicinae audisse vocem. atque Agathonem, Servi, dixisse, spectate; et si quis amicorum adest, vocate, sin autem, dicite nos non bibere, sed iam requiescere. Tum non ita multo post Alcibiadis vocem auditam esse in vestibulo bene poti et multum clamantis, interrogantis ubi Agatho esset et iubentis se duci ad Agathonem. atque duxisse eum ad ipsos tibicinam sublevantem et alios quos e comitibus; tum constitisse eum ad fores redimitum hederae corona densa ac violarum taeniasque habentem in capite permultas, et dixisse Viri, salvete! virumne admodum ebrium recipietis compotorem, an discedamus quum vinxerimus tantum Agathonem, quam ob causam venimus? enimvero, dixisse, heri non potui venire, nunc autem adsum in capite habens taenias, ut de meo capite sapientissimi ac pulcherrimi caput vinciam. num, si ita dicam, deridebitis me quippe ebrium? ego tamen, etiamsi vos ridetis, certo scio me vera dicere. at dicite mihi illico: introeam sub ea conditione ut combibatis necne? Tum omnes exsultasse et iussisse eum introire atque accubare, et Agathonem eum vocasse. atque illum introivisse ductum ab hominibus, simulque detrahentem taenias ut vinciret Socratem ante oculos versantem non conspexisse, sed assedisse ad Agathonem inter Socratem et illum; locum enim dedisse Socratem ut ille assideret. atque quum assedisset salutasse Agathonem et vinxisse. tum Agathonem dixisse, Solvite, servi, Alcibiadi calceos, ut tertius accubet. Sane quidem, respondisse Alcibiadem; at quis nobis tertius hîc compotor? Atque simul conversum vidisse

ὁρᾶν τὸν Σωκράτη, ἰδόντα δὲ ἀναπηδῆσαι καὶ εἰπεῖν Ὦ
Ἡράκλεις, τουτὶ τί ἦν; Σωκράτης οὗτος ἐλλοχῶν αὖ με ἐν-
ταῦθα κατέκεισο, ὥσπερ * εἰώθεις ἐξαίφνης ἀναφαίνεσθαι, C
ὅπου ἐγὼ ᾤμην ἥκιστά σε ἔσεσθαι; καὶ νῦν τί ἥκεις; καὶ
τί αὖ ἐνταῦθα κατεκλίνης; ὡς οὐ παρὰ Ἀριστοφάνει οὐδ'
εἴ τις ἄλλος γελοῖος ἔστι τε καὶ βούλεται· ἀλλὰ διεμηχανήσω
ὅπως παρὰ τῷ καλλίστῳ τῶν ἔνδον κατακείσει. Καὶ τὸν
Σωκράτη, Ὦ Ἀγάθων, φάναι, ὅρα εἴ μοι ἐπαμυνεῖς· ὡς
ἐμοὶ ὁ τούτου ἔρως τοῦ ἀνθρώπου οὐ φαῦλον πρᾶγμα γέ-
γονεν. ἀπ' ἐκείνου γὰρ τοῦ χρόνου ἀφ' οὗ τούτου ἠράσθην,
οὐκέτι ἔξεστί μοι οὔτε * προσβλέψαι οὔτε διαλεχθῆναι καλῷ D
οὐδενί, ἢ οὑτοσὶ ζηλοτυπῶν με καὶ φθονῶν θαυμαστὰ ἐρ-
γάζεται καὶ λοιδορεῖταί τε καὶ τὼ χεῖρε μόγις ἀπέχεται. ὅρα
οὖν μή τι καὶ νῦν ἐργάσηται, ἀλλὰ διάλλαξον ἡμᾶς ἤ, ἐὰν
ἐπιχειρῇ βιάζεσθαι, ἐπάμυνε· ὡς ἐγὼ τὴν τούτου μανίαν
τε καὶ φιλεραστίαν πάνυ ὀῤῥωδῶ. Ἀλλ' οὐκ ἔστι, φάναι
τὸν Ἀλκιβιάδην, ἐμοὶ καὶ σοὶ διαλλαγή· ἀλλὰ τούτων μὲν
ἐσαῦθίς σε τιμωρήσομαι· νῦν δέ μοι, Ἀγάθων, φάναι, με-
τάδος τῶν ταινιῶν, ἵνα * ἀναδήσω καὶ τὴν τούτου ταυτηνὶ E
τὴν θαυμαστὴν κεφαλήν, καὶ μή μοι μέμφηται ὅτι σὲ μὲν
ἀνέδησα, αὐτὸν δὲ νικῶντα ἐν λόγοις πάντας ἀνθρώπους, οὐ
μόνον πρώην ὥσπερ σύ, ἀλλ' ἀεί, ἔπειτα οὐκ ἀνέδησα.
Καὶ ἅμ' αὐτὸν λαβόντα τῶν ταινιῶν ἀναδεῖν τὸν Σωκράτη
καὶ κατακλίνεσθαι. ἐπειδὴ δὲ κατεκλίνη, εἰπεῖν Εἶεν δή,
ἄνδρες· δοκεῖτε γάρ μοι νήφειν· οὐκ ἐπιτρεπτέον ὑμῖν,
ἀλλὰ ποτέον· ὡμολόγηται γὰρ ταῦθ' ἡμῖν. ἄρχοντα οὖν
αἱροῦμαι τῆς πόσεως, ἕως ἂν ὑμεῖς ἱκανῶς πίητε, ἐμαυτόν.
ἀλλὰ φερέτω Ἀγάθων, εἴ τι ἔστιν ἔκπωμα μέγα· μᾶλλον δὲ
οὐδὲν δεῖ, ἀλλὰ φέρε, παῖ, φάναι, τὸν ψυκτῆρα ἐκεῖνον,
* ἰδόντα αὐτὸν πλέον ἢ ὀκτὼ κοτύλας χωροῦντα· τοῦτον 214
ἐμπλησάμενον πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐκπιεῖν, ἔπειτα τῷ Σωκρά-
τει κελεύειν ἐγχεῖν καὶ ἅμα εἰπεῖν Πρὸς μὲν Σωκράτη, ὦ
ἄνδρες, τὸ σόφισμά μοι οὐδέν· ὁπόσον γὰρ ἂν κελεύῃ τις,

Socratem, hocque conspecto exsiluisse dicentem Hercule! quid hoc est? tu, Socrate, iterum mihi insidians hic accubas, sicuti soles repente comparere, ubi putaram minime te fore? et nunc quid venisti? et quid rursus hic accubas? quippe non apud Aristophanem vel alium qui ridiculus et est et esse volt, sed machinam adhibuisti ut apud pulcherrimum eorum qui intus sunt accubares. Tum Socratem respondisse: O Agatho, vide an mihi opitulaturus sis; nam mihi huius amor hominis haud leve est negotium. ab illo enim tempore a quo hunc in amore habeo, non amplius mihi licet nec adspicere nec colloqui cum pulchro quoquam, aut hicce aemulans et invidens mira mihi facit et obiurgat et manus vix abstinet. vide igitur ne quid nunc quoque faciat, sed reconcilia nos aut, si conetur vim adhibere, opitulare; nam ego huius hominis insaniam et amorem quo amatores sectatur plane horreo. At nulla est, dixisse Alcibiadem, inter nos reconciliatio; hanc tamen a te illatam iniuriam alias ulciscar; nunc autem mihi, Agatho, aliquas da ex taeniis, ut vinciam huius quoque hocce admirabile caput, nec mihi exprobret quod te quidem vinxerim, se autem superantem dicendo omnes homines non nuper solum, sicut tu, sed semper, non vinxerim. Quae dum diceret sumpsisse taenias aliquas, Socratem vinxisse et accubuisse. quum vero accubuisset, dixisse: Agedum, viri; videmini enim mihi sobrii esse; non permittendum vobis, sed bibendum; convenit enim hoc inter nos. magistrum vero creo in poculis, dum vos satis biberitis, me ipsum. iam afferto Agatho si quod habet poculum magnum; attamen nihil opus est, sed affer, puer, dixisse, vas illud, videntem vas vino refrigerando serviens quod amplius octo heminas caperet; hoc implevisse primumque ebibisse, deinde Socrati iussisse infundi simulque dixisse Adversus Socratem quidem, viri, haec quam adhibeo machina pro nihilo est; nam quantum quis iusserit, tantum bibens

τοσοῦτον ἐκπιὼν οὐδὲν μᾶλλον μή ποτε μεθυσθῇ. Τὸν μὲν οὖν Σωκράτη ἐγχέαντος τοῦ παιδὸς πίνειν, τὸν δ' Ἐρυξίμαχον Πῶς οὖν, φάναι, ὦ Ἀλκιβιάδη, ποιοῦμεν; οὕτως οὔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι * οὔτε τι ᾄδομεν, ἀλλ' ἀτε- B χνῶς ὥσπερ οἱ διψῶντες πιόμεθα; Τὸν οὖν Ἀλκιβιάδην εἰπεῖν Ὦ Ἐρυξίμαχε, βέλτιστε βελτίστου πατρὸς καὶ σωφρονεστάτου, χαῖρε. Καὶ γὰρ σύ, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον· ἀλλὰ τί ποιῶμεν; Ὅ τι ἂν σὺ κελεύῃς· δεῖ γάρ σοι πείθεσθαι·

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

ἐπίταττε οὖν ὅ τι βούλει. Ἄκουσον δή, εἰπεῖν τὸν Ἐρυξίμαχον. ἡμῖν πρὶν σὲ εἰςελθεῖν ἔδοξε χρῆναι ἐπὶ δεξιὰ ἕκαστον ἐν μέρει λόγον * περὶ Ἔρωτος εἰπεῖν ὡς δύναιτο κάλ- C λιστον καὶ ἐγκωμιάσαι. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι πάντες ἡμεῖς εἰρήκαμεν, σὺ δ' ἐπειδὴ οὐκ εἴρηκας καὶ ἐκπέπωκας, δίκαιος εἶ εἰπεῖν, εἰπὼν δ' ἐπιτάξαι Σωκράτει ὅ τι ἂν βούλῃ, καὶ τοῦτον τῷ ἐπὶ δεξιὰ καὶ οὕτω τοὺς ἄλλους. Ἀλλά, φάναι, ὦ Ἐρυξίμαχε, τὸν Ἀλκιβιάδην, καλῶς μὲν λέγεις, μεθύοντα δὲ ἄνδρα παρὰ νηφόντων λόγους παραβάλλειν μὴ οὐκ ἐξ ἴσου ᾖ. καὶ ἅμα, ὦ μακάριε, πείθει τί σε Σωκράτης * ὧν ἄρτι εἶπεν; ἢ οἶσθα ὅτι τοὐναντίον ἐστὶ πᾶν ἢ D ὃ ἔλεγεν; οὗτος γάρ, ἐάν τινα ἐγὼ ἐπαινέσω τούτου παρόντος ἢ θεὸν ἢ ἄνθρωπον ἄλλον ἢ τοῦτον, οὐκ ἀφέξεταί μου τὼ χεῖρε. Οὐκ εὐφημήσεις; φάναι τὸν Σωκράτη. Μὰ τὸν Ποσειδῶ, εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην, μηδὲν λέγε πρὸς ταῦτα, ὡς ἐγὼ οὐδ' ἂν ἕνα ἄλλον ἐπαινέσαιμι σοῦ παρόντος. Ἀλλ' οὕτω ποίει, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, εἰ βούλει· Σωκράτη ἐπαίνεσον. Πῶς λέγεις; εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην· * δοκεῖ E χρῆναι, ὦ Ἐρυξίμαχε, *) ἐπιθῶμαι τῷ ἀνδρὶ καὶ τιμωρήσωμαι ὑμῶν ἐναντίον; Οὗτος, φάναι τὸν Σωκράτη, τί ἐν νῷ ἔχεις; ἐπὶ τὰ γελοιότερά με ἐπαινέσει; ἢ τί ποιήσεις; Τἀληθῆ ἐρῶ. ἀλλ' ὅρα εἰ παρίης. Ἀλλὰ μέντοι, φάναι, τά

---

*) ἀλλ. Ἐρυξίμαχε;

nihilo magis ebrius umquam evadit. Atque Socratem quidem, puer quum infudisset, bibisse, Eryximachum vero Quid vero, dixisse, Alcibiade, agimus? sic neque quid disserimus in poculis neque quid canimus, sed revera ut sitientes bibimus? Tum Alcibiadem dixisse Θ Eryximache, optime optimi patris atque temperantissimi fili, salve. Et tu quoque, respondisse Eryximachum; sed quid agamus? Quicquid tu iusseris; oportet enim tibi obtemperari:

Est etenim medicus multis praestantior unus.

praescribe igitur quod vis. Audi ergo, dixisse Eryximachum. nobis antequam tu ingrederere visum est a dextra cuique pro virili parte orationem de Amore habendam esse quam posset pulcherrimam eiusque laudes celebrandas. iam reliqui quidem omnes nos diximus, te vero, quum non dixeris, at biberis, par est dicere, et postquam dixeris mandare Socrati quodcumque volueris, et hunc ei qui ad dextram accubat et sic reliquos. Sane, dixisse, Eryximache, Alcibiadem, praeclare quidem dicis, temulentum autem virum inter sobriorum sermones exponere ne non sit aequum. praeterea autem, vir praestantissime, num tibi aliquid persuadet Socrates eorum quae modo dixit? an scis plane contra esse atque dixerit? hic enim, quando aliquem ego laudaverim ipso praesente vel deum vel hominem, alium atque ipsum, non abstinebit a me manus. Dii meliora! retulisse Socratem. Per Neptunum, dixisse Alcibiadem, nihil contra dic; neque enim alium ego ullum laudaverim te praesente. Iam ita fac, retulisse Eryximachum, si vis: Socratem lauda. Quid censes? dixisse Alcibiadem: videtur tibi, Eryximache, adoriendus esse vir atque puniendus a me coram vobis? Tu, interpellasse Socratem, quid in animo habes? in partem ridiculam me laudaturus es? an quid facturus? Vera dicturus sum. at vide an permittas. Sane, dixisse illum, vera quidem permitto et iubeo te

γε ἀληθῆ παρίημι καὶ κελεύω λέγειν. Οὐκ ἂν φθάνοιμι,
εἰπεῖν τὸν Ἀλκιβιάδην. καὶ μέντοι οὑτωσὶ ποίησον· ἐάν τι
μὴ ἀληθὲς λέγω, μεταξὺ ἐπιλαβοῦ, ἂν βούλῃ, καὶ εἰπὲ ὅτι
τοῦτο ψεύδομαι· ἑκὼν γὰρ * εἶναι οὐδὲν ψεύσομαι· ἐὰν 215
μέντοι ἀναμιμνησκόμενος ἄλλο ἄλλοθεν λέγω, μηδὲν θαυμάσῃς·
οὐ γάρ τι ῥᾴδιον τὴν σὴν ἀτοπίαν ὧδ' ἔχοντι εὐπόρως
καὶ ἐφεξῆς καταριθμῆσαι.

Σωκράτη δ' ἐγὼ ἐπαινεῖν, ὦ ἄνδρες, οὕτως ἐπιχειρήσω,
δι' εἰκόνων. οὗτος μὲν οὖν ἴσως οἰήσεται ἐπὶ τὰ γελοιότερα,
ἔσται δ' ἡ εἰκὼν τοῦ ἀληθοῦς ἕνεκα, οὐ τοῦ γελοίου. φημὶ
γὰρ δὴ ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς Σειληνοῖς τούτοις τοῖς
ἐν τοῖς ἑρμογλυφείοις καθημένοις, * οὕστινας ἐργάζονται οἱ B
δημιουργοὶ σύριγγας ἢ αὐλοὺς ἔχοντας, οἳ δίχα *) διοιχθέντες
φαίνονται ἔνδοθεν ἀγάλματα ἔχοντες θεῶν. καὶ φημὶ
αὖ ἐοικέναι αὐτὸν τῷ Σατύρῳ τῷ Μαρσύᾳ. ὅτι μὲν οὖν τό
γε εἶδος ὅμοιος εἶ τούτοις, ὦ Σώκρατες, οὐδ' αὐτὸς δήπου
ἀμφισβητήσεις· ὡς δὲ καὶ τἆλλα ἔοικας, μετὰ τοῦτο ἄκουε.
ὑβριστὴς εἶ· ἢ οὔ; ἐὰν γὰρ μὴ ὁμολογῇς, μάρτυρας παρέξομαι.
ἀλλ' οὐκ αὐλητής; πολύ γε θαυμασιώτερος ἐκείνου·
ὁ μὲν * γε δι' ὀργάνων ἐκήλει τοὺς ἀνθρώπους τῇ ἀπὸ C
τοῦ στόματος δυνάμει, καὶ ἔτι νυνὶ ὃς ἂν τὰ ἐκείνου αὐλῇ·
ἃ γὰρ Ὄλυμπος ηὔλει, Μαρσύου λέγω τούτου διδάξαντος.
τὰ οὖν ἐκείνου ἐάν τε ἀγαθὸς αὐλητὴς αὐλῇ ἐάν τε φαύλη
αὐλητρίς, μόνα κατέχεσθαι ποιεῖ καὶ δηλοῖ τοὺς τῶν θεῶν
τε καὶ τελετῶν δεομένους διὰ τὸ θεῖα εἶναι. σὺ δ' ἐκείνου
τοσοῦτον μόνον διαφέρεις, ὅτι ἄνευ ὀργάνων ψιλοῖς λόγοις
ταὐτὸν τοῦτο ποιεῖς. ἡμεῖς γοῦν ὅταν μέν του * ἄλλου D
ἀκούωμεν λέγοντος καὶ πάνυ ἀγαθοῦ ῥήτορος ἄλλους λόγους,
οὐδὲν μέλει ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐδενί· ἐπειδὰν δὲ σοῦ τις ἀκούῃ
ἢ τῶν σῶν λόγων, ἄλλου λέγοντος, κἂν πάνυ φαῦλος ᾖ ὁ
λέγων, ἐάν τε γυνὴ ἀκούῃ ἐάν τε ἀνὴρ ἐάν τε μειράκιον,
ἐκπεπληγμένοι ἐσμὲν καὶ κατεχόμεθα. ἔγωγ' οὖν, ὦ ἄνδρες,
εἰ μὴ ἔμελλον κομιδῇ δόξειν μεθύειν, εἶπον ὀμόσας
ἂν ὑμῖν οἷα δὴ πέπονθα αὐτὸς ὑπὸ τῶν τούτου λόγων καὶ

*) γρ. διχάδε.

dicere. Igitur iam incipiam, repofuiffe Alcibiadem. tu vero ita fac: fi quid falfi dicam, interpellans orationem redargue, fi volueris, et dic me in hoc mentiri; mea fponte enim non mentiar; fi vero recordans aliud aliunde proferam, ne mirere; nam non fane facile eft quae admirabilia in te infunt homini fe fic habenti expedite et ordine enumerare.

Socratem ego laudare, viri, ita inftituam ut fimilitudinibus utar. hic quidem fortaffe arbitrabitur in partem ridiculam, fed fpectabit fimilitudo verum, non ridiculum. dico enim fimillimum eum effe Silenorum illorum in ftatuariorum officinis pofitorum, quos fabricantur opifices fiftulas vel tibias tenentes, qui quidem bipartito aperti reperiuntur intus imagines habentes deorum. atque dico etiam fimilitudinem eum gerere Satyri Marfyae. et forma certe te fimilem effe his, Socrate, ne ipfe quidem, uti opinor, negabis; fed ad reliqua quoque te fimilem effe, iam percipe. irrifor es; an non? quodfi non confiteris, teftes excitabo. an non tibicen? longe fane admirabilior illo; is enim inftrumentis permulcebat homines oris fui facultate, et adhuc nunc qui illius modos tibia canit; quae enim Olympus tibia cecinit Marfyae dico huius fuiffe praeceptoris. illius igitur modi, five bonus tibicen eos canit five mala tibicina, uni foli mentem concitant et oftendunt qui deorum et initiorum indigeant, propterea quod divini funt. tu autem ab illo hoc tantum differs, quod fine inftrumentis meris fermonibus idem hoc facis. nos certe quando alius cuiuspiam audimus orationes etiam admodum boni rhetoris, id refert paene dicam nullius; quando vero te aliquis audit vel tuas orationes, alio eas referente, etiamfi prorfus pro nihilo eft qui refert, five mulier audit five vir five adolefcentulus, percuffi menteque incitati fumus. equidem, viri, nifi verendum effet, ne prorfus viderer temulentus effe, dicerem vobis iureiurando interpofito quomodo ipfe

πάσχω ἔτι καὶ νυνί. ὅταν γὰρ ἀκούω, * πολύ μοι μᾶλλον E
ἢ τῶν κορυβαντιώντων ἥ τε καρδία πηδᾷ καὶ δάκρυα ἐκχεῖται ὑπὸ τῶν λόγων τῶν τούτου· ὁρῶ δὲ καὶ ἄλλους παμπόλλους τὰ αὐτὰ πάσχοντας. Περικλέους δὲ ἀκούων καὶ ἄλλων ἀγαθῶν ῥητόρων εὖ μὲν ἡγούμην λέγειν, τοιοῦτον δ' οὐδὲν ἔπασχον, οὐδ' ἐτεθορύβητό *) μου ἡ ψυχὴ οὐδ' ἠγανάκτει ὡς ἀνδραποδωδῶς διακειμένου. ἀλλ' ὑπὸ τουτουῒ τοῦ Μαρσύου πολλάκις δὴ οὕτω διετέθην, * ὥστε μοι 216
δόξαι μὴ βιωτὸν εἶναι ἔχοντι ὡς ἔχω. καὶ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐρεῖς ὡς οὐκ ἀληθῆ. καὶ ἔτι γε νῦν ξύνοιδα ἐμαυτῷ ὅτι, εἰ ἐθέλοιμι παρέχειν τὰ ὦτα, οὐκ ἂν καρτερήσαιμι, ἀλλὰ ταὐτὰ ἂν πάσχοιμι. ἀναγκάζει γάρ με ὁμολογεῖν ὅτι πολλοῦ ἐνδεὴς ὢν αὐτὸς ἔτι ἐμαυτοῦ μὲν ἀμελῶ, τὰ δ' Ἀθηναίων πράττω. βίᾳ οὖν ὥσπερ ἀπὸ τῶν Σειρήνων ἐπισχόμενος τὰ ὦτα οἴχομαι φεύγων, ἵνα μὴ αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τούτῳ καταγηράσω. πέπονθα δὲ πρὸς τοῦτον μόνον ἀνθρώπων, * ὃ οὐκ ἄν τις οἴοιτο ἐν ἐμοὶ ἐνεῖναι, B
τὸ αἰσχύνεσθαι ὁντινοῦν· ἐγὼ δὲ τοῦτον μόνον αἰσχύνομαι· ξύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ ἀντιλέγειν μὲν οὐ δυναμένῳ ὡς οὐ δεῖ ποιεῖν ἃ οὗτος κελεύει, ἐπειδὰν δὲ ἀπέλθω, ἡττημένῳ τῆς τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν. δραπετεύω οὖν αὐτὸν καὶ φεύγω, καὶ ὅταν ἴδω, αἰσχύνομαι τὰ ὡμολογημένα. καὶ πολλάκις μὲν ἡδέως * ἂν ἴδοιμι αὐτὸν μὴ ὄντα ἐν ἀνθρώποις· C
εἰ δ' αὖ τοῦτο γένοιτο, εὖ οἶδα ὅτι πολὺ μεῖζον ἂν ἀχθοίμην· ὥστε οὐκ ἔχω ὅ τι χρήσομαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ. Καὶ ὑπὸ μὲν δὴ τῶν αὐλημάτων καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τοιαῦτα πεπόνθασιν ὑπὸ τοῦδε τοῦ Σατύρου, ἀλλὰ δὴ ἐμοῦ **) ἀκούσατε ὡς ὅμοιός τ' ἐστὶν οἷς ἐγὼ εἴκασα αὐτὸν καὶ τὴν δύναμιν ὡς θαυμασίαν ἔχει· εὖ γὰρ ἴστε ὅτι οὐδεὶς ὑμῶν τοῦτον γιγνώσκει· * ἀλλὰ ἐγὼ δηλώσω, ἐπείπερ ἠρξάμην. D
ὁρᾶτε γὰρ ὅτι Σωκράτης ἐρωτικῶς διάκειται τῶν καλῶν καὶ ἀεὶ περὶ τούτους ἐστὶ καὶ ἐκπέπληκται, καὶ αὖ ἀγνοεῖ πάν-

---

*) ἄλλ. οὐδὲ τεθορύβητο.
**) ἄλλ. ἄλλα δ' ἐμοῦ. ἴσ. τἄλλα δὴ ἐμοῦ.

commotus fuerim huius sermonibus et nunc quoque adhuc commovear. quando enim audio, multo mihi magis quam Corybantum more concitatis cor salit et lacrymae effunduntur propter sermones huius viri; video autem alios quoque complures similiter affectos. Periclem contra audiens aliosque bonos rhetores bene quidem existimabam eos dicere, tale autem nihil mihi accidebat, nec perturbabatur mihi animus neque indignabatur quod illiberali esset conditione. at ab hocce Marsya saepius iam ita affectus sum, ut mihi viderer vivere non posse ita me habens ut haberem. atque haec, Socrate, non dices me mentiri. et adhuc quidem nunc mihi conscius sum me, si velim tibi aures dedere, mihi non temperaturum esse quin rursus ita afficiar. cogit enim me confiteri, licet ipse multarum rerum adhuc indigeam, tamen me ipsum negligere et Atheniensium res gerere. omni igitur vi tamquam a Sirenibus auribus clausis aufugio, ut ne hîc sedens apud ipsum consenescam. accidit vero mihi erga hunc solum ex hominibus quod nemo credat in me inesse, ut pudeat me alicuius: me vero huius solius pudet. conscius enim mihi sum me non posse contra dicere non esse facienda quae hic iubeat, quum vero discesserim, me succumbere honori quo multitudo me decoret. elabor igitur et fugio eum, et quum conspicio, pudet me eorum quae concessi. et saepe quidem libenter viderem eum in hominibus non esse, hoc tamen si eveniret, certo scio multo magis me doliturum esse: ut nesciam quid mihi faciendum sit hoc homine. Ac modi quidem huius Satyri et me et alios multos ita commoverunt; iam in reliquis quoque ex me audite quam similis sit illis quibuscum comparavi eum et quam admirabilem vim habeat. probe enim scitote neminem vestrûm hunc noscere; at ego declarabo, quoniam institui. etenim videtis Socratem in amore habere pulchros, semper inter hos versari animoque esse perturbato, et vicissim om-

τα καὶ οὐδὲν οἶδεν· ὡς *) τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο οὐ σειλη-
νῶδες; σφόδρα γε. τοῦτο γὰρ οὗτος ἔξωθεν περιβέβληται,
ὥςπερ ὁ γεγλυμμένος Σειληνός· ἔνδοθεν δὲ ἀνοιχθεὶς πόσης
οἴεσθε γέμει, ὦ ἄνδρες ξυμπόται, σωφροσύνης; ἴςτε ὅτι
οὔτ' εἴ τις καλός ἐστι μέλει αὐτῷ οὐδέν, ἀλλὰ καταφρονεῖ
* τοσοῦτον ὅσον οὐδ' ἂν εἷς οἰηθείη, οὔτ' εἴ τις πλούσιος, E
οὔτ' εἰ ἄλλην τινὰ τιμὴν ἔχων τῶν ὑπὸ πλήθους μακαριζο-
μένων· ἡγεῖται δὲ πάντα ταῦτα τὰ κτήματα οὐδενὸς ἄξια καὶ
ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι, εἰρωνευόμενος δὲ καὶ παίζων πάντα τὸν
βίον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διατελεῖ· σπουδάσαντος δὲ αὐ-
τοῦ καὶ ἀνοιχθέντος οὐκ οἶδα εἴ τις ἑώρακε τὰ ἐντὸς ἀγάλ-
ματα· ἀλλ' ἐγὼ ἤδη ποτ' εἶδον, καί μοι ἔδοξεν οὕτω θεῖα
καὶ χρυσᾶ εἶναι καὶ πάγκαλα * καὶ θαυμαστά, ὥςτε ποιη- 217
τέον εἶναι ἐν βραχεῖ ὅ τι κελεύει **) Σωκράτης. ἡγούμενος
δὲ αὐτὸν ἐσπουδακέναι ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὥρᾳ ἕρμαιον ἡγησάμην
εἶναι καὶ εὐτύχημα ἐμὸν θαυμαστόν, ὡς ὑπάρχον μοι χαρι-
σαμένῳ Σωκράτει πάντ' ἀκοῦσαι ὅσαπερ οὗτος ᾔδει· ἐφρό-
νουν γὰρ δὴ ***) ἐπὶ τῇ ὥρᾳ θαυμάσιον ὅσον. ταῦτα οὖν
διανοηθείς, πρὸ τοῦ οὐκ εἰωθὼς ἄνευ ἀκολούθου μόνος
μετ' αὐτοῦ γίγνεσθαι, τότε ἀποπέμπων τὸν ἀκόλουθον μόνος
ξυνεγιγνόμην. * δεῖ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πάντα τἀληθῆ εἰπεῖν· B
ἀλλὰ προσέχετε τὸν νοῦν, καὶ εἰ ψεύδομαι, Σώκρατες, ἐξέλεγ-
χε. ξυνεγιγνόμην γάρ, ὦ ἄνδρες, μόνος μόνῳ, καὶ ᾤμην
αὐτίκα διαλέξεσθαι αὐτόν μοι ἅπερ ἂν ἐραστὴς παιδικοῖς ἐν
ἐρημίᾳ διαλεχθείη, καὶ ἔχαιρον. τούτων δ' οὐ μάλα ἐγίγνε-
τα οὐδέν, ἀλλ' ὥςπερ εἰώθει διαλεχθεὶς ἂν †) μοι καὶ ξυν-
ημερεύσας ᾤχετο ἀπιών. μετὰ ταῦτα ξυγγυμνάζεσθαι προὐ-
καλούμην αὐτὸν * καὶ ξυνεγυμναζόμην, ὥς τι ἐνταῦθα πε- C
ρανῶν. ξυνεγυμνάζετο οὖν μοι καὶ προσεπάλαιε πολλάκις
οὐδενὸς παρόντος. καὶ τί δεῖ λέγειν; οὐδὲν γάρ μοι πλέον
ἦν. ἐπειδὴ δὲ οὐδαμῇ ταύτῃ ἤνυτον, ἔδοξέ μοι ἐπιθετέον

*) ἴσ. οἶδε· πῶς κτλ.
**) ἄλλ. κελεύοι.
***) γρ. ἤδη.
†) ἴσ. ἄττα.

nium imperitum esse et nihil scire: nonne haec eius species Silenorum instar habet? admodum. ea enim hic extrinsecus circumdatus est, sicut sculptus ille Silenus; intus vero apertum quanta censetis affluere, o compotores, temperantia? scitote enim nec si quis pulcher est hoc eum curare, sed contemnere hoc tantopere quantopere nullus fere existimaverit, nec si quis dives est nec si alium quempiam habet honorem eorum qui a multitudine in caelum extolluntur; immo arbitratur omnia haec bona nullius esse preti et nos nihil esse, cavillando autem et iocando erga homines totam vitam traducere; seria vero agentis et aperti nescio an quis interiores viderit imagines; sed ego iam vidi et visae mihi sunt tam divinae et aureae et praestantes et admirabiles, ut faciendum mihi esse continuo arbitrarer quicquid iuberet Socrates. existimans autem serio eum studio formositatem meam colere, in lucro id ponebam et fortuna incredibili, quia possem Socrati gratificans omnia audire quae sciret; sentiebam videlicet de formositate mirabiliter. ita igitur iudicans, antea non solitus sine pedisequo solus cum eo versari, tum dimittens pedisequum solus cum eo fui. iam (oportet enim me vobis omnia vera dicere; igitur animos attendite et tu, Socrate, si mentior, me redargue) fui, viri, solus cum solo et putavi eum iam iamque mecum esse colloquuturum quae amator cum dilecto in solitudine colloquuturus esset, et laetatus sum. horum autem omnino nihil factum est; sed ut solebat nonnulla quum mecum colloquutus esset diemque apud me transegisset abit. postea ad communes corporis exercitationes eum provocavi et exercebar cum eo sperans fore ut hic aliquid proficerem. exercebatur igitur mecum et colluctabatur saepius nullo praesente. et quid opus est dicere? nihil mihi profuit. quoniam vero hac ratione nullo modo optatum poteram impetrare, faciendum

εἶναι τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὸ καρτερὸν καὶ οὐκ ἀνετέον, ἐπειδήπερ
ἐγκεχειρήκη, ἀλλὰ ἰστέον ἤδη τί ἐστι τὸ πρᾶγμα. προκαλοῦ-
μαι δὴ αὐτὸν πρὸς τὸ ξυνδειπνεῖν, ἀτεχνῶς ὥςπερ ἐραστὴς
παιδικοῖς ἐπιβουλεύων. καί μοι οὐδὲ * τοῦτο ταχὺ ὑπήκου- D
σεν, ὅμως δ' οὖν χρόνῳ ἐπείσθη. ἐπειδὴ δὲ ἀφίκετο τὸ
πρῶτον, δειπνήσας ἀπιέναι ἠβούλετο. καὶ τότε μὲν αἰσχυνό-
μενος ἀφῆκα αὐτόν· αὖθις δὲ ἐπιβουλεύσας, ἐπειδὴ ἐδεδει-
πνήκει, διελεγόμην πόῤῥω *) τῶν νυκτῶν, καὶ ἐπειδὴ ἐβούλε-
το ἀπιέναι, σκηπτόμενος ὅτι ὀψὲ εἴη προςηνάγκασα αὐτὸν
μένειν. ἀνεπαύετο οὖν ἐν τῇ ἐχομένῃ ἐμοῦ κλίνῃ, ἐν ᾗπερ
ἐδείπνει, καὶ οὐδεὶς ἐν τῷ οἰκήματι ἄλλος καθηῦδεν ἢ ἡμεῖς.
* μέχρι μὲν οὖν δὴ δεῦρο τοῦ λόγου καλῶς ἂν ἔχοι καὶ E
πρὸς ὁντινοῦν λέγειν· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐκ ἄν μου ἠκούσατε
λέγοντος, εἰ μὴ πρῶτον μὲν τὸ λεγόμενον οἶνος ἄνευ τε παί-
δων καὶ μετὰ παίδων ἦν ἀληθής· ἔπειτα ἀφανίσαι Σωκρά-
τους ἔργον ὑπερήφανον εἰς ἔπαινον ἐλθόντα ἄδικόν μοι φαίνε-
ται· ἔτι δὲ τὸ τοῦ δηχθέντος ὑπὸ τοῦ ἔχεως πάθος κἀμὲ ἔχει·
φασὶ γάρ πού τινα τοῦτο παθόντα οὐκ ἐθέλειν λέγειν οἷον
ἦν πλὴν τοῖς δεδηγμένοις, ὡς μόνοις * γνωσομένοις τε καὶ 218
ξυγγνωσομένοις εἰ πᾶν ἐτόλμα δρᾶν τε καὶ λέγειν ὑπὸ τῆς
ὀδύνης. ἐγὼ οὖν δεδηγμένος τε ὑπὸ ἀλγεινοτέρου καὶ τὸ
ἀλγεινότατον ὧν ἄν τις δηχθείη — τὴν καρδίαν γὰρ ἢ ψυ-
χὴν ἢ ὅ τι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ
τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οἳ ἔχονται ἐχίδνης ἀγριώτερον,
νέου ψυχῆς μὴ ἀφυοῦς ὅταν λάβωνται, καὶ ποιοῦσι δρᾶν τε
καὶ λέγειν ὁτιοῦν — καὶ ὁρῶν αὖ Φαίδρους, Ἀγάθωνας,
* Ἐρυξιμάχους, Παυσανίας, Ἀριστοδήμους τε καὶ Ἀριστο- B
φάνας· Σωκράτη δὲ αὐτὸν τί δεῖ καὶ λέγειν, καὶ ὅσοι ἄλλοι;
πάντες γὰρ κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακ-
χείας· διὸ πάντες ἀκούσεσθε· ξυγγνώσεσθε γὰρ τοῖς τε τότε
πραχθεῖσι καὶ τοῖς νῦν λεγομένοις· οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις

---

*) Ἴσ. ἀεὶ πόῤῥω.

mihi putavi ut aggrederer virum summa vi nec remitterem, quandoquidem negotium suscepissem, sed scirem iam quid rei esset. voco igitur eum ad concoenationem, revera tamquam amator puero dilecto ei insidians. nec tunc mihi protinus dicto erat audiens; tandem vero obtemperavit. postquam venerat primum, coenatus abire voluit. ac tunc quidem pudore prohibitus eum dimisi; rursus vero insidiatus, postquam coenaverat, colloquutus sum cum eo ad multam noctem, et quum vellet discedere, praetexens serum noctis coëgi eum manere. requievit igitur in lecto a meo proximo, in quo coenatus erat, et nullus in cubiculo alius dormivit praeter nos. et hactenus quidem deceat narrare cuilibet; dein vero quae sequuntur non audiretis a me dicente, nisi primum, ut in proverbio est, vinum et sine pueris et cum pueris esset veridicum; deinde oblitterare Socratis factum praeclarum, si laudationem eius susceperis, haud sane mihi videtur iustum esse; praeterea etiam eius quem vipera momordit affectione afflictus sum; dicunt videlicet eum cui hoc acciderit nolle explicare qualis illa sit nisi morsis, quippe quos solos existiment et noscere et ignoscere si omnia sustineant et facere et dicere prae dolore. ego iam morsus ab hoc quod maiorem inurit dolorem et ea parte quae maxime dolet omnium quibus quis mordeatur — corde enim vel animo vel quocumque id oportet nomine nuncupari percussus ac morsus a philosophis sermonibus qui corripiunt vipera vehementius, recentem animum bona indole praeditum quum nacti sunt, omniaque et facere et dicere cogunt — et videns etiam Phaedros, Agathones, Eryximachos, Pausanias, Aristodemos et Aristophanes: Socratem vero ipsum quid tandem opus est dicere et quicumque alii adsunt? omnibus enim vobis communis est philosopha insania atque bacchatio; quocirca omnes audietis; ignoscetis enim tunc factis et nunc dictis; vos autem servi et si quis alius est profa-

ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας
τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε. ἐπειδὴ γὰρ οὖν, ὦ ἄνδρες, ὅ τε λύχνος
ἀπεσβήκει καὶ οἱ παῖδες ἔξω ἦσαν, * ἔδοξέ μοι χρῆναι μηδὲν C
ποικίλλειν πρὸς αὐτόν, ἀλλ' ἐλευθέρως εἰπεῖν ἅ μοι ἐδόκει.
καὶ εἶπον κινήσας αὐτόν Σώκρατες, καθεύδεις; Οὐ δῆτα,
ἦ δ' ὅς. Οἶσθα οὖν ἅ μοι δέδοκται; Τί μάλιστα; ἔφη.
Σὺ ἐμοὶ δοκεῖς, ἦν δ' ἐγώ, ἐμοῦ ἐραστὴς ἄξιος γεγονέναι
μόνος, καί μοι φαίνει ὀκνεῖν μνησθῆναι πρός με. ἐγὼ δὲ
οὑτωσὶ ἔχων πάνυ ἀνόητον ἡγοῦμαι εἶναι σοὶ μὴ οὐ καὶ
τοῦτο χαρίζεσθαι καὶ εἴ τι ἄλλο ἢ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς δέ-
οιο ἢ τῶν φίλων τῶν * ἐμῶν. ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι D
πρεσβύτερον τοῦ ὡς ὅτι βέλτιστον ἐμὲ γενέσθαι, τούτου δὲ
οἶμαί μοι ξυλλήπτορα οὐδένα κυριώτερον εἶναι σοῦ. ἐγὼ δὴ
τοιούτῳ ἀνδρὶ πολὺ μᾶλλον ἂν μὴ χαριζόμενος αἰσχυνοίμην
τοὺς φρονίμους, ἢ χαριζόμενος τούς τε πολλοὺς καὶ ἄφρο-
νας. Καὶ οὗτος ἀκούσας μάλα εἰρωνικῶς καὶ σφόδρα ἑαυ-
τῷ εἰωθότως ἔλεξεν Ὦ φίλε Ἀλκιβιάδη, κινδυνεύεις τῷ ὄν-
τι οὐ φαῦλος εἶναι, εἴπερ ἀληθῆ τυγχάνει ὄντα * ἃ λέγεις E
περὶ ἐμοῦ, καί τις ἔστ' ἐν ἐμοὶ δύναμις δι' ἧς ἂν σὺ γέ-
νοιο ἀμείνων· ἀμήχανόν τι κάλλος ὁρῴης ἂν ἐν ἐμοὶ καὶ
τῆς παρὰ σοὶ εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον· εἰ δὴ καθορῶν
αὐτὸ κοινώσασθαί τέ μοι ἐπιχειρεῖς καὶ ἀλλάξασθαι κάλλος
ἀντὶ κάλλους, οὐκ ὀλίγῳ μου πλεονεκτεῖν διανοεῖ, ἀλλ' ἀντὶ
δόξης ἀλήθειαν καλῶν κτᾶσθαι ἐπιχειρεῖς * καὶ τῷ ὄντι 219
χρύσεα χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς. ἀλλ', ὦ μακάριε, ἄμει-
νον σκόπει, μή σε λανθάνω οὐδὲν ὤν. ἥ τοι τῆς διανοίας
ὄψις ἄρχεται ὀξὺ βλέπειν, ὅταν ἡ τῶν ὀμμάτων τῆς ἀκμῆς
λήγειν ἐπιχειρῇ· σὺ δὲ τούτων ἔτι πόρρω. Κἀγὼ ἀκούσας,
Τὰ μὲν παρ' ἐμοῦ, ἔφην, ταῦτ' ἐστίν, ὧν οὐδὲν ἄλλως εἴ-
ρηται ἢ ὡς διανοοῦμαι· σὺ δὲ αὐτὸς οὕτω βουλεύου ὅ τι
σοί τε ἄριστον καὶ ἐμοὶ ἡγεῖ. Ἀλλ', ἔφη, τοῦτό γε εὖ λέ-
γεις· ἐν γὰρ τῷ ἐπιόντι χρόνῳ βουλευόμενοι πράξομεν ὃ ἂν
φαίνηται νῷν * περί τε τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀρι- B

nus atque illiberalis, ianuas admodum magnas auribus imponite. postquam igitur lucerna exstincta erat et pueri excesserant, putavi nihil esse dissimulandum erga ipsum, sed libere dicendum quod mihi videretur. atque appellavi eum tangens Socrate, dormis? Minime vero, inquit ille. Scin tu quae mihi visa sint? Quid tandem? inquit. Tu mihi videris, inquam, amator mei dignus esse unus solus et, ni fallor, cunctari eius rei mentionem facere apud me. ita vero quum iudicem, magnae arbitror insipientiae fore tibi non et hoc gratificari et si quo alio egeas, vel opibus meis vel amicis. mihi enim nihil maioris est curae quam ut quam possim optimus exsistam, huius autem rei existimo mihi adiutorem nullum potiorem esse quam te. quocirca tali viro si non gratificarer, multo magis me puderet prudentium, quam gratificantem me multitudinis pudebit atque insipientium. Quibus auditis ille irrisoris in modum et suo plane more O care Alcibiade, inquit, videris profecto non contemnendus esse, si vera sunt quae dicis de me et vis quaedam in me inest quae te reddere possit meliorem. etenim si incredibilem quandam pulchritudinem in me conspiciens tuaque formositate longe multumque praestantiorem commercium mecum habere cogitas et permutare pulchritudinem pulchritudine, haud paullo me lucro praevertere in animo habes, quum pro opinata veram pulchritudinem comparare studeas et revera aurum pro aere commutare cogites. at vero, egregie, melius perpende, ne te fallat me nihil esse. mentis videlicet acies incipit acriter videre, quum oculorum acies viribus defici coepta est. tu vero ab his longe adhuc abes. Tum ego his auditis, Meae quidem res, inquam, se sic habent, nec aliter dixi ac sentio; tu vero ipse consilium ini, quod et tibi optimum et mihi existimas. Sane hoc quidem, inquit, bene dicis; tempore enim procedente consilium capientes faciemus quod visum nobis fuerit et de his et

στον. Ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα ἀκούσας τε καὶ εἰπὼν καὶ ἀφεὶς
ὥςπερ βέλη, τετρῶσθαι αὐτὸν ᾤμην. καὶ ἀναστάς γε, οὐδὲ
ἐπιτρέψας τούτῳ εἰπεῖν οὐδὲν ἔτι, ἀμφιέσας τὸ ἱμάτιον τὸ
ἐμουτοῦ τοῦτον (καὶ γὰρ ἦν χειμὼν), ὑπὸ τὸν τρίβωνα κα-
τακλινεὶς τὸν τουτουΐ, περιβαλὼν τὼ χεῖρε τούτῳ τῷ δαιμο-
νίῳ ὡς ἀληθῶς καὶ θαυμαστῷ, * κατεκείμην τὴν νύκτα C
ὅλην. καὶ οὐδὲ ταῦτα αὖ, ὦ Σώκρατες, ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι.
ποιήσαντος δὲ δὴ ταῦτα ἐμοῦ οὗτος τοσοῦτον περιεγένετό τε
καὶ κατεφρόνησε καὶ κατεγέλασε τῆς ἐμῆς ὥρας καὶ ὕβρισε,
καίπερ ἐκεῖνό γε ᾤμην τι εἶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί (δικα-
σταὶ γάρ ἐστε *) τῆς Σωκράτους ὑπερηφανίας)· εὖ γὰρ ἴστε,
μὰ θεούς, μὰ θεάς, οὐδὲν περιττότερον καταδεδαρθηκὼς
ἀνέστην μετὰ * Σωκράτους ἢ εἰ μετὰ πατρὸς καθηῦδον ἢ D
ἀδελφοῦ πρεσβυτέρου. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο τίνα οἴεσθέ με
διάνοιαν ἔχειν; ἡγούμενον μὲν ἠτιμάσθαι, ἀγάμενον δὲ τὴν
τούτου φύσιν τε καὶ σωφροσύνην καὶ ἀνδρείαν, ἐντετυχηκό-
τα ἀνθρώπῳ τοιούτῳ οἵῳ ἐγὼ οὐκ ἂν ᾤμην ποτὲ ἐντυχεῖν
εἰς φρόνησιν καὶ εἰς καρτερίαν, ὥςτε οὔθ' ὅπως οὖν ὀργι-
ζοίμην εἶχον καὶ ἀποστερηθείην τῆς τούτου ξυνουσίας, οὔθ'
ὅπῃ προςαγαγοίμην αὐτὸν εὐπόρουν· εὖ * γὰρ ᾔδη ὅτι E
χρήμασί γε πολὺ μᾶλλον ἄτρωτος ἦν πανταχῇ ἢ σιδήρῳ ὁ
Αἴας, ᾧ τε ᾤμην αὐτὸν μόνῳ ἁλώσεσθαι, διαπεφεύγει με.
ἠπόρουν δή, καταδεδουλωμένος τε ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου ὡς
οὐδεὶς ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου περιῇα. Ταῦτά τε γάρ μοι ἅπαν-
τα προὐγεγόνει, καὶ μετὰ ταῦτα στρατεία ἡμῖν εἰς Ποτίδαι-
αν ἐγένετο κοινὴ καὶ ξυνεσιτοῦμεν ἐκεῖ. πρῶτον μὲν οὖν
τοῖς πόνοις οὐ μόνον ἐμοῦ περιῆν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων
ἁπάντων· ὁπόταν γοῦν ἀναγκασθείημεν ἀποληφθέντες που,
οἷα δὴ * ἐπὶ στρατείας, ἀσιτεῖν, οὐδὲν ἦσαν οἱ ἄλλοι πρὸς 220
τὸ καρτερεῖν· ἔν τ' αὖ ταῖς εὐωχίαις μόνος ἀπολαύειν οἷός
τ' ἦν, τά τ' ἄλλα καὶ πίνειν, οὐκ ἐθέλων, ὁπότε ἀναγκα-
σθείη, πάντας ἐκράτει, καὶ ὃ πάντων θαυμαστότατον, Σω-
κράτη μεθύοντα οὐδεὶς πώποτε ἑώρακεν **) ἀνθρώπων. τού-
του μὲν οὖν μοι δοκεῖ καὶ αὐτίκα ὁ ἔλεγχος ἔσεσθαι· πρὸς

*) ἴσ. γὰρ ἔστε. **) ἄλλ. ἑωράκει.

de reliquis optimum. Ego quidem, his auditis dictisque et tamquam iaculis emissis, vulneratum eum esse arbitrabar. ac surgens quidem nec sinens eum amplius quid dicere indui ei vestem meam (erat enim hiems) et sub pallio eius recumbens manibusque circumplexus hunc vere divinum et admirabilem accubui totam noctem. nec haec quoque, Socrate, dices me mentiri. haec autem me facientem tantopere vicit et contempsit et derisit pulchritudinem meam et contumelia affecit, quamvis eam quidem arbitrabar aliquid esse, o iudices (iudices enim este Socratis superbiae) — probe enim scite per deos per deas me non aliter dormivisse ac surrexisse a Socrate, ac si cum patre cubuissem vel fratre natu maiore. post vero quid mihi creditis animi fuisse? existimanti videlicet me contemni, admiranti vero huius indolem et temperantiam ac fortitudinem, quem quidem talem hominem repereram, qualem numquam me putaram reperturum esse ad prudentiam et perseverantiam: ut neque haberem quid irascerer neque privarem eius consuetudine, neque in promptu mihi esset quo animum eius mihi conciliarem; certo enim sciebam pecunia eum multo minus posse vulnerari alicubi quam ferro Aiacem, id vero quo putaram eum solo captum iri eluserat. nescivi igitur quo me verterem et servire coactus homini, ut nullus nulli alii, circumivi. Haec igitur omnia mihi ante acciderant, dein vero expeditio nobis ad Potidaeam versus fuit communis et una coenavimus istic. ac primum quidem in laboribus ferendis non solum me superavit, verum etiam ceteros ad unum omnes; certe quando cogebamur interclusi alicubi, ut solet in expeditione, inediam ferre, nihil erant reliqui ad eam sustinendam; in epulis vicissim solus frui sciebat, praesertim bibere, haud avens, quando cogebatur, omnes superabat, et quod maxime mirandum, Socratem temulentum nullus umquam vidit hominum. et hoc quidem, ni fallor, statim argumento docebit;

δὲ αὖ τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις (δεινοὶ γὰρ αὐτόθι χειμῶνες) θαυμάσια εἰργάζετο τά τε ἄλλα, * καί ποτε ὄντος B τοῦ πάγου οἵου δεινοτάτου, καὶ πάντων ἢ οὐκ ἐξιόντων ἔνδοθεν ἤ, εἴ τις ἐξίοι, ἠμφιεσμένων τε θαυμαστὰ δὴ ὅσα καὶ ὑποδεδεμένων καὶ ἐνειλιγμένων τοὺς πόδας εἰς πίλους καὶ ἀρνακίδας, οὗτος δ' ἐν τούτοις ἐξῄει ἔχων ἱμάτιον μὲν τοιοῦτον οἷόνπερ καὶ πρότερον εἰώθει φορεῖν, ἀνυπόδητος δὲ διὰ τοῦ κρυστάλλου ῥᾷον ἐπορεύετο ἢ οἱ ἄλλοι ὑποδεδεμένοι. οἱ δὲ στρατιῶται ὑπέβλεπον αὐτὸν ὡς καταφρονοῦντα σφῶν. Καὶ * ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. C

Οἷον δ' αὖ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνὴρ

ἐκεῖ ποτε ἐπὶ στρατείας, ἄξιον ἀκοῦσαι. ξυννοήσας γὰρ αὐτόθι ἕωθέν τι εἱστήκει σκοπῶν, καὶ ἐπειδὴ οὐ προὐχώρει αὐτῷ, οὐκ ἀνίει, ἀλλὰ εἱστήκει ζητῶν. καὶ ἤδη ἦν μεσημβρία, καὶ ἄνθρωποι ᾐσθάνοντο, καὶ θαυμάζοντες ἄλλος ἄλλῳ ἔλεγεν ὅτι Σωκράτης ἐξ ἑωθινοῦ φροντίζων τι ἕστηκε. τελευτῶντες δέ τινες τῶν Ἰώνων, ἐπειδὴ ἑσπέρα ἦν, δειπνήσαντες, * (καὶ γὰρ θέρος τότε ἦν) χαμεύνια ἐξενεγκάμενοι D ἅμα μὲν ἐν τῷ ψύχει καθηῦδον, ἅμα δὲ ἐφύλαττον αὐτὸν εἰ καὶ τὴν νύκτα ἑστήξοι. ὁ δὲ εἱστήκει μέχρι ἕως ἐγένετο καὶ ἥλιος ἀνέσχεν· ἔπειτα ᾤχετ' ἀπιὼν προσευξάμενος τῷ ἡλίῳ. Εἰ δὲ βούλεσθε ἐν ταῖς μάχαις· τοῦτο γὰρ δὴ δίκαιόν γε αὐτῷ ἀποδοῦναι. ὅτε γὰρ ἡ μάχη ἦν ἐξ ἧς ἐμοὶ καὶ τἀριστεῖα ἔδοσαν οἱ στρατηγοί, οὐδεὶς ἄλλος ἐμὲ ἔσωσεν ἀνθρώπων ἢ οὗτος, οὐκ ἐθέλων τετρωμένον * ἀπολιπεῖν, E ἀλλὰ ξυνδιέσωσε καὶ τὰ ὅπλα καὶ αὐτὸν ἐμέ. καὶ ἐγὼ μέν, ὦ Σώκρατες, καὶ τότε ἐκέλευον σοὶ διδόναι τἀριστεῖα τοὺς στρατηγούς, καὶ τοῦτό γέ μοι οὔτε μέμψει οὔτε ἐρεῖς ὅτι ψεύδομαι· ἀλλὰ γὰρ τῶν στρατηγῶν πρὸς τὸ ἐμὸν ἀξίωμα ἀποβλεπόντων καὶ βουλομένων ἐμοὶ διδόναι τἀριστεῖα, αὐτὸς προθυμότερος ἐγένου τῶν στρατηγῶν ἐμὲ λαβεῖν ἢ σαυτόν. Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες, ἄξιον ἦν θεάσασθαι Σωκράτη, ὅτε ἀπὸ * Δηλίου φυγῇ ἀνεχώρει τὸ στρατόπεδον· 221 ἔτυχον γὰρ παραγενόμενος ἵππον ἔχων, οὗτος δὲ ὅπλα. ἀνεχώρει οὖν ἐσκεδασμένων ἤδη τῶν ἀνθρώπων οὗτός τε ἅμα

de hieme vero toleranda (acres enim istic hiemes), mira fecit quum alia tum etiam hoc: aliquando quum esset frigus quantum maximum potest esse, omnesque aut non prodirent intus aut, si quis prodiret, mirum quam esset amictus et calceis indutus pedesque haberet coactis et pellibus ovillis involutos, hic tum prodit vestem habens talem qualem ante quoque solitus erat gerere, sine calceis vero per glaciem facilius incedebat quam reliqui calceis induti. milites autem suspiciose eum intuebantur, quasi ipsos despiceret. Et haec quidem hactenus.

Quale etiam hoc fecit vir fortis sustinuitque istic aliquando in expeditione, id dignum est auditu. cogitans enim aliquid cum animo suo istic a mane constiterat meditans, et quum ei non succederet, non remisit, sed constitit indagans. iam erat meridies; homines id animadverterant et alter alteri admirans dicebat Socratem a mane investigantem aliquid constitisse. ad extremum quidam ex Ionibus, caelo vesperascente, coenati, quia tum aestas erat, stragulis elatis simul in frigore dormiverunt, simul observarunt illum si etiam noctem constiturus esset. is vero constitit dum dies illuxisset et sol ortus esset; tum discessit precatus ad solem. Porro in proeliis, hoc videlicet debetur ei solvi. quum enim pugna pugnaretur, ex qua mihi etiam palmam dederunt imperatores, nullus alius me servavit hominum nisi hic, non sustinens vulneratum derelinquere, sed simul conservavit et arma et me ipsum. et ego quidem, Socrate, etiam tum iussi tibi dare palmam imperatores; quod quidem mihi neque exprobrabis neque dices me mentiri; quum vero imperatores meam nobilitatem respicerent et mihi vellent dare palmam, ipse magis contendisti quam imperatores ut ego eam acciperem, non tu. Praeterea, viri, dignus erat qui spectaretur Socrates, quum Delio fuga se referret exercitus; adfui enim forte in equo sedens, ille vero arma tenuit. recesserunt igitur sese dissipatis iam hominibus hic simulque

καὶ Λάχης· καὶ ἐγὼ περιτυγχάνω, καὶ ἰδὼν εὐθὺς παρακε-
λεύομαί τε αὐτοῖν θαρρεῖν καὶ ἔλεγον ὅτι οὐκ ἀπολείψω αὐ-
τώ. ἐνταῦθα δὴ καὶ κάλλιον ἐθεασάμην Σωκράτη ἢ ἐν
Ποτιδαίᾳ· αὐτὸς γὰρ ἧττον ἐν φόβῳ ἦ διὰ τὸ ἐφ' ἵππου
εἶναι· πρῶτον μὲν ὅσον περιῆν Λάχητος τῷ ἔμφρων * εἶ- B
ναι· ἔπειτα ἔμοιγε ἐδόκει, ὦ Ἀριστόφανες, τὸ σὸν δὴ τοῦ-
το, καὶ ἐκεῖ διαπορεύεσθαι ὥσπερ καὶ ἐνθάδε, βρενθυό-
μενος καὶ τὠφθαλμὼ παραβάλλων, ἠρέμα παρασκο-
πῶν καὶ τοὺς φιλίους *) καὶ τοὺς πολεμίους, δῆλος ὢν παντὶ
καὶ πάνυ πόρρωθεν ὅτι, εἴ τις ἅψεται τούτου τοῦ ἀνδρός,
μάλα ἐρρωμένως ἀμυνεῖται. διὸ καὶ ἀσφαλῶς ἀπῄει καὶ οὗτος
καὶ ὁ ἕτερος· σχεδὸν γάρ τι τῶν οὕτω διακειμένων ἐν τῷ
πολέμῳ οὐδὲ ἅπτονται, ἀλλὰ τοὺς * προτροπάδην φεύγοντας C
διώκουσι. Πολλὰ μὲν οὖν ἄν τις καὶ ἄλλα ἔχοι Σωκράτη
ἐπαινέσαι καὶ θαυμάσια, ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων ἐπιτηδευμά-
των τάχ' ἄν τις καὶ περὶ ἄλλου τοιαῦτα εἴποι, τὸ δὲ μηδενὶ
ἀνθρώπων ὅμοιον εἶναι, μήτε τῶν παλαιῶν μήτε τῶν νῦν
ὄντων, τοῦτο ἄξιον παντὸς θαύματος. οἷος γὰρ Ἀχιλλεὺς
ἐγένετο, ἀπεικάσειεν ἄν τις καὶ Βρασίδαν καὶ ἄλλους, καὶ
οἷος αὖ Περικλῆς, καὶ Νέστορα καὶ Ἀντήνορα· εἰσὶ δὲ * καὶ D
ἕτεροι· καὶ τοὺς ἄλλους κατὰ ταῦτ' **) ἄν τις ἀπεικάζοι·
οἷος δὲ οὑτοσὶ γέγονε τὴν ἀτοπίαν ἄνθρωπος, καὶ αὐτὸς
καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ, οὐδ' ἐγγὺς ἂν εὕροι τις ζητῶν, οὔτε
τῶν νῦν οὔτε τῶν παλαιῶν, εἰ μὴ ἄρα οἷς ἐγὼ λέγω ἀπει-
κάζοι τις αὐτόν, ἀνθρώπων μὲν μηδενί, τοῖς δὲ Σειληνοῖς
καὶ Σατύροις, αὐτόν τε καὶ τοὺς λόγους. καὶ γὰρ οὖν καὶ
τοῦτο ἐν τοῖς πρώτοις παρέλιπον, ὅτι καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ
ὁμοιότατοί εἰσι τοῖς Σειληνοῖς τοῖς διοιγομένοις. εἰ * γὰρ E
ἐθέλει ***) τις τῶν Σωκράτους ἀκούειν λόγων, φανεῖεν ἂν
πάνυ γελοῖοι τὸ πρῶτον· τοιαῦτα καὶ ὀνόματα καὶ ῥήματα
ἔξωθεν περιαμπέχονται, Σατύρου ἄν τινα ὑβριστοῦ δοράν·
ὄνους γὰρ κανθηλίους λέγει καὶ χαλκέας τινὰς καὶ σκυτοτό-
μους καὶ βυρσοδέψας, καὶ ἀεὶ διὰ τῶν αὐτῶν ταὐτὰ φαίνε-
ται λέγειν, ὥστε ἄπειρος καὶ ἀνόητος ἄνθρωπος πᾶς ἂν τῶν

---

*) γρ. φίλους. **) γρ. ταῦτ'. ***) γρ. ἐθέλοι.

Laches; atque ego occurro, statim ut eos conspicio cohortor ad fiduciam et dico me ipsos non esse relicturum. hîc igitur etiam pulchrius spectavi Socratem quam ad Potidaeam; ipse enim minus in timore fui, quia in equo vehebar: primum quanto Lacheti praestaret prudentia; deinde mihi quidem videbatur, id quod tu dixisti, Aristophane, etiam istic incedere ut hîc, *erectus et celsus fixisque oculis*, tranquille circumspectans et socios et hostes, ut cuique etiam longo ex intervallo appareret, hunc virum, si quis eum tacturus esset, fortissime sese esse defensurum. quocirca etiam tuto discessit et hic et alter; ferme enim sic animati in bello ne tanguntur quidem, concitati vero qui fugiunt ab hostibus premuntur. Multa quidem alia eaque admirabilia Socrati aliquis laudi dare possit, verum quod ad reliqua studia attinet forsitan quispiam etiam de alio talia dixerit, hoc autem quod nulli hominum similis est, neque priscorum neque eorum qui nunc sunt, dignum omni admiratione. qualis enim Achilles fuerit, tales forsitan descripserit quispiam Brasidam et alios, et qualis Pericles, tales Nestorem et Antenorem; sunt vero etiam alii; et reliquos similiter quis descripserit; ad huius vero admirabilem naturam, et ipsius et sermonum eius, ne accedentem quidem quemquam inveneris quaerens, neque eorum qui nunc sunt neque priscorum, nisi forte eis quos dixi ipsum comparaveris, hominum quidem nulli, Silenis vero et Satyris, et ipsum et sermones. etenim hoc in prima oratione praetermisi etiam sermones eius simillimos esse Silenis illis apertis. nam si quis Socratis sermones voluerit audire, videbuntur admodum ridiculi esse primum: talibus et nominibus et verbis extrinsecus amicti sunt, Satyri quadam irrisoris pelle; asinos enim clitellarios in ore habet et fabros aerarios et sutores et coriarios, et semper eisdem eadem videtur dicere, ut imperitus et insipiens homo quilibet fere eius

λόγων καταγελάσειε. * διοιγομένους δὲ ἰδὼν αὖ *) τις καὶ 222
ἐντὸς αὐτῶν γιγνόμενος πρῶτον μὲν νοῦν ἔχοντας ἔνδον μό-
νους εὑρήσει τῶν λόγων, ἔπειτα θειοτάτους καὶ πλεῖστ᾽ ἀγάλ-
ματ᾽ ἀρετῆς ἐν αὐτοῖς ἔχοντας καὶ ἐπὶ πλεῖστον τείνοντας,
μᾶλλον δὲ ἐπὶ πᾶν ὅσον προσήκει σκοπεῖν τῷ μέλλοντι καλῷ
κἀγαθῷ ἔσεσθαι.

Ταῦτ᾽ ἐστίν, ὦ ἄνδρες, ἃ ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ· καὶ
αὖ ἃ μέμφομαι, ξυμμίξας ὑμῖν εἶπον ἅ με ὕβρισε. καὶ μέν-
τοι οὐκ ἐμὲ μόνον ταῦτα * πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ Χαρμίδην B
τὸν Γλαύκωνος καὶ Εὐθύδημον τὸν Διοκλέους καὶ ἄλλους
πάνυ πολλούς, οὓς οὗτος ἐξαπατῶν ὡς ἐραστὴς παιδικὰ μᾶλ-
λον αὐτὸς καθίσταται ἀντ ἐραστοῦ. ἃ δὴ καὶ σοὶ λέγω, ὦ
Ἀγάθων, μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἡμε-
τέρων παθημάτων γνόντα εὐλαβηθῆναι καὶ μὴ κατὰ τὴν πα-
ροιμίαν, ὥσπερ νήπιον, παθόντα γνῶναι.

Εἰπόντος δὴ ταῦτα τοῦ Ἀλκιβιάδου * γέλωτα γενέσθαι C
ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ αὐτοῦ, ὅτι ἐδόκει ἔτι ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ
Σωκράτους. τὸν οὖν Σωκράτη, Νήφειν μοι δοκεῖς, φάναι,
ὦ Ἀλκιβιάδη· οὐ γὰρ ἄν ποθ᾽ οὕτω κομψῶς κύκλῳ περι-
βαλλόμενος ἀφανίσαι ἐνεχείρεις οὗ ἕνεκα ταῦτα πάντα εἴρη-
κας, καί, ὡς ἐν παρέργῳ δὴ λέγων, ἐπὶ τελευτῆς αὐτὸ ἔθη-
κας, ὡς οὐ πάντα τούτου ἕνεκα εἰρηκώς, τοῦ ἐμὲ καὶ Ἀγά-
θωνα διαβάλλειν, * οἰόμενος δεῖν ἐμὲ μὲν σοῦ ἐρᾶν καὶ μηδε- D
νὸς ἄλλου, Ἀγάθωνα δὲ ὑπὸ σοῦ ἐρᾶσθαι καὶ μηδ᾽ ὑφ᾽
ἑνὸς ἄλλου. ἀλλ᾽ οὐκ ἔλαθες, ἀλλὰ τὸ Σατυρικόν σου δρᾶμα
τοῦτο καὶ Σειληνικὸν κατάδηλον ἐγένετο. ἀλλ᾽, ὦ φίλε
Ἀγάθων, μηδὲν πλέον αὐτῷ γένηται, ἀλλὰ παρασκευάζου
ὅπως ἐμὲ καὶ σὲ μηδεὶς διαβάλῃ. Τὸν οὖν Ἀγάθωνα εἰπεῖν,
Καὶ μήν, ὦ Σώκρατες, κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν· τεκμαί-
ρομαι δὲ καὶ ὡς κατεκλίνη ἐν μέσῳ * ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ἵνα E
χωρὶς ἡμᾶς διαλάβῃ. οὐδὲν οὖν πλέον αὐτῷ ἔσται, ἀλλ᾽
ἐγὼ παρὰ σὲ ἐλθὼν κατακλινήσομαι. Πάνυ γε, φάναι τὸν
Σωκράτη, δεῦρο ὑποκάτω ἐμοῦ κατακλίνου. Ὦ Ζεῦ, εἰπεῖν

*) γρ. ἄν.

sermones derideat. apertos vero si quis viderit intusque fuerit, primum prudentes in se solos reperiet e sermonibus, deinde divinissimos, plurimas imagines virtutis in se habentes et ad plurima pertinentes, vel potius ad omnia quae convenit explorare ei qui se honestum ac bonum evadere cupiat.

Haec sunt, viri, quae ego Socrati do laudi; atque etiam quae exprobro admiscens retuli vobis qua me contumelia vexaverit. quamquam non mihi solum hoc fecit, verum etiam Charmidi Glauconis filio et Euthydemo Dioclis filio et aliis permultis, quos quidem hic decipit quasi amator sit, et amatus potius ipse exsistit pro amatore. quae scilicet etiam tibi dico, Agatho, ne decipiare ab hoc, sed ex nostris casibus rem cognoscens tibi caveas nec, ut in proverbio est, sicut stultus, damno facto cognoscas.

Haec quum dixisset Alcibiades, risum esse coortum propter libertatem eius, quia visus esset adhuc in amore habere Socratem. tum Socratem, Sobrius mihi videris esse, dixisse, Alcibiade; nam ni ita se haberet, numquam tam callide circuitione quadam et anfractu occultare instituisses id cuius causa haec omnia protulisti, nec, tamquam obiter scilicet memorans, in fine id posuisses, quasi non omnia huc spectans dixisses ut me ab Agathonis amicitia disiungeres, existimans oportere me quidem te amare, nullum alium, Agathonem vero a te amari, ab alio nullo. sed non latuit nos res, immo Satyrica tua fabula illa et Silenica patefacta est. at, o care Agatho, fac ne quid ipsi hoc prosit, sed ita te compara ut me et te nemo disiungat. Atque Agathonem dixisse Sane, Socrate, videris vere dicere; coniicio etiam eum accubuisse medium inter me et te, ut nos dirimeret. nihil vero ipsi hoc proderit, sed ego ad te pergens accumbam. Sane quidem, dixisse Socratem, huc infra me accumbe. Per deos, retulisse Alcibiadem, qualia

τὸν Ἀλκιβιάδην, οἷα αὖ πάσχω ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου! οἴεταί
μου δεῖν πανταχῇ περιεῖναι. ἀλλ' εἰ μή τι ἄλλο, ὦ θαυ-
μάσιε, ἐν μέσῳ ἡμῶν ἔα Ἀγάθωνα κατακεῖσθαι. Ἀλλ'
ἀδύνατον, φάναι τὸν Σωκράτη· σὺ μὲν γάρ ἐμὲ ἐπῄνεσας,
δεῖ δ' ἐμὲ αὐτὸν *) ἐπὶ δεξί' ἐπαινεῖν. ἐὰν οὖν ὑπὸ σοὶ
κατακλινῇ Ἀγάθων, οὐ δήπου ἐμὲ πάλιν ἐπαινέσεται, πρὶν
ὑπ' ἐμοῦ μᾶλλον ἐπαινεθῆναι. ἀλλ' ἔασον, ὦ δαιμόνιε, καὶ
μὴ φθονήσῃς τῷ * μειρακίῳ ὑπ' ἐμοῦ ἐπαινεθῆναι· καὶ 223
γὰρ πάνυ ἐπιθυμῶ αὐτὸν ἐγκωμιάσαι. Ἰοὺ ἰού, φάναι τὸν
Ἀγάθωνα, Ἀλκιβιάδη, οὐκ ἔσθ' ὅπως ἂν ἐνθάδε μείναιμι,
ἀλλὰ παντὸς μᾶλλον μεταναστήσομαι, ἵνα ὑπὸ Σωκράτους
ἐπαινεθῶ. Ταῦτα ἐκεῖνα, φάναι τὸν Ἀλκιβιάδην, τὰ εἰω-
θότα· Σωκράτους παρόντος τῶν καλῶν μεταλαβεῖν ἀδύνατον
ἄλλῳ. καὶ νῦν ὡς εὐπόρως καὶ πιθανὸν λόγον εὗρεν, ὥστε
παρ' ἑαυτῷ τουτονὶ κατακεῖσθαι.

Τὸν * μὲν οὖν Ἀγάθωνα ὡς κατακεισόμενον παρὰ τῷ B
Σωκράτει ἀνίστασθαι· ἐξαίφνης δὲ κωμαστὰς ἥκειν παμπόλ-
λους ἐπὶ τὰς θύρας, καὶ ἐπιτυχόντας ἀνεῳγμέναις ἐξιόντος
τινὸς εἰς τὸ ἄντικρυς πορεύεσθαι παρὰ σφᾶς καὶ κατακλίνε-
σθαι, καὶ θορύβου μεστὰ πάντα εἶναι, καὶ οὐκέτι ἐν κό-
σμῳ οὐδενὶ ἀναγκάζεσθαι πίνειν πάμπολυν οἶνον. τὸν μὲν
οὖν Ἐρυξίμαχον καὶ τὸν Φαῖδρον καὶ ἄλλους τινὰς ἔφη ὁ
Ἀριστόδημος οἴχεσθαι ἀπιόντας οἴκαδε, ἓ δὲ ὕπνον **) λα-
βεῖν, καὶ καταδαρθεῖν πάνυ πολὺ ἅτε * μακρῶν τῶν νυκτῶν C
οὐσῶν, ἐξέγρεσθαι δὲ πρὸς ἡμέραν ἤδη ἀλεκτρυόνων ᾀδόν-
των, ἐξεγρόμενος δὲ ἰδεῖν τοὺς μὲν ἄλλους καθεύδοντας καὶ
οἰχομένους, Ἀγάθωνα δὲ καὶ Ἀριστοφάνη καὶ Σωκράτη
ἔτι μόνους ἐγρηγορέναι καὶ πίνειν ἐκ φιάλης μεγάλης ἐπὶ
δεξιά. τὸν οὖν Σωκράτη αὐτοῖς διαλέγεσθαι. καὶ τὰ μὲν
ἄλλα ὁ Ἀριστόδημος οὐκ ἔφη μεμνῆσθαι τῶν λόγων· οὔτε
γὰρ ἐξ ἀρχῆς * παραγενέσθαι ὑπονυστάζειν τε· τὸ μέντοι κε- D
φάλαιον ἔφη προσαναγκάζειν τὸν Σωκράτη ὁμολογεῖν αὐτοὺς
τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς εἶναι κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ἐπίστασθαι
ποιεῖν, καὶ τὸν τέχνῃ τραγῳδοποιὸν ὄντα καὶ κωμῳδοποιὸν εἶ-

*) ἄλλ. αὐτόν. ἴσ. αὖ τόνδ' ἐπὶ δ.

**) γρ. οἴκαδε, ὕπνον.

rursus mihi facit homo! existimat se oportere omnibus partibus me praecedere. age dum, si nihil aliud, o admirabilis, at sine medium inter nos Agathonem accubare. At fieri id nequit, retulisse Socratem; tu enim me laudasti, oportet vero me hunc ad dextram laudare. iam si infra te accubat Agatho, non erit ut rursus me laudet, priusquam a me potius laudetur. itaque concede, o bone, nec recusa quin iuvenis a me laudetur; nam valde etiam aveo eius laudes celebrare. Evax, dixisse Agathonem, Alcibiade, nullo modo possum hic manere, sed prorsus locum mutabo, ut a Socrate celebrer. Haec sunt, retulisse Alcibiadem, consueta illa: Socrate praesente pulchris uti non licet alii. atque nunc quam expedite rationem et eam probabilem invenit, ut apud ipsum hicce accubet.

Agathonem igitur ut accumberet iuxta Socratem surrexisse; repente vero comissatores venisse permultos ad fores, quas quum invenissent apertas exeunte aliquo recta perrexisse ad ipsos et accubuisse, et omnia tumultu strepuisse nec iam ullo ordine coactos esse bibere mirum quantum vini. tum Eryximachum, Phaedrum aliosque aliquos narravit Aristodemus abisse domum, se vero somnum cepisse et satis diu dormivisse quippe quum longae fuerint noctes, experrectum vero esse sub ortum lucis iam gallis cantantibus, et experrectum vidisse ceteros quidem dormientes et domum profectos, Agathonem vero et Aristophanem et Socratem adhuc solos vigilantes ac bibentes e poculo magno ad dextram. Socratem vero sermonem cum eis contulisse. ac reliqua quidem quae dicta essent se non meminisse narravit Aristodemus; neque enim ab initio se adfuisse et dormitasse, summatim tamen retulit coëgisse Socratem eos confiteri unius et eiusdem viri esse comoediam et tragoediam posse facere, et qui artificiosus esset poëta tragicus, eum etiam comicum esse. haec igitur

ναι. ταῦτα δὴ ἀναγκαζομένους αὐτοὺς καὶ οὐ σφόδρα ἑπομένους νυστάζειν· καὶ πρῶτον μὲν καταδαρθεῖν τὸν Ἀριστοφάνη, ἤδη δὲ ἡμέρας γιγνομένης τὸν Ἀγάθωνα. τὸν οὖν Σωκράτη κατακοιμήσαντ' *) ἐκείνους ἀναστάντα ἀπιέναι, καὶ αὐτὸς ὥσπερ εἰώθει ἕπεσθαι, καὶ ἐλθόντα ἐς Λύκειον, ἀπονιψάμενον ὥσπερ ἄλλοτε τὴν ἄλλην **) ἡμέραν διατρίβειν, καὶ οὕτω διατρίψαντα εἰς ἑσπέραν οἴκοι ἀναπαύεσθαι.

---

*) γρ. κατακοιμίσαντ'. **) ἄλλ. ὅλην.


concedere coactos nec sane sequentes dormitasse; et primum quidem obdormivisse Aristophanem, die vero iam illucescente Agathonem. Socratem autem quum hos sopivisset surrexisse ac discessisse, et se ipsum ut solitus esset sequutum esse, tum profectum in Lyceum sese abluisse, ut alias, reliquum diem traduxisse et tum demum quum illum traduxisset ad vesperam domi se quieti dedisse.

CORRIGENDA.


P. 15. v. 3. oporteat leg. *oporteret.* — p. 19. v. 5. a f. post v. *similitudinem* interpon. *habet.* — p. 24. v. 15. ἀποστερήσε l. ἀποστερήσει. — p. 36. v. 5. a f. ἀνόμοιο νἄν l. ἀνόμοιον ἄν. — p. 40. v. 22. μετῆνε l. μετῆν. — p. 44. v. 12. οὕτως ἀ εἰ l. οὕτως ἀεί. — p. 50. v. 6. δη τινος scrib. δή τινος. — p. 54. v. 6. ἐστὶν scrib. ἐστίν. — p. 54. v. 1. a f. τἄλλά που scrib. τἄλλα που. — p. 56. v. 2. a f. ἀνομοιον scr. ἀνόμοιον. — p. 61. v. 6. debuit l. *debent.* — p. 63. v. 3. Ego l. *Ergo.* — p. 63. v. 12. a f. separari l. *superari.* — p. 66. v. 16. ἐστι scr. ἐστιν. — p. 69. v. 2. a f. Minime leg. *Minimum.* — p. 70. v. 6. χὰρ scr. γάρ. — p. 76. v. 5. μέν ἐστιν scr. μὲν ἔστιν. — p. 78. v. 19. ἔστι scr. ἔστιν. — p. 83. v. 14. vere leg. *vero.* — p. 84. v. 4. a f. τἄλλά ἐστιν scr. τἄλλα ἐστιν. — p. 84. ***) γρ. Ἄρα ὁ ὖν scr. Ἄρα οὖν. — p. 93. v. 8. in leg. *in.* — p. 64. v. 7. a f. μη scr. μή. — p. 95. v. 19. rit leg. *it.* — p. 96. v. 2. a f. ἕτερα scr. ἕτερά. — p. 101. v. 16. pieta leg. *picta.* — p. 102. v. 14. οὐτέ τι scr. οὔτε τι. — p. 102. v. 19. ἐστί τε scr. ἔστι τε. — p. 108. v. 22. πρότερον κει μένον scr. πρότερον κειμένον. — p. 108. v. 3. a f. σκεψόμεθα scr. σκεψώμεθα. — p. 112. v. 7. ἑκαστῳ scr. ἑκάστῳ. — p. 112. v. 23. post v. οὐσίας interrogationis signum ponend. — p. 115. v. 7. a f. *ita* expung. — p. 116. v. 5. a f. πρᾶξις τις scr. πρᾶξίς τις. — p. 122. v. 17. καταγῆ scr. καταγῇ. — p. 132. v. 21. ποτε. ᾗ leg. ποτε· ᾗ. — p. 136. v. 9. a f. τοῦ leg. ταῦ. — p. 143. v. 3. vere leg. *vero.* — p. 151. v. 13. tum leg. *dum.* — p. 187. v. 16. instum leg. *iustum.* — p. 208. v. 1. κάλιστα leg. κάλλιστα. — p. 218. v. 9. a f. ζῶων scr. ζῶον. — p. 219. v. 4. hic leg. *his.* — p. 219. v. 21. quodcumque leg. *quocumque.* — p. 222. v. 10. τὰ ῥῶ leg. τὸ ῥῶ. — p. 224. v. 5. a f. πολλὰ γέ leg. πολλά γέ. — p. 233. v. 8. censentis scr. *censes.* — p. 235. v. 16. hanc leg. *hunc.* — p. 249. v. 22. omnine leg. *omnino.* — p. 268. v. 6. interpung. ποικίλον· καί. — p. 270. v. 5. scr. προσαγορεύεις. — p. 270. v. 6. a f. Τὺ scr. Τὸ. — p. 271. v. 3. dissimiles leg. *dissimilia.* — p. 276. v. 7. ἄρξηται leg. ἄρξεται. — p. 282. v. 15. ταῦτά γε αὐτά scr. ταὐτά γε ταῦτα. — p. 284. v. 19. post v. πάλαι plene interpung. — p. 285. v. 20. post v. *dudum* plene interp. — p. 294. v. 3. a f. οὔτ' αὖ not. ἀλλ. οὐδ' αὖ. — p. 296. v. 1. a f. Τούτων scr. Τούτω — p. 299. v. 5. post v. *videtur* interpon. *mihi.* — p. 299. v. 18. quidque l. *quodque.* — p. 302. v. 16. Εὔχον leg. Εὖχον. — p. 304. not. **) Addend. ἢ μᾶλλον· ἐγγενομένη. — p. 307. v. 19. existimas leg. *existima.* — p. 308. v. 20. πλμμηελοίην scr. πλημμελοίην. — p. 311. v. 4. sed unum leg. *sed ad unum.* — p. 319. v. 16. ante v. *protulisse* interpon. *sine causa.* — p. 321. v. 5. post v. *igitur* commate distinguend. — p. 324. v. 16. ἐστί scr. ἔστι. — p. 328. v. 6. a f. ἀναμιμνήσκεσθαί scr. ἀναμιμνήσκεσθαι. — p. 331. v. 9. a f. post v. repetamus punctum ponend. — p. 334. v. 17. τότε δὲ scr. τοτὲ δὲ. — p. 337. v. 15. post v. *utamur*

commate disting. — p. 338. v. 9. a f. δῆλόν scr. δῆλον. — p. 338 v. 2. a f. not. *) Addend. ἴσ. ὥς φῃς, οὔτ' ἐν μανίαις οὔτ' ἐν παραφροσύναις. — p. 340. v. 8. a f. ῳ scr. ᾧ. — p. 341. v. 2 exsistit leg. exsistat. — p. 342. v. 6. a f. post v. ὧδε interrogationis signum ponend. — p. 345. v. 6. verorum leg. verarum. — p. 347. v. 8. post v. contueatur inserend. anne hoc usu venit in nobis? — p. 348. v. 1. πάντων ἄρ leg. πάντως ἄρ'. — p. 350. not. **) post v. ψευδεῖς addend. ἤ· πονηρὰς δόξας ἄλλως ἢ ψευδεῖς γιγνομένας κτλ. — p. 351. v. 4. multae leg. multa. — p. 352. v. 4. a f. Πῆ scr. Ποῖα. — p. 354. v. 1. a f. not. **) add. ἤ· ὀψώμεθα, ἐὰν τῇδε ἀπαντῶμεν ἡδονάς κτλ. — p. 355. v. 1. laeittia leg. laetitia. — p. 355. v. 6. a f. ad v. videbimus, si huc pergamus not. vel: videamus an ita offendamus laetitias cet. — p. 367. v. 11. a f. dolorum leg. dolorem. — p. 365. v. 11. Nonne autem leg. Nonne enim. — p. 367. v. 3. famosos leg. clamosos. — p. 368. v. 7. ὕστερον scr. ὕστερον. — p. 369. v. 23. illae leg. illi. — p. 372. not. *) post v. τοὐναντίον addend. ἤ· τὸ ἐναντίον — ἔχον. — p. 374. v. 8. a f. ψευδοῦς leg. καὶ ψεύδους; — p. 376. v. 22. τῶν leg. τῶν. — p. 376. not. **) pro ἰσχυροὺς προσαγορεύων leg. ἴσ. φοβεροὺς καὶ ἐχθροὺς προσαγορεύων. — p. 377. v. 15. fortita leg. fortita. — p. 378. v. 13. ad v. ἔφαμεν not. ἴσ. φαμέν. — p. 379. v. 14. diximus leg. dicimus esse quae concitet? — p. 379. v. 17. voluptati leg. invidiae. — p. 381. v. 5. quo demonstrarem scr. quod confisus sim. — p. 381. v. 8. me dimitteres leg. fore ut me dimitteres. — p. 381. v. 11. a f. ad v. testes nota apponenda: fort. vates adhibebo quo probem. — p. 383. v. 4. a f. adiiciemus leg. adiiciamus. — p. 386. v. 17. ἀληθέστατου leg. ἀληθέστατον. — p. 391. v. 5. a f. hoc leg. hic. — p. 394. v. 9. ad v. ἧττον ἔνι not. ἴσ. ἧττόν ἐστι. — p. 400. v. 12. a f. δὲ τί πῶς διακρίνοις ἄν; leg. δέ τι πῶς — διακρίνοις ἄν; — p. 401. v. 20. post v. cognoscat plene interpung. — p. 402. v. 13. μήτε τινας leg. μήτε τινάς. — p. 402. v. 16. εἴπομεν leg. εἴπωμεν. — p. 403. v. 2. res leg. ars. — p. 404. v. 20. Τὰ δὴ leg. Τὰ δὲ. — p. 407. v. 13. a f. coniunctum leg. coniunctam. — p. 409. v. 6. ita leg. ista. — p. 417. v. 7. neque ut — habeat leg. neque — habet. — p. 418. v. 10. Ad v. ἐστί not. ἴσ. ἔσται. — p. 419. v. 1. Num leg. Nonne. — p. 424. v. 14. Post v. ἑπομένας puncto distinguend. — p. 424. v. 17. post ἀοιδῆς plene interpung. — p. 432. v. 3. νυνὶ leg. νυνί. — p. 438. v. 2. θεραπεύεται leg. θεραπεύετε. — p. 439. v. 2. a f. plurimos leg. plurimis. — p. 441. v. 11. a f. giigtur leg. igitur. — p. 442. v. 13. τετολμηκένοι leg. τετολμηκέναι. — p. 443. v. 1. a f. quisbue leg. quisque. — p. 465. v. 12. a f. vere leg. vero. — p. 468. v. 7. εἴπῃς leg. εἴπῃς. — p. 478. v. 21. εἰ πεῖν scrib. εἰπεῖν. — p. 481. v. 1. a f. qui leg. quia. — p. 482. v. 8. a f. κραν ίων leg. κρανίων. — p. 490. v. 2. a f. φάνοι leg. φάναι. — p. 494. not. †) Οὐκοῦν τοῦτό γε leg. Οὐκοῦν δὴ τοῦτό γ'. — p. 499. v. 20. Quisnam leg. Quinam. — p. 505. v. 2. a f. fint leg. sint.




















PLATONIS
QUAE EXSTANT
OPERA.

ACCEDUNT
PLATONIS QUAE FERUNTUR
SCRIPTA.

AD
OPTIMORUM LIBRORUM FIDEM
RECENSUIT
IN LINGUAM LATINAM CONVERTIT
ANNOTATIONIBUS EXPLANAVIT INDICESQUE
RERUM AC VERBORUM ACCURATISSIMOS
ADIECIT

FRIDERICUS ASTIUS.

TOMUS QUARTUS

POLITIAE LIB. I—VIII. CONTINENS.

βαίνει τῷ ὀρθῶς λογιζομένῳ πανταχοῦ εἶναι τὸ αὐτὸ δίκαιον,
τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. Νῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἔμαθον ὃ λέ-
γεις· εἰ δὲ ἀληθὲς ἢ μή, πειράσομαι μαθεῖν. τὸ ξυμφέρον μὲν
οὖν, ὦ Θρασύμαχε, καὶ σὺ ἀπεκρίνω δίκαιον εἶναι· καίτοι
ἔμοιγε ἀπηγόρευες ὅπως μὴ τοῦτο ἀποκριναίμην· πρόσεστι δὲ
δὴ αὐτόθι * τὸ τοῦ κρείττονος. Σμικρά γε ἴσως, ἔφη, προσ- B
θήκη. Οὔπω δῆλον οὐδ' εἰ μεγάλη· ἀλλ' ὅτι μὲν τοῦτο σκε-
πτέον εἰ ἀληθῆ λέγεις, δῆλον. ἐπειδὴ γὰρ ξυμφέρον γέ τι εἶναι
καὶ ἐγὼ ὁμολογῶ τὸ δίκαιον, σὺ δὲ προστίθης καὶ αὐτό φῄς
εἶναι τὸ τοῦ κρείττονος, ἐγὼ δὲ ἀγνοῶ, σκεπτέον δή. Σκόπει,
ἔφη.

Ταῦτ' ἔσται, ἦν δ' ἐγώ. καί μοι εἰπέ· οὐ καὶ πείθεσθαι
μέντοι τοῖς ἄρχουσί φῄς δίκαιον εἶναι; Ἔγωγε. Πότερον δὲ
ἀναμάρτητοί * εἰσιν οἱ ἄρχοντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις, ἢ C
οἷοί τι καὶ ἁμαρτεῖν; Πάντως που, ἔφη, οἷοί τι καὶ ἁμαρ-
τεῖν ***). Οὐκοῦν ἐπιχειροῦντες νόμους τιθέναι τοὺς μὲν ὀρ-
θῶς τιθέασι, τοὺς δέ τινας οὐκ ὀρθῶς; Οἶμαι ἔγωγε. Τὸ δὲ
ὀρθῶς ἄρα ****) τὸ τὰ ξυμφέροντά ἐστι τίθεσθαι ἑαυτοῖς, τὸ
δὲ μὴ ὀρθῶς ἀξύμφορα; ἢ πῶς λέγεις; Οὕτως. Ἃ δ' ἂν θῶν-
ται, ποιητέον τοῖς ἀρχομένοις, καὶ τοῦτό ἐστι τὸ δίκαιον; Πῶς
γὰρ οὔ; Οὐ μόνον ἄρα δίκαιόν ἐστι * κατὰ τὸν σὸν λόγον τὸ D
τοῦ κρείττονος ξυμφέρον ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον, τὸ μὴ
ξυμφέρον. Τί λέγεις †); ἔφη. Ἃ σὺ λέγεις, ἔμοιγε δοκῶ.
σκοπῶμεν δὲ βέλτιον. οὐχ ὡμολόγηται τοὺς ἄρχοντας τοῖς ἀρ-
χομένοις προστάττοντας ποιεῖν ἄττα ἐνίοτε διαμαρτάνειν τοῦ
ἑαυτοῖς βελτίστου, ἃ δ' ἂν προστάττωσιν οἱ ἄρχοντες, δίκαιον
εἶναι τοῖς ἀρχομένοις ποιεῖν; ταῦτ' οὐχ ὡμολόγηται; Οἶμαι

*) γρ. καὶ ἄλλαι. **) γρ. τοῦτο.
***) γρ. Πάντως που, ἔφη. Οὐκοῦν κτλ.
****) γρ. ἄρα. †) ἀλλ. λέγεις σύ;

tyrannicas et reliquae eodem modo; dantes vero declarant hoc iustum esse imperio subiectis quod sibi commodum sit, et id migrantem castigant tamquam leges perrumpentem et iniuste facientem. hoc igitur est, vir optime, quod dico in omnibus ad unam civitatibus idem esse iustum, imperii constituti commodum; hoc autem regnat; unde efficitur recte concludenti usquequaque esse idem iustum, superioris commodum. Nunc, inquam, intellexi quid dicas; verum autem sit necne conabor perdiscere. commodum igitur, Thrasymacho, tu quoque respondisti iustum esse; et tamen mihi interdixisti ne hoc responderem; adiunctum vero ei est *superioris*. Exigua nimirum, inquit, appositio. Nondum patet nec an magna; at hoc considerandum esse verene dicas patet. etenim quum commodum aliquod esse ego quoque confitear iustum, tu vero apponas quid et dicas esse superioris commodum, quod non perspicio, considerandum sane. Considera, inquit.

Ita fiet, inquam. itaque dic mihi: nonne etiam obtemperare imperantibus iustum dicis esse? Equidem. Utrum vero immunes errore sunt imperantes in civitatibus quibusque, an possunt etiam errare? Omnino, inquit, possunt etiam errare. Nonne dum aggrediuntur ad leges dandas alias recte dant, alias non recte? Arbitror equidem. Recte vero dare nonne est commodas dare sibimet ipsis, non recte autem incommodas? an quî dicis? Ita. Quas vero dederunt, observandae sunt imperio subiectis, et hoc est iustum? Cur non? Non solum igitur iustum est ex tua oratione superioris commodum observare, sed etiam contrarium, incommodum. Quid ais? inquit. Quod tu dicis, mihi quidem videtur. perpendamus vero melius. nonne confessi sumus imperantes imperio subiectis praescribentes quaedam quae agenda essent nonnumquam aberrare ab eo quod sibi ipsis esset optimum, quae vero praescripsissent imperantes ea iustum esse imperio subditis facere? haec nonne confessi sumus? Arbitror equidem, inquit.

Ἔγωγε, ἔφη. Οἴου τοίνυν, * ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ ἀξύμφορα ποι- E
εῖν τοῖς ἄρχουσί τε καὶ κρείττοσι δίκαιον εἶναι ὡμολογῆσθαί
σοι, ὅταν οἱ μὲν ἄρχοντες κακὰ αὑτοῖς προστάττωσιν ἄκοντες,
τοῖς δὲ δίκαιον εἶναι φῇς ταῦτα ποιεῖν ἃ ἐκεῖνοι προσέταξαν.
ἆρα τότε, ὦ σοφώτατε Θρασύμαχε, οὐκ ἀναγκαῖον ξυμβαίνειν
αὐτὸ οὑτωσί, δίκαιον εἶναι ποιεῖν τοὐναντίον *), ἢ ὃ σὺ λέ-
γεις; τὸ γὰρ τοῦ κρείττονος ἀξύμφορον δήπου προςτάττεται
τοῖς ἥττοσι ποιεῖν. Ναὶ μὴ Δί', * ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Πολέμαρχος, 340
σαφέστατά γε. Ἐάν σύ γ', ἔφη, αὐτῷ μαρτυρήσῃς, ὁ Κλειτοφῶν
ὑπολαβών. Καὶ τί, ἔφη, δεῖται μάρτυρος; αὐτὸς γὰρ Θρασύμαχος
ὁμολογεῖ τοὺς μὲν ἄρχοντας ἐνίοτε ἑαυτοῖς κακὰ προστάττειν, τοῖς
δὲ ἀρχομένοις δίκαιον εἶναι ταῦτα ποιεῖν. Τὸ γὰρ τὰ κελευόμενα
ποιεῖν, ὦ Πολέμαρχε, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων δίκαιον εἶναι ἔθετο
Θρασύμαχος. Καὶ γὰρ τὸ τοῦ κρείττονος, ὦ Κλειτοφῶν, ξυμ-
φέρον δίκαιον εἶναι ἔθετο. * ταῦτα δὲ ἀμφότερα θέμενος ὡ- B
μολόγησεν αὖ ἐνίοτε τοὺς κρείττους τὰ αὑτοῖς ἀξύμφορα κελεύ-
ειν τοὺς ἥττους τε καὶ ἀρχομένους ποιεῖν. ἐκ δὲ τούτων τῶν
ὁμολογιῶν οὐδὲν μᾶλλον τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον δίκαιον
ἂν εἴη, ἢ τὸ μὴ ξυμφέρον. Ἀλλ', ἔφη ὁ Κλειτοφῶν, τὸ τοῦ
κρείττονος ξυμφέρον ἔλεγεν ὃ ἡγοῖτο **) ὁ κρείττων αὑτῷ ξυμ-
φέρειν, τοῦτο ποιητέον εἶναι τῷ ἥττονι, καὶ τὸ δίκαιον τοῦτο
ἐτίθετο. Ἀλλ' οὐχ οὕτως, ἦ δ' ὃς ὁ Πολέμαρχος, ἐλέγετο. Οὐ-
δέν, ἦν * δ' ἐγώ, ὦ Πολέμαρχε, διαφέρει, ἀλλ' εἰ νῦν οὕτω C
λέγει Θρασύμαχος, οὕτως αὐτοῦ ἀποδεχώμεθα.

Καί μοι εἰπέ, ὦ Θρασύμαχε· τοῦτο ἦν ὃ ἐβούλου λέγειν τὸ
δίκαιον, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον δοκοῦν εἶναι τῷ κρείττο-
νι, ἐάν τε ξυμφέρῃ ἐάν τε μή; οὕτω σε φῶμεν λέγειν; Ἥκιστά
γ', ἔφη· ἀλλὰ κρείττω με οἴει καλεῖν τὸν ἐξαμαρτάνοντα, ὅταν
ἐξαμαρτάνῃ; Ἔγωγε, εἶπον, ᾤμην σε τοῦτο λέγειν, ὅτε τοὺς
ἄρχοντας ὡμολόγεις οὐκ ἀναμαρτήτους * εἶναι, ἀλλά τι καὶ D
ἐξαμαρτάνειν. Συκοφάντης γὰρ εἶ, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐν τοῖς
λόγοις· ἐπεὶ αὐτίκα ἰατρὸν καλεῖς σὺ τὸν ἐξαμαρτάνοντα περὶ τοὺς

*) ἴσ. ἀναγκαῖον ξυμβαίνει οὑτωσί, δίκαιον εἶναι ποιεῖν αὐτὸ τοὐναντίον. **) γρ. ἡγεῖτο.

Arbitrare igitur, inquam, etiam incommoda imperantibus et ſuperioribus iuſtum eſſe facere te conceſſiſſe, quum imperantes quidem mala ſibi praeſcribant inviti, alteris vero iuſtum eſſe dicas ea facere quae illi praeſcripſerint. iam vero tum, ſapientiſſime Thraſymache, nonne neceſſario ita efficitur ut iuſtum ſit facere ipſum contrarium eius quod tu dicis? etenim ut ſuperiorem incommoda afficiant ſine dubio praeſcribitur inferioribus. Mehercule, inquit, o Socrates, Polemarchus, manifeſtiſſimum eſt. Sane ſi tu ei das teſtimonium, Clitophon ſubiicit. Et quid, inquit, opus eſt teſte? ipſe enim Thraſymachus confitetur imperantes nonnumquam quae ſibimet ipſis mala ſint praeſcribere, et imperio ſubiectis iuſtum eſſe haec facere. Etenim facere, Polemarche, quae imperantes iuſſiſſent iuſtum eſſe poſuit Thraſymachus. Quod videlicet ſuperiori, o Clitophon, commodum eſſet iuſtum eſſe poſuit. et haec utraque quum poſuiſſet confeſſus eſt rurſus nonnumquam ſuperiores quae ipſis incommoda eſſent iubere inferiores ac ſubiectos facere. ex his vero confeſſionibus nihilo magis ſuperioris commodum iuſtum erit quam id quod illis incommodum affert. At, inquit Clitophon, ſuperioris commodum dixit id quod exiſtimaret ſuperior ſibi commodum; hoc faciendum eſſe inferiori, et iuſtum hoc poſuit. Attamen non ita, inquit Polemarchus, dictum eſt. Nihil, inquam, Polemarche, refert, ſed ſi nunc ita dicit Thraſymachus, ita accipiamus.

Iam mihi dic, Thraſymache: hoc erat quod volebas dicere iuſtum, ſuperioris commodum quod videretur eſſe ſuperiori, ſive eſſet commodum ſive non eſſet? ita te dicamus ponere? Minime vero, inquit; ſed ſuperiorem me arbitraris appellare peccantem quando peccet? Equidem, inquam, arbitrabar te hoc dicere, quum imperantes confiterere haud vacuos eſſe a peccato, ſed in aliquo etiam peccare. Calumniator es, inquit, Socrates, in diſputando; nam exempli cauſa medicumne

κάμνοντας κατ' αὐτὸ τοῦτο ὃ ἐξαμαρτάνει, ἢ λογιστικόν, ὃς ἂν ἐν λογισμῷ ἁμαρτάνῃ, τότε ὅταν ἁμαρτάνῃ, κατὰ ταύτην τὴν ἁμαρτίαν; ἀλλ', οἶμαι, λέγομεν τῷ ῥήματι οὕτως, ὅτι ὁ ἰατρὸς ἐξήμαρτε καὶ ὁ λογιστὴς ἐξήμαρτε καὶ ὁ γραμματιστής· τὸ δ', οἶμαι, ἕκαστος τούτων, καθ' ὅσον τοῦτ' ἔστιν ὃ προσαγορεύομεν * αὐτόν, οὐδέποτε E ἁμαρτάνει· ὥστε κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, ἐπειδὴ καὶ σὺ ἀκριβολογεῖ, οὐδεὶς τῶν δημιουργῶν ἁμαρτάνει· ἐπιλιπούσης γὰρ ἐπιστήμης ὁ ἁμαρτάνων ἁμαρτάνει, ἐν ᾧ οὐκ ἔστι δημιουργός· ὥστε δημιουργὸς ἢ σοφὸς ἢ ἄρχων οὐδεὶς ἁμαρτάνει τότε ὅταν ἄρχων ᾖ. ἀλλὰ πᾶς γ' ἂν εἴποι ὅτι ὁ ἰατρὸς ἥμαρτε καὶ ὁ ἄρχων ἥμαρτε. τοιοῦτον οὖν δή σοι καὶ ἐμὲ ὑπόλαβε νῦν γε ἀποκρίνεσθαι· τὸ δὲ ἀκριβέστατον ἐκεῖνο τυγχάνει ὄν, τὸν ἄρχοντα, καθ' ὅσον * ἄρχων ἐστί, μὴ ἁμαρτάνειν, μὴ ἁμαρτά- 341 νοντα δὲ τὸ αὑτῷ βέλτιστον τίθεσθαι, τοῦτο δὲ τῷ ἀρχομένῳ ποιητέον. ὥστε, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, δίκαιον λέγω τὸ τοῦ κρείττονος ποιεῖν ξυμφέρον.

Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, δοκῶ σοι συκοφαντεῖν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Οἴει γάρ μ' ἐξ ἐπιβουλῆς ἐν τοῖς λόγοις κακουργοῦντά σε ἐρέσθαι ὡς ἠρόμην; Εὖ μὲν οὖν οἶδα, ἔφη· καὶ οὐδέν γέ σοι πλέον ἔσται· οὔτε γὰρ ἄν με λάθοις κακουργῶν, οὔτε * μὴ λαθὼν βιάσασθαι τῷ λόγῳ δύναιο *). Οὐδέ B γ' ἂν ἐπιχειρήσαιμι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ μακάριε· ἀλλ', ἵνα μὴ αὖθις ἡμῖν τοιοῦτον ἐγγένηται, διόρισαι ποτέρως λέγεις τὸν ἄρχοντά τε καὶ τὸν κρείττονα, τὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ τὸν ἀκριβεῖ λόγῳ, οὗ νῦν δὴ ἔλεγες, οὗ τὸ ξυμφέρον κρείττονος ὄντος δίκαιον ἔσται τῷ ἥττονι ποιεῖν. Τὸν τῷ ἀκριβεστάτῳ, ἔφη, λόγῳ ἄρχοντα ὄντα. πρὸς ταῦτα κακούργει καὶ συκοφάντει, εἴ τι δύνασαι· οὐδέν σου παρίεμαι· ἀλλ' οὐ μὴ * οἷός τ' ᾖς. Οἴει C γὰρ ἄν με, εἶπον, οὕτω μανῆναι, ὥστε ξυρεῖν ἐπιχειρεῖν λέοντα καὶ συκοφαντεῖν Θρασύμαχον; Νῦν γοῦν, ἔφη, ἐπεχείρησας, οὐδὲν ὢν καὶ ταῦτα. Ἅδην, ἦν δ' ἐγώ, τῶν τοιούτων. ἀλλ' εἰπέ μοι· ὁ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ ἰατρός, ὃν ἄρτι ἔλεγες, πότερον

---

*) Ισ. οὔτε με λαθὼν — δύναιο. ἤ· οὔτε μὴ — δυνήσει.

vocas tu eum qui peccat in aegrotis sanandis ratione ipsius huius in quo peccat, vel ratiocinandi peritum, qui in ratiocinando peccat, tum quum peccat, ratione huius peccati? at, opinor, dicere tantum ita solemus, medicum peccare et ratiocinandi peritum peccare et grammaticum; re vera autem, opinor, quisque horum, quatenus is est quem appellamus eum, numquam peccat: ut ex accurata ratione, quoniam tu quoque accurate loqueris, nullus opificum peccet; deficiente enim scientia peccans peccat, in quo non est opifex: ut opifex vel sapiens vel rector nullus peccet tum quum rector est. attamen quisque dicit: medicus peccat, et rector peccat; tale igitur me quoque existima tibi nunc respondere. accuratissimum vero illud est ut dicatur rector quatenus rector sit non peccare, non peccans vero id quod sibi optimum sit iubere et imperio subiectis hoc esse faciendum. quocirca, id quod initio dixi, iustum pone esse id facere quod superiori commodum sit.

Itane, inquam, Thrasymache, videor tibi calumniari? Sane quidem, inquit. An censes me insidiose in sermone te prementem rogasse hoc quod rogaverim? Certe quidem scio, inquit; nec tibi quicquam proderit; neque enim me inscium premes neque umquam me inscium cogere oratione poteris. Neque etiam conabor, inquam, vir praestantissime; sed, ne rursus nobis hoc incidat, defini utro modo dicas imperantem et superiorem, eum qui ita tantum dicatur, an qui accurata ratione, quod modo dixisti, ita appelletur, cuius quippe superioris commodum ab inferiore observari iustum sit. Eum, inquit, qui accuratissima ratione imperans dicatur. haec preme et calumniare, si qua potes; neque enim deprecor; at non poteris. An me putas, inquam, ita insanire ut tondere coner leonem et calumniari Thrasymachum? Nunc quidem, inquit, conabaris, quum tamen pro nihilo sis. Satis, inquam, multa de his. iam dic mihi: accurata ratione quem medicum tu supra dixisti, utrum pe-

χρηματιστής ἐστιν, ἢ τῶν καμνόντων θεραπευτής; καὶ λέγε
τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα. Τῶν καμνόντων, ἔφη, θεραπευτής.
Τί δὲ κυβερνήτης; ὁ ὀρθῶς κυβερνήτης ναυτῶν ἄρχων ἐστίν,
ἢ ναύτης; Ναυτῶν * ἄρχων. Οὐδέν, οἶμαι, τοῦτο ὑπολογι- D
στέον, ὅτι πλεῖ ἐν τῇ νηΐ, οὐδ' ἔστι κλητέος ναύτης· οὐ γὰρ
κατὰ τὸ πλεῖν κυβερνήτης καλεῖται, ἀλλὰ κατὰ τὴν τέχνην καὶ
τὴν τῶν ναυτῶν ἀρχήν. Ἀληθῆ, ἔφη. Οὐκοῦν ἑκάστῳ τούτων
ἔστι τι ξυμφέρον; Πάνυ γε. Οὐ καὶ ἡ τέχνη, ἦν δ' ἐγώ, ἐπὶ τού-
τῳ πέφυκεν, ἐπὶ τῷ τὸ ξυμφέρον ἑκάστῳ ζητεῖν τε καὶ ἐκπορί-
ζειν; Ἐπὶ τούτῳ, ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ ἑκάστῃ τῶν τεχνῶν ἔστι
τι ξυμφέρον ἄλλο ἢ ὅτι μάλιστα *) τελέαν εἶναι; * Πῶς τοῦ- E
το ἐρωτᾷς; Ὥςπερ, ἔφην ἐγώ, εἴ με ἔροιο εἰ ἐξαρκεῖ σώματι
εἶναι σώματι, ἢ προςδεῖταί τινος, εἴποιμ' ἂν ὅτι Παντάπασι
μὲν οὖν προςδεῖται. διὰ ταῦτα καὶ ἡ τέχνη ἐστὶν ἡ ἰατρικὴ νῦν
εὑρημένη, ὅτι σῶμά ἐστι πονηρὸν καὶ οὐκ ἐξαρκεῖ αὐτῷ τοιού-
τῳ εἶναι. τούτῳ οὖν ὅπως ἐκπορίζῃ τὰ ξυμφέροντα, ἐπὶ τούτῳ
παρεσκευάσθη ἡ τέχνη. ἢ ὀρθῶς σοι δοκῶ, ἔφην, ἂν εἰπεῖν
οὕτω λέγων, ἢ οὔ; Ὀρθῶς, * ἔφη. Τί δὲ δή; αὐτὴ ἡ ἰατρι- 342a
κή ἐστι πονηρά, ἢ ἄλλη τις τέχνη ἔσθ' ὅ τι προςδεῖταί τινος
ἀρετῆς, ὥςπερ ὀφθαλμοὶ ὄψεως καὶ ὦτα ἀκοῆς, καὶ διὰ ταῦτα
ἐπ' αὐτοῖς δεῖ τινὸς τέχνης τῆς τὸ ξυμφέρον εἰς αὐτὰ **) ταῦ-
τα σκεψομένης τε καὶ ἐκποριούσης; ἆρα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τέχνῃ
ἔνι τις πονηρία, καὶ δεῖ ἑκάστῃ τέχνῃ ἄλλης τέχνης ἥτις αὐτῇ
τὸ ξυμφέρον σκέψεται, καὶ τῇ σκοπουμένῃ ἑτέρας αὖ τοιαύτης,
καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἀπέραντον; ἢ αὐτὴ αὑτῇ τὸ ξυμφέρον * σκέψε- B
ται; ἢ οὔτε αὑτῆς οὔτε ἄλλης προςδεῖται ἐπὶ τὴν αὑτῆς πο-
νηρίαν τὸ ξυμφέρον σκοπεῖν; οὔτε γὰρ πονηρία οὔτε ἁμαρτία
οὐδεμία οὐδεμιᾷ τέχνῃ πάρεστιν, οὐδὲ προςήκει τέχνῃ ἄλλῳ τὸ ξυμ-
φέρον ζητεῖν ἢ ἐκείνῳ οὗ τέχνη ἐστίν, αὐτὴ δὲ ἀβλαβὴς καὶ ἀκέραιός
ἐστιν ὀρθὴ οὖσα, ἕωςπερ ἂν ᾖ ἑκάστη ἀκριβὴς ὅλη ἥπερ ἔστι.
καὶ σκόπει ἐκείνῳ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ. οὕτως ἢ ἄλλως ἔχει; Οὕ-
τως, ἔφη, φαίνεται. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἰατρικὴ ἰατρικῇ

*) ἄλλ. ἄλλο οὗ προςδεῖται, ἢ ἐξαρκεῖ ἑκάστη αὐτὴ ἑαυτῇ, ὥςτε ὅτι μάλιστα κτλ. ἴσ. ξυμφέρον; ἢ οὐδενὸς προςδεῖται ἄλλου πρὸς τὸ ὅτι μάλιστα κτλ.

**) γρ. εἰς ταῦτα. ἴσ. εἰς ταὐτὰ ταῦτα.

cuniae acquirendae studiosus est an aegrotorum curator? et dic eum qui vere medicus est. Aegrotorum, inquit, curator. Quid vero gubernator? qui vere gubernator est nautarumne rector est an nauta? Nautarum rector. Minime, opinor, respiciendum est hoc, quod navigat in navi, neque appellandus est nauta; neque enim a navigando gubernator dicitur, sed ab arte et nautarum rectione. Vera, inquit. Nonne cuique horum est aliquid commodi? Sane quidem. Nonne etiam ars, inquam, ad hoc comparata est ut commodum cuique quaerat et suppeditet? Ad hoc, inquit. Num vero cuique quoque artium est aliquid commodi idque aliud quo indigeat, an satis habet quaeque quam maxime perfectam esse? Quî hoc rogas? Velut, inquam, si ex me quaeras, num satis habeat corpus esse corpus, an indigeat alicuius, dicam Omnino quidem indiget. iccirco etiam ars est medicina nunc inventa, quia corpus est pravum nec satis habet tale esse. huic igitur ut suppeditet commoda, ad hoc comparata est ars. num recte tibi videor, inquam, dicturus esse ita loquens, necne? Recte, inquit. Quid vero? ipsane medicina est prava vel alia qua ars indiget alicuius virtutis, quemadmodum oculi visu et aures auditu, et iccirco ad haec opus est aliqua arte quae quod ad illa ipsa conducat spectet et suppeditet? num igitur in ipsa quoque arte inest quaedam pravitas et indiget quaeque ars alius artis quae quod ipsi conducat spectet et spectans alius rursus huiusmodi, et hoc est infinitum? an ipsa sibi quod conducit spectabit? an neque suimet ipsius neque alius indiget ad id quod ipsius pravitati conducit spectandum? neque enim pravitas neque peccatum ullum ulli arti adiunctum est neque convenit arti alius rei commodum quaerere nisi eius cuius ars est, ipsa vero integra et incolumis est quippe quae recta sit, quamdiu quaeque accurata est tota ea quae est. iam specta illa accurata ratione itane an aliter habeat. Ita, inquit, videtur. Non ergo, inquam, medicina medicinae commodum spectat,

* τὸ ξυμφέρον σκοπεῖ, ἀλλὰ σώματι. Ναί, ἔφη. Οὐδὲ ἱππικὴ C
ἱππικῇ, ἀλλ' ἵπποις· οὐδὲ ἄλλη τέχνη οὐδεμία ἑαυτῇ· οὐδὲ
γὰρ προσδεῖται· ἀλλ' ἐκείνῳ οὗ τέχνη ἐστίν. Φαίνεται, ἔφη,
οὕτως. Ἀλλὰ μήν, ὦ Θρασύμαχε, ἄρχουσί γε αἱ τέχναι καὶ
κρατοῦσιν ἐκείνου οὗπέρ εἰσι τέχναι. Ξυνεχώρησεν ἐνταῦθα
καὶ μάλα μόγις. Οὐκ ἄρα ἐπιστήμη γε οὐδεμία τὸ τοῦ κρείτ-
τονος ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἥττονός
* τε καὶ ἀρχομένου ὑπὸ ἑαυτῆς. Ξυνωμολόγησε μὲν καὶ ταῦτα D
τελευτῶν, ἐπεχείρει δὲ περὶ αὐτὰ μάχεσθαι. ἐπειδὴ δὲ ὡμολό-
γησεν, Ἄλλο τι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲ ἰατρὸς οὐδείς, καθ' ὅ-
σον ἰατρός, τὸ τῷ ἰατρῷ ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλ-
λὰ τὸ τῷ κάμνοντι; ὡμολόγηται γὰρ ὁ ἀκριβὴς ἰατρὸς σωμά-
των εἶναι ἄρχων, ἀλλ' οὐ χρηματιστής· ἢ οὐχ ὡμολόγηται;
Ξυνέφη. Οὐκοῦν καὶ ὁ κυβερνήτης ὁ ἀκριβὴς ναυτῶν εἶναι
ἄρχων, ἀλλ' οὐ * ναύτης; Ὡμολόγηται. Οὐκ ἄρα ὅ γε τοιοῦ- E
τος κυβερνήτης τε καὶ ἄρχων τὸ τῷ κυβερνήτῃ ξυμφέρον σκέ-
ψεταί τε καὶ προστάξει, ἀλλὰ τὸ τῷ ναύτῃ τε καὶ ἀρχομένῳ.
Ξυνέφησε μόγις. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, οὐδ' ἄλ-
λος οὐδεὶς ἐν οὐδεμιᾷ ἀρχῇ, καθ' ὅσον ἄρχων ἐστί, τὸ αὑτῷ
ξυμφέρον σκοπεῖ οὐδ' ἐπιτάττει, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ καὶ ᾧ
ἂν αὐτὸς δημιουργῇ· καὶ πρὸς ἐκεῖνο βλέπων καὶ τὸ ἐκείνῳ
ξυμφέρον καὶ πρέπον *) καὶ λέγει ἃ λέγει καὶ ποιεῖ ἃ ποιεῖ ἅ-
παντα.

Ἐπειδὴ οὖν ἐνταῦθα ἦμεν τοῦ λόγου καὶ πᾶσι καταφα- 343
νὲς ἦν ὅτι ὁ τοῦ δικαίου λόγος εἰς τοὐναντίον περιειστήκει, ὁ
Θρασύμαχος ἀντὶ τοῦ ἀποκρίνεσθαι, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Σώ-
κρατες, τίτθη σοι ἔστιν; Τί δέ; ἦν δ' ἐγώ· οὐκ ἀποκρίνε-
σθαι χρῆν **) μᾶλλον, ἢ τοιαῦτα ἐρωτᾶν; Ὅτι τοί σε, ἔφη,
κορυζῶντα περιορᾷ καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον, ὅς γε αὐτῇ
οὐδὲ πρόβατα οὐδὲ ποιμένα γιγνώσκεις. Ὅτι δὴ τί μάλιστα;
ἦν δ' ἐγώ. Ὅτι οἴει τοὺς ποιμένας * ἢ τοὺς βουκόλους τὸ τῶν B
προβάτων ἢ τὸ τῶν βοῶν ἀγαθὸν σκοπεῖν, καὶ παχύνειν αὐτοὺς
καὶ θεραπεύειν πρὸς ἄλλο τι βλέποντας ἢ τὸ τῶν δεσποτῶν ἀ-
γαθὸν καὶ τὸ αὑτῶν, καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν ἄρχοντας,

*) ἴσ. βλέπων, τὸ ἐκείνῳ ξυμφέρον καὶ πρέπον, καὶ λέγ. **) γρ. χρή.

sed corporis. Etiam, inquit. Neque res equestris rei equestris, sed equorum, neque alia ulla ars suimet ipsius; neque enim indiget; sed illius rei cuius ars est. Patet, inquit, ita esse. Iam vero, Thrasymache, imperant artes et praesunt ei cuius sunt artes. Concessit hic idque admodum aegre. Nulla igitur scientia superioris commodum investigat neque praescribit, sed inferioris ipsiusque imperio subiecti. Concessit haec quoque tandem, paratus vero erat ad ea impugnanda. quum autem concessisset, Nonne igitur, inquam, nec medicus ullus, quatenus medicus est, medici commodum spectat vel praescribit, sed aegrotantis? concessum est enim accuratum medicum corporum esse rectorem, non quaestus faciendi studiosum; an non concessum est? Assensit. Nonne etiam gubernatorem accuratum nautarum esse rectorem, non nautam? Concessum est. Non ergo talis gubernator ac rector gubernatoris commodum spectabit et praescribet, sed nautae et imperio subiecti. Assensit aegre. Igitur, inquam, Thrasymache, nec alius ullus ulla in arte, quatenus rector est, suum spectat commodum neque praescribit, sed imperio subiecti et eius cui opificis munus praestat; atque hoc respiciens et huic quod commodum est atque convenit et dicit quae dicit et facit quae facit omnia.

Iam eo quum res adducta esset omnesque intellexissent iusti descriptionem in contrarium vertisse, Thrasymachus non respondit, sed Dic mihi, inquit, Socrate, nutrix tibi est? Quid? inquam; nonne te respondere oportuit potius, quam haec rogare? Quod te, inquit, mucosum esse non videt nec emungit, quum tibi opus sit, quippe qui ei neque pecudes neque pastorem cognoscas. Cur tandem potissimum? inquam. Quia arbitraris pastores vel bubulcos quod pecudibus vel bobus bonum sit respicere eosque saginare atque colere aliud quid spectantes quam id quod dominis bonum sit sibique ipsis,

οἱ ὡς ἀληθῶς ἄρχουσιν, ἄλλως πως ἡγεῖ διανοεῖσθαι *) πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ἢ ὥςπερ ἄν τις πρὸς πρόβατα διατεθείη, καὶ ἄλλο τι σκοπεῖν αὐτοὺς διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ἢ τοῦτο ὅθεν αὐτοὶ ὠφελήσονται. καὶ οὕτω πόῤῥω εἶ * περί τε τοῦ δικαίου C
καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀδίκου τε καὶ ἀδικίας, ὥςτε ἀγνοεῖς ὅτι ἡ μὲν δικαιοσύνη τε καὶ τὸ δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθὸν τῷ ὄντι, τοῦ κρείττονός τε καὶ ἄρχοντος ξυμφέρον, οἰκεία δὲ τοῦ πειθομένου τε καὶ ὑπηρετοῦντος βλάβη, ἡ δὲ ἀδικία τοὐναντίον καὶ ἄρχει τῶν ὡς ἀληθῶς εὐηθικῶν τε καὶ δικαίων, οἱ δ' ἀρχομενοι ποιοῦσι τὸ ἐκείνου ξυμφέρον κρείττονος ὄντος, καὶ εὐδαίμονα ἐκεῖνον ποιοῦσιν ὑπηρετοῦντες αὐτῷ, ἑαυτοὺς δὲ * οὐδ' ὁπως- D
τιοῦν. σκοπεῖσθαι δέ, ὦ εὐηθέστατε Σώκρατες, οὑτωσὶ χρὴ ὅτι δίκαιος ἀνὴρ ἀδίκου πανταχοῦ ἔλαττον ἔχει. πρῶτον μὲν ἐν τοῖς πρὸς ἀλλήλους ξυμβολαίοις, ὅπου ἂν ὁ τοιοῦτος τῷ τοιούτῳ κοινωνήσῃ, οὐδαμοῦ ἂν εὕροις ἐν τῇ διαλύσει τῆς κοινωνίας πλέον ἔχοντα τὸν δίκαιον τοῦ ἀδίκου, ἀλλ' ἔλαττον· ἔπειτα ἐν τοῖς πρὸς τὴν πόλιν, ὅταν τέ τινες εἰςφοραὶ ὦσιν, ὁ μὲν δίκαιος ἀπὸ τῶν ἴσων πλέον εἰςφέρει, ὁ δ' ἔλαττον, ὅταν τε λήψεις, * ὁ μὲν οὐδέν, ὁ δὲ πολλὰ κερδαίνει. καὶ γὰρ ὅταν E
ἀρχήν τινα ἄρχῃ ἑκάτερος, τῷ μὲν δικαίῳ ὑπάρχει καὶ εἰ **) μηδεμία ἄλλη ζημία, τά γε οἰκεῖα δι' ἀμέλειαν μοχθηροτέρως ἔχειν, ἐκ δὲ τοῦ δημοσίου μηδὲν ὠφελεῖσθαι διὰ τὸ δίκαιον εἶναι, πρὸς δὲ τούτοις ἀπεχθέσθαι τοῖς τε οἰκείοις καὶ τοῖς γνωρίμοις, ὅταν μηδὲν ἐθέλῃ αὐτοῖς ὑπηρετεῖν παρὰ τὸ δίκαιον· τῷ δὲ ἀδίκῳ πάντα τούτων τἀναντία ὑπάρχει. λέγω γάρ, ὅνπερ ***) νῦν δὴ ἔλεγον, τὸν μεγάλα * δυνάμενον πλεονεκτεῖν. 544
τοῦτον οὖν σκόπει, εἴπερ βούλει κρίνειν ὅσῳ μᾶλλον ξυμφέρει ἰδίᾳ αὐτῷ ἄδικον εἶναι ἢ δίκαιον ****). πάντων δὲ ῥᾶστα μαθήσει, ἐὰν ἐπὶ τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν ἔλθῃς, ἣ τὸν μὲν ἀδικήσαντα εὐδαιμονέστατον ποιεῖ, τοὺς δὲ ἀδικηθέντας καὶ ἀδικῆσαι οὐκ ἂν ἐθέλοντας ἀθλιωτάτους. ἔστι δὲ τοῦτο τυραννίς, ἣ οὐ κατὰ σμικρὸν τἀλλότρια καὶ λάθρᾳ καὶ βίᾳ ἀφαιρεῖται,

---

*) ἴσ. διακεῖσθαι.

**) γρ. κακεῖ εἰ.

***) ἴσ. ὅπερ.

****) γρ. τὸ δίκαιον.

atque etiam civitatum rectores, qui vere regant, aliter fere existimas animatos esse in subiectos, quam in pecudes quispiam animatus sit, et aliud quid spectare eos et noctis et dies quam hoc unde ipsi utilitatem capiant. atque tam longe abes a iusto atque iustitia et iniusto atque iniustitia, ut nescias, iustitiam quidem et iustum alienum esse bonum revera, superioris ac rectoris commodum, proprium vero obtemperantis ac servientis damnum, iniustitiam contra etiam imperare vere stolidis et iustis, et imperio subiectos facere quod illi commodum sit quippe superiori, et beatum hunc efficere servientes ei, semet vero ipsos ne minimum quidem. considerari autem, o stolidissime Socrates, hoc oportet, iustum virum iniusto usquequaque minus habere. ac primum quidem in mutuis conventis, ubicumque talis cum tali rem quampiam consociaverit, nusquam reperias dissoluta consociatione plus habentem iustum iniusto, sed minus; deinde in rebus civilibus, quando tributa conferenda sunt, iustus de re aequali plus confert, ille vero minus, et quando quid accipiendum est, ille nihil, hic vero multum lucratur. atque etiam si potestatem aliquam gerit uterque, iusto quidem, si nullum aliud damnum, at hoc certe obtingit ut suas proprias res propter negligentiam deteriores habeat, e publicis vero nullam utilitatem capiat quod iustus est, et praeterea in offensionem incurrat familiarium et notorum, quum nihil velit eis subministrare praeter iustum; iniusto autem prorsus horum contraria obtingunt. dico enim, quod modo dicebam, eum qui magno possit lucro praevertere. hunc igitur specta, si vis iudicare quanto magis conducat privatim ei iniustitia quam iustitia. omnium autem facillime cognosces, si ad perfectissimam iniustitiam progressus fueris, quae iniuste facientem beatissimum reddit, iniuriam vero patientes nec volentes iniuste facere miserrimos, est autem haec tyrannis, quae non singulatim aliena sive clam sive vi aufert, divina et humana, privata et

καὶ ἱερὰ καὶ ὅσια καὶ ἴδια καὶ δημόσια, ἀλλὰ ξυλλήβδην· * ὧν B
ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ὅταν τις ἀδικήσας μὴ λάθῃ, ζημιοῦταί τε καὶ
ὀνείδη ἔχει τὰ μέγιστα· καὶ γὰρ ἱερόσυλοι καὶ ἀνδραποδισταὶ
καὶ τοιχωρύχοι καὶ ἀποστερηταὶ καὶ κλέπται οἱ κατὰ μέρη ἀδι-
κοῦντες τῶν τοιούτων κακουργημάτων καλοῦνται· ἐπειδὰν δέ
τις πρὸς τοῖς τῶν πολιτῶν χρήμασι καὶ αὐτοὺς ἀνδραποδισάμε-
νος δουλώσηται, ἀντὶ τούτων τῶν αἰσχρῶν ὀνομάτων εὐδαίμο-
νες καὶ μακάριοι κέκληνται, οὐ μόνον ὑπὸ τῶν πολιτῶν,
* ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων, ὅσοι ἂν πύθωνται αὐτὸν τὴν ὅλην C
ἀδικίαν ἠδικηκότα· οὐ γὰρ τὸ ποιεῖν τὰ ἄδικα, ἀλλὰ τὸ πά-
σχειν φοβούμενοι ὀνειδίζουσιν οἱ ὀνειδίζοντες τὴν ἀδικίαν. οὕ-
τως, ὦ Σώκρατες, ἰσχυρότερον καὶ ἐλευθεριώτερον καὶ δεσπο-
τικώτερον ἀδικία δικαιοσύνης ἐστὶν ἱκανῶς γιγνομένη, καί, ὅ-
περ ἐξ ἀρχῆς ἔλεγον, τὸ μὲν τοῦ κρείττονος ξυμφέρον τὸ δίκαι-
ον τυγχάνει ὄν, τὸ δ' ἄδικον ἑαυτῷ λυσιτελοῦν τε καὶ ξυμφέρον.

Ταῦτα εἰπὼν ὁ * Θρασύμαχος ἐν νῷ εἶχεν ἀπιέναι, ὥσπερ D
βαλανεὺς ἡμῶν καταντλήσας κατὰ τῶν ὤτων ἀθρόον καὶ πολὺν
τὸν λόγον· οὐ μὴν εἴασάν γε αὐτὸν οἱ παρόντες, ἀλλ' ἠνάγκα-
σαν ὑπομεῖναί τε καὶ παρασχεῖν τῶν εἰρημένων λόγον. καὶ δὴ
ἔγωγε καὶ αὐτὸς πάνυ ἐδεόμην τε καὶ εἶπον· Ὦ δαιμόνιε Θρα-
σύμαχε, οἷον ἐμβαλὼν λόγον ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι, πρὶν διδάξαι
ἱκανῶς ἢ μαθεῖν εἴτε οὕτως εἴτε ἄλλως ἔχει! ἢ σμικρὸν οἴει
ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα * διορίζεσθαι, ἀλλ' οὐ βίου διαγωγήν, ᾗ ἂν E
διαγόμενος ἕκαστος ἡμῶν λυσιτελεστάτην ζωὴν ζῴη; Ἐγὼ γὰρ
οἶμαι, ἔφη ὁ Θρασύμαχος, τουτὶ ἄλλως ἔχειν. Ἔοικας, ἦν δ'
ἐγώ, ἤτοι ἡμῶν γε οὐδὲν κήδεσθαι οὐδέ τι φροντίζειν εἴτε χεῖ-
ρον εἴτε βέλτιον βιωσόμεθα ἀγνοοῦντες *) ὃ σὺ φῂς εἰδέναι.
ἀλλ', ὦ 'γαθέ, προθυμοῦ καὶ ἡμῖν ἐνδείξασθαι· οὔτοι κακῶς
* σοι κείσεται ὅ τι ἂν ἡμᾶς τοσούσδε ὄντας εὐεργετήσῃς. ἐγὼ 345
γὰρ δή σοι λέγω τό γε ἐμόν, ὅτι οὐ πείθομαι οὐδ' οἶμαι ἀδι-
κίαν δικαιοσύνης κερδαλεώτερον εἶναι, οὐδ' ἐὰν ἐᾷ τις αὐτὴν
καὶ μὴ διακωλύῃ πράττειν ἃ βούλεται· ἀλλ', ὦ 'γαθέ, ἔστω
μὲν ἄδικος, δυνάσθω δὲ ἀδικεῖν ἢ τῷ λανθάνειν ἢ τῷ διαμά-

---

*) ἴσ. ἤτοι — βιωσόμεθα, ἢ ἀγνοεῖν ὃ σὺ φῂς εἰδέναι.

publica, sed generatim; in quibus quidem singulis iniuste factis si quis deprehenditur, punitur et infamiam concipit maximam; nam sacrilegi, servorum raptores, parietum persossores, fraudatores et fures qui singula huiusmodi maleficia committunt appellantur; sin vero quis civium non solum opes, verum etiam ipsos rapit et servitute opprimit, pro turpibus illis nominibus fortunatus ac beatus praedicatur, non a civibus modo, sed etiam a reliquis, quicumque comperernt universam eum iniustitiam exercuisse; neque enim facere iniuriam, sed pati verentes increpant iniustitiam qui eam increpant. ita, Socrate, valentior et liberior et imperiosior iustitia iniustitiâ est, si perfectam sese exhibet, et, quod initio dixi, id quod superiori conducit iustum est, iniustum vero id quod cuique ipsi prodest et conducit.

His dictis Thrasymachus in animo habebat discedere, quum veluti balneator nobis aures obruisset copiosa multaque oratione; neque tamen dimiserunt eum praesentes, sed coëgerunt manere eorumque quae dixerat rationem reddere. atque ego quoque ipse valde rogavi et O praestantissime Thrasymache, inquam, quali immissa oratione in animo habes discedere, priusquam docueris satis vel didiceris itane an aliter res se habeat! an exiguam censes te instituisse rem definire, nec vivendi rationem, quam ingrediens quisque nostrûm utilissimam vitam degat? Ego enim arbitror, inquit Thrasymachus, hoc aliter se habere. Videris, inquam, aut nullam nostri rationem habere nec curare sive deterius sive melius victuri simus, aut ignorare quod tu ais te scire. at, o bone, stude nobis quoque monstrare: nequaquam male locatum erit quodcumque in nos qui tot sumus contuleris beneficium. ego enim tibi dico quod ad me quidem attinet, mihi non persuaderi neque me arbitrari iniustitiam iustitiâ lucrosiorem esse, nec si quis siverit eam, impedimento non illato, facere quae voluerit. immo, o bone, esto iniusta, valeto ad iniuste facien-

χεσθαι, ὅμως ἐμέ γε οὐ πείθει ὡς ἔστι τῆς δικαιοσύνης κερδα-
λεώτερον. ταῦτ' οὖν καὶ * ἕτερος ἴσως τις ἡμῶν πέπονθεν, οὐ B
μόνος ἐγώ. πεῖσον οὖν, ὦ μακάριε, ἱκανῶς ἡμᾶς ὅτι οὐκ ὀρ-
θῶς βουλευόμεθα δικαιοσύνην ἀδικίας περὶ πλείονος ποιούμε-
νοι. Καὶ πῶς, ἔφη, σὲ πείσω; εἰ γὰρ οἷς νῦν δὴ ἔλεγον μὴ
πέπεισαι, τί σοι ἔτι ποιήσω; ἢ *) εἰς τὴν ψυχὴν φέρων ἐνθῶ
τὸν λόγον; Μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ, μὴ σύ γε· ἀλλὰ πρῶτον μέν,
ἃ ἂν εἴπῃς, ἔμμενε τούτοις, ἢ ἐὰν μετατιθῇ, φανερῶς μετα-
τίθεσο καὶ ἡμᾶς μὴ ἐξαπάτα. νῦν δὲ ὁρᾷς, ὦ * Θρασύμαχε, C
(ἔτι γὰρ τὰ ἔμπροσθεν ἐπισκεψώμεθα) ὅτι τὸν ὡς ἀληθῶς ἰα-
τρὸν τὸ πρῶτον ὁριζόμενος, τὸν ὡς ἀληθῶς ποιμένα **) οὐκέ-
τι ᾤου δεῖν ὕστερον ἀκριβῶς φυλάξαι, ἀλλὰ ποιμαίνειν οἴει
αὐτὸν τὰ πρόβατα, καθ' ὅσον ποιμήν ἐστιν, οὐ πρὸς τὸ τῶν
προβάτων βέλτιστον βλέποντα, ἀλλ', ὥσπερ δαιτυμόνα τινὰ
καὶ μέλλοντα ἑστιάσεσθαι, πρὸς τὴν εὐωχίαν, ἢ αὖ πρὸς τὸ
ἀποδόσθαι, ὥσπερ χρηματιστήν, * ἀλλ' οὐ ποιμένα. τῇ δὲ ποι- D
μενικῇ οὐ δήπου ἄλλου του μέλει ἢ ἐφ' ᾧ τέτακται, ὅπως τού-
τῳ τὸ βέλτιστον ἐκποριεῖ· ἐπεὶ τά γε αὑτῆς, ὥστε εἶναι βελτί-
στη, ἱκανῶς δήπου ἐκπεπόρισται, ἕως γ' ἂν μηδὲν ἐνδέῃ τοῦ
ποιμενικὴ εἶναι. οὕτω δὴ ***) ᾤμην ἔγωγε νῦν δὴ ἀναγκαῖον
εἶναι ἡμῖν ὁμολογεῖν πᾶσαν ἀρχήν, καθ' ὅσον ἀρχή ****), μη-
δενὶ ἄλλῳ τὸ βέλτιστον σκοπεῖσθαι ἢ ἐκείνῳ τῷ ἀρχομένῳ τε
καὶ θεραπευομένῳ, * ἔν τε πολιτικῇ καὶ ἰδιωτικῇ ἀρχῇ. σὺ δὲ E
τοὺς ἄρχοντας ἐν ταῖς πόλεσι, τοὺς ὡς ἀληθῶς ἄρχοντας, ἑκόν-
τας οἴει ἄρχειν; Μὰ Δί' οὔκ, ἔφη, ἀλλ' εὖ οἶδα. Τί δέ; ἦν
δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, τὰς ἄλλας ἀρχὰς οὐκ ἐννοεῖς ὅτι οὐδεὶς
ἐθέλει ἄρχειν ἑκών, ἀλλὰ μισθὸν αἰτοῦσιν, ὡς οὐχὶ αὐτοῖσιν
ὠφέλειαν ἐσομένην ἐκ τοῦ ἄρχειν, ἀλλὰ τοῖς ἀρχομένοις; * ἐπεὶ 346
τοσόνδε εἰπέ· οὐχὶ ἑκάστην μέντοι φαμὲν ἑκάστοτε τῶν τεχνῶν
τούτῳ ἑτέραν εἶναι, τῷ ἑτέραν τὴν δύναμιν ἔχειν; καί, ὦ μα-

---

*) γρ. ἤ.

**) ἴσ. ὁριζόμενος καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς ποιμένα, οὐκέτι κτλ.

***) γρ. δέ.

****) ἄλλ. ἄρχει.

dum vel latenter vel per vim, tamen mihi quidem non persuadet se iustitiâ esse lucrosiorem. ita fortasse etiam alius quis nostrûm animatus est, non solus ego. persuade igitur, vir praestantissime, satis nobis non recte nos statuere iustitiam iniustitiâ pluris facientes. Et quomodo, inquit, tibi persuadeam? nam si his quae modo dixi non persuaderis, quid te iam faciam? num ut animo iniiciam orationem contendam? Ne hercle, inquam, tu quidem; sed primum, quaecumque dixeris, in his sta, vel si mutas, aperte muta nec nos decipe. nunc autem vides, Thrasymache (adhuc enim superiora consideremus), te, quum qui vere esset medicus primum definivisses, verum pastorem iam non *) putasse post accurate esse servandum, sed pascere eum putas pecora, quatenus pastor sit, non id quod pecoribus optimum sit spectantem, sed, tamquam convivam et epulaturum, convivium, vel etiam venditionem, ut rei acquirendae studiosum, non ut pastorem. pastoralis vero scientia, ut opinor, nihil aliud curat, nisi id ad quod instituta est, ut huic optimum comparet; nam ipsa per se ut optima sit satis sine dubio comparata est, quamdiu nihil ei deest ad pastoralem scientiam. ita vero arbitrabar equidem modo confitendum nobis esse quodvis imperium, quatenus imperaret, nulli alii optimum spectare nisi illi quod imperio subiectum esset atque coleretur, tam in civili quam in privato imperio. tu autem rectores civitatum, qui vere sint rectores, sua sponte censes regere? Non hercle, inquit, sed probe scio. Quid? inquam, Thrasymache, reliquis imperiis nonne animadvertis neminem velle fungi sua sponte, sed mercedem poscere, quia nullam ipse utilitatem capturus sit ex imperando, sed imperio subiectis paraturus? etenim hoc dic: nonne quamque dicimus semper artem hoc diversam esse quod diversam vim habeat? nec, o mirifice, contra opinio-

*) fort. *definivisses et qui vere pastor, hunc iam non* —.

κύριε, μὴ παρὰ δόξαν ἀποκρίνου, ἵνα τι καὶ περαίνωμεν. Ἀλλὰ τούτῳ, ἔφη, ἑτέραν.*). Οὐκοῦν καὶ ὠφέλειαν ἑκάστη τούτων ἰδίαν τινὰ ἡμῖν παρέχεται, ἀλλ' οὐ κοινήν; οἷον ἰατρικὴ μὲν ὑγίειαν, κυβερνητικὴ δὲ σωτηρίαν ἐν τῷ πλεῖν, καὶ αἱ ἄλλαι οὕτως **); Πάνυ γε. Οὐκοῦν καὶ μισθωτικὴ μισθόν; αὕτη γάρ αὐτῆς * ἡ δύναμις. ἢ τὴν ἰατρικὴν σὺ καὶ τὴν κυβερνητικὴν τὴν αὐτὴν καλεῖς; ἤ, ἐάνπερ βούλῃ ἀκριβῶς διορίζειν, ὥσπερ ὑπέθου, οὐδέν τι μᾶλλον, ἐάν τις κυβερνῶν ὑγιὴς γίγνηται διὰ τὸ ξυμφέρειν αὐτῷ πλεῖν ἐν τῇ θαλάττῃ, ἕνεκα τούτου καλεῖς μᾶλλον αὐτὴν ἰατρικήν; Οὐ δῆτα, ἔφη. Οὐδέ γ', οἶμαι, τὴν μισθωτικήν, ἐὰν ὑγιαίνῃ τις μισθαρνῶν. Οὐ δῆτα. Τί δέ; τὴν ἰατρικὴν μισθαρνητικήν, ἐὰν ἰώμενός τις μισθαρνῇ; * Οὔκ, ἔφη. Οὐκοῦν τήν γε ὠφέλειαν ἑκάστης τῆς τέχνης ἰδίαν ὡμολογήσαμεν εἶναι; Ἔστω, ἔφη. Ἥντινα ἄρα ὠφέλειαν κοινῇ ὠφελοῦνται πάντες οἱ δημιουργοί, δῆλον ὅτι κοινῇ τινὶ τῷ αὐτῷ προσχρώμενοι ἀπ' ἐκείνου ὠφελοῦνται. Ἔοικεν, ἔφη. Φαμὲν δέ γε τὸ μισθὸν ἀρνυμένους ὠφελεῖσθαι τοὺς δημιουργοὺς ἀπὸ τοῦ προσχρῆσθαι τῇ μισθωτικῇ τέχνῃ προσγίγνεσθαι ***) αὐτοῖς. Ξυνέφη μόγις. Οὐκ ἄρα ἀπὸ τῆς αὐτοῦ τέχνης ἑκάστῳ * αὕτη ἡ ὠφέλειά ἐστιν, ἡ τοῦ μισθοῦ λῆψις, ἀλλ', εἰ δεῖ ἀκριβῶς σκοπεῖσθαι, ἡ μὲν ἰατρικὴ ὑγίειαν ποιεῖ, ἡ δὲ μισθαρνητικὴ μισθόν, καὶ ἡ μὲν οἰκοδομικὴ ****) οἰκίαν, ἡ δὲ μισθαρνητικὴ αὐτῇ ἑπομένη μισθόν, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι οὕτω τὸ αὑτῆς ἑκάστη ἔργον ἐργάζεται καὶ ὠφελεῖ ἐκεῖνο ἐφ' ᾧ τέτακται· ἐὰν δὲ μὴ μισθὸς αὐτῇ προσγίγνηται, ἔσθ' ὅ τι ὠφελεῖται ὁ δημιουργὸς ἀπὸ τῆς τέχνης; Οὐ φαίνεται, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐδ' ὠφελεῖ τότε ὅταν * προῖκα ἐργάζηται; Οἶμαι ἔγωγε. Οὐκοῦν, ὦ Θρασύμαχε, τοῦτο ἤδη δῆλον, ὅτι οὐδεμία τέχνη οὐδ' ἀρχὴ τὸ αὑτῇ ὠφέλιμον παρασκευάζει, ἀλλ', ὅπερ πάλαι ἐλέγομεν, τὸ τῷ ἀρχομένῳ καὶ παρασκευάζει καὶ ἐπιτάττει, τὸ ἐκείνου ξυμφέρον ἥττονος ὄντος σκοποῦσα, ἀλλ' οὐ τὸ τοῦ κρείττονος. διὰ δὴ ταῦτα ἔγωγε, ὦ φίλε Θρασύμαχε, καὶ

(marginal letters: B, C, D, E)

C

*) γρ. ἑτέρα. **) ἴσ. ὡσαύτως.
) ἄλλ. γίγνεσθαι. *) γρ. οἰκοδομητική.

nem respondeas, ut aliquid proficiamus. Hoc vero, inquit, diversa. Nonne etiam utilitatem quaeque earum propriam quandam nobis praebet, non communem, velut medicina sanitatem, gubernatio salutem in navigando, et reliquae similiter? Sane quidem. Nonne etiam mercenaria ars mercedem? haec enim eius est vis. an medicinam tu et gubernationem eandem dicis? an, si volueris accurate definire, quemadmodum proposuisti, nihilo magis, si quis gubernans sanus exsistat quod ei conducat navigatio in mari, icirco nuncupes eam medicinam? Minime vero, inquit. Neque etiam mercenariam artem, si quis valitudine utatur prospera operas dans mercede. Minime. Quid? medicinam operas mercede dandi artem, si quis medens operas mercede det? Non, inquit. Nonne utilitatem cuiusque artis propriam concessimus esse? Esto, inquit. Quam igitur utilitatem communiter capiunt omnes opifices, eam patet hos communiter una et eadem re utentes capere. Videtur, inquit. Dicimus vero mercedem accipientes iuvari opifices, quia adhibeant artem mercenariam. Assensit aegre. Ergo non ex sua quisque arte hanc utilitatem capit, ut mercedem accipiat, sed, si oportet rem accurate spectari, medicina sanitatem efficit, operas vero mercede dandi ars mercedem, et ars aedificandi domum, operas vero mercede dandi ars cum illa coniuncta mercedem, et reliquarum omnium ita secum quaeque opus facit et utilitatem affert ei ad quod constituta est; merces autem nisi ei accedat, est ut utilitatem aliquam opifex capiat ex arte? Non videtur, inquit. Num vero nec utilitatem affert tum quum gratis opus facit? Arbitror equidem. Nonne, Thrasymache, hoc iam perspicuum est, nullam artem nec imperium ullum quod sibi utile sit parare, sed, id quod supra diximus, hoc quod imperio subiecto conducat et parare et praescribere, illius commodum qui inferior est spectans, non superioris. et hanc quidem ob causam ego, care Thrasymache, et-

ἄρτι ἔλεγον μηδένα ἐθέλειν ἑκόντα ἄρχειν καὶ τὰ ἀλλότρια κακὰ μεταχειρίζεσθαι ἐπανορθοῦντα *), ἀλλὰ μισθὸν αἰτεῖν, ὅτι ὁ μέλλων καλῶς τῇ τέχνῃ * πράξειν οὐδέποτε αὑτῷ τὸ βέλτιστον 347 πράττει οὐδ' ἐπιτάττει **) κατὰ τὴν τέχνην ἐπιτάττων, ἀλλὰ τῷ ἀρχομένῳ· οὗ δὴ ἕνεκα, ὡς ἔοικε, μισθὸν δεῖ ***) ὑπάρχειν τοῖς μέλλουσιν ἐθελήσειν ἄρχειν, ἢ ἀργύριον ἢ τιμήν, ἢ ζημίαν, ἐὰν μὴ ἄρχῃ †).

Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες; ἔφη ὁ Γλαύκων· τοὺς μὲν γὰρ δύο μισθοὺς γιγνώσκω, τὴν δὲ ζημίαν ἥντινα λέγεις, καὶ ὡς ἐν μισθοῦ μέρει εἴρηκας, οὐ ξυνῆκά πω ††). Τὸν τῶν βελτίστων ἄρα μισθόν, ἔφην, οὐ ξυνίης, δι' * ὃν ἄρχουσιν οἱ B ἐπιεικέστατοι, ὅταν ἐθέλωσιν ἄρχειν; ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι τὸ φιλότιμόν τε καὶ φιλάργυρον εἶναι ὄνειδος λέγεταί τε καὶ ἔστιν; Ἔγωγε, ἔφη. Διὰ ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, οὔτε χρημάτων ἕνεκα ἐθέλουσιν ἄρχειν οἱ ἀγαθοὶ οὔτε τιμῆς· οὔτε γὰρ φανερῶς πραττόμενοι τῆς ἀρχῆς ἕνεκα μισθὸν μισθωτοὶ βούλονται κεκλῆσθαι, οὔτε λάθρᾳ αὐτοὶ ἐκ τῆς ἀρχῆς λαμβάνοντες κλέπται. οὐδ' αὖ τιμῆς ἕνεκα· οὐ γάρ εἰσι φιλότιμοι. δεῖ δὴ * αὐτοῖς ἀνάγκην προςεῖναι καὶ ζημίαν, εἰ μέλλουσιν ἐθέλειν C ἄρχειν. ὅθεν κινδυνεύει τὸ ἑκόντα ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἰέναι, ἀλλὰ μὴ ἀνάγκην περιμένειν, αἰσχρὸν νενομίσθαι †††). τῆς δὲ ζημίας μεγίστη τὸ ὑπὸ πονηροτέρου ἄρχεσθαι, ἐὰν μὴ αὐτὸς ἐθέλῃ ἄρχειν· ἣν δείσαντές μοι φαίνονται ἄρχειν, ὅταν ἄρχωσιν, οἱ ἐπιεικεῖς· καὶ τότε ἔρχονται ἐπὶ τὸ ἄρχειν οὐχ ὡς ἐπ' ἀγαθόν τι ἰόντες οὐδ' ὡς εὐπαθήσοντες ἐν αὐτῷ, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον καὶ οὐκ ἔχοντες ἑαυτῶν βελτίοσιν * ἐπιτρέψαι οὐδὲ ὁ- D μοίοις. ἐπεὶ κινδυνεύει, πόλις ἀνδρῶν ἀγαθῶν εἰ γένοιτο, περιμάχητον ἂν εἶναι τὸ μὴ ἄρχειν, ὥςπερ νυνὶ τὸ ἄρχειν, καὶ ἐνταῦθα ἂν καταφανὲς γενέσθαι ὅτι ὁ τῷ ὄντι ἀληθινὸς ἄρχων οὐ πέφυκε τὸ αὑτῷ ξυμφέρον σκοπεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ τῷ ἀρχομένῳ· ὥςτε πᾶς ἂν ὁ γιγνώσκων τὸ ὠφελεῖσθαι μᾶλλον ἕλοιτο ὑπ' ἄλλου, ἢ ἄλλον ὠφελῶν πράγματα ἔχειν.

---

*) γρ. ἀνορθοῦντα **) γρ. πράττει κατὰ τὴν τέχν. ***) γρ. δεῖν. †) γρ. ἄρχει. ἄλλ. ἄρχωσι. ††) γρ. ξυνῆκα. †††) Ισ. ἄρχειν. τῆς δὲ ζημίας κτλ.

iam modo dicebam neminem fore qui sua sponte vellet imperare et ad aliena mala aggredi emendanda, sed mercedem eum poscere, quia bene artem exerciturus numquam quod sibimet ipsi optimum esset faceret neo praescriberet ex arte praescribens, sed quod subiecto conduceret; quocirca, ut patet, mercedem oportet obtingere ei qui sibi propositurus sit imperare, vel argentum vel honorem, vel etiam poenam, nisi imperet.

Quomodo hoc dicis, Socrate? inquit Glauco; duas enim illas mercedes intelligo, poenam vero quam dicas et eam quidem mercedis loco, non perspicio. Optimorum igitur mercedem, inquam, non perspicis, ob quam imperant probissimi, quando sibi proponunt imperare; an nescis honoris et pecuniae aviditatem probro et haberi et esse? Ego vero, inquit. Hanc igitur ob causam, inquam, neque propter pecuniam volunt imperare boni neque propter honorem; neque enim palam propter imperium exigentes mercedem mercenarios volunt se appellari neque clam ipsi ex imperio eam sumentes fures. neque etiam honoris causa; neque enim honoris sunt cupidi. oportet igitur eis necessitatem imponi atque poenam, si propositurí sibi sunt imperare. unde videtur, si quis sua sponte ad imperandum aggrediatur, nec necessitatem exspectet, turpe haberi. maxima vero poena est a peiore regi, si ipse nolueris regere, quam timentes mihi videntur imperare, ut imperent, probi. et tum aggrediuntur ad imperandum non tamquam ad bonum aliquod neque tamquam iucunditati se daturi, sed tamquam ad necessarium negotium, quod non possint se melioribus committere neque similibus. etenim sine dubio, civitas virorum bonorum si esset, maxime hoc contenderent ne imperarent, quemadmodum nunc ut imperent, et tum perspicuum foret rectorem verum non suum commodum spectare, sed imperio subiecti; ut quisque intelligens utilitatem mallet capere ex alio quam alium iuvans negotium habere.

Τοῦτο μὲν οὖν ἔγωγε οὐδαμῇ ξυγχωρῶ * Θρασυμάχῳ, ὡς E
τὸ δίκαιόν ἐστι τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. ἀλλὰ τοῦτο μὲν
δὴ καὶ ἐσαῦθις σκεψόμεθα· πολὺ δέ μοι δοκεῖ μεῖζον εἶναι ὃ
νῦν λέγει Θρασύμαχος, τὸν τοῦ ἀδίκου βίον φάσκων εἶναι
κρείττω ἢ τὸν τοῦ δικαίου. σὺ οὖν ποτέρως *), ἦν δ' ἐγώ, ὦ
Γλαύκων, αἱρεῖ; καὶ πότερον ὡς ἀληθεστέρως **) δοκεῖ σοι λέγε-
σθαι; Τὸν τοῦ δικαίου ἔγωγε, ἔφη, λυσιτελέστερον βίον εἶναι.
Ἤκουσας, ἦν δ' ἐγώ, * ὅσα ἄρτι Θρασύμαχος ἀγαθὰ διῆλθε 348
τῷ τοῦ ἀδίκου; Ἤκουσα, ἔφη, ἀλλ' οὐ πείθομαι. Βούλει οὖν
αὐτὸν πείθωμεν, ἂν δυνώμεθά πῃ ἐξευρεῖν, ὡς οὐκ ἀληθῆ λέ-
γει; Πῶς γὰρ οὐ βούλομαι; ἦ δ' ὅς. Ἂν μὲν τοίνυν, ἦν δ'
ἐγώ, ἀντικατατείναντες λέγωμεν αὐτῷ λόγον παρὰ λόγον, ὅσα
αὖ ἀγαθὰ ἔχει τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ αὖθις οὗτος, καὶ ἄλλον
ἡμεῖς ***), ἀριθμεῖν δεήσει τἀγαθὰ καὶ μετρεῖν ὅσα ἑκάτεροι
* ἐν ἑκατέρῳ λέγομεν, καὶ ἤδη δικαστῶν τινῶν τῶν διακρινούν- B
των δεησόμεθα· ἂν δέ, ὥσπερ ἄρτι, ἀνομολογούμενοι πρὸς ἀλ-
λήλους σκοπῶμεν, ἅμα αὐτοί τε δικασταὶ καὶ ῥήτορες ἐσόμεθα.
Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ὁποτέρως οὖν σοι, ἦν δ' ἐγώ, ἀρέσκει;
Οὕτως, ἔφη.

Ἴθι δή, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, ἀπόκριναι ἡμῖν ἐξ ἀρ-
χῆς· τὴν τελέαν ἀδικίαν τελέας οὔσης δικαιοσύνης λυσιτελε-
στέραν φὴς εἶναι; Πάνυ μὲν οὖν καὶ φημί, * ἔφη, καὶ δι' ἅ, C
εἴρηκα. Φέρε δή, τὸ τοιόνδε περὶ αὐτῶν πῶς λέγεις; τὸ μέν
που ἀρετὴν αὐτοῖν καλεῖς, τὸ δὲ κακίαν; Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκ-
οῦν τὴν μὲν δικαιοσύνην ἀρετήν, τὴν δὲ ἀδικίαν κακίαν; Εἰ-
κός γ', ἔφη, ὦ ἥδιστε, ἐπειδὴ καὶ λέγω ἀδικίαν μὲν λυσιτελεῖν,
δικαιοσύνην δὲ οὔ. Ἀλλὰ τί μήν; Τοὐναντίον, ἦ δ' ὅς. Ἦ
τὴν δικαιοσύνην κακίαν; * Οὔκ, ἀλλὰ πάνυ γενναίαν εὐήθει- D
αν. Τὴν ἀδικίαν ἄρα κακοήθειαν καλεῖς; Οὔκ, ἀλλ' εὐβου-
λίαν, ἔφη. Ἦ καὶ φρόνιμοί σοι, ὦ Θρασύμαχε, δοκοῦσιν εἶ-
ναι καὶ ἀγαθοὶ οἱ ἄδικοι; Οἵ γε τελέως, ἔφη, οἷοί τε ἀδικεῖν,
πόλεις τε καὶ ἔθνη δυνάμενοι ἀνθρώπων ὑφ' ἑαυτοῖς †) ποι-
εῖσθαι. σὺ δὲ οἴει με ἴσως τοὺς τὰ βαλάντια ἀποτέμνοντας λέ-

*) ἴσ. πότερον. **) ἴσ. καὶ ποτέρως ἀληθεστέρως κτλ.
***) ἴσ. οὗτος, ἄλλον ἡμῖν ἀριθμεῖν. ἢ οὗτος, ἄλλο τι ἡμᾶς ἀριθμεῖν — δεησόμεθα; †) γρ. ἑαυτούς.

Hoc igitur equidem nequaquam concedo Thrasymacho, iustum esse quod superiori conducat. quamquam hoc alias videbimus; multo vero mihi videtur gravius esse quod nunc dicit Thrasymachus, iniusti vitam ponens superiorem esse quam iusti. tu vero utrum, inquam, Glauco, eligis? et utrum verius videtur tibi dici? Mihi quidem videtur, inquit, iusti utilior vita esse. Audistine, inquam, quot modo Thrasymachus bona enumeraverit iniusti vitae adiuncta? Audivi, inquit, sed mihi non persuasit. Visne igitur ei persuadeamus, si quam potuerimus rationem invenire, non vere ipsum dicere? Quidni velim? inquit. Iam si, inquam, orationem orationi opponentes dicimus quot ex contrario bona habeat iusta vita, et rursus hic, alio indigebimus qui enumeret bona atque metiatur quot uterque in utraque oratione protulerit, et iudicibus iam qui decernant opus nobis erit; sin autem, ut supra, convenientes inter nos spectamus, simul ipsi et iudices et oratores erimus. Sane quidem, inquit. Utrum vero tibi, inquam, placet? Hoc, inquit.

Age dum, inquam, Thrasymache, responde nobis ab initio. perfectam iniustitiam perfecta quae sit iustitia utiliorem dicis esse? Sane quidem et dico, inquit, et quam ob causam, exposui. Iam de hoc, quaeso, quomodo statuis? unamne earum virtutem vocas, alteram pravitatem? Quidni? Nonne iustitiam quidem virtutem, iniustitiam vero pravitatem? Consentaneum vero, inquit, o suavissime, quum videlicet dicam iniustitiam prodesse, iustitiam vero non prodesse. At quid aliud? Contrarium, inquit. Num iustitiam pravitatem? Non, sed admodum ingenuam fatuitatem. Iniustitiam igitur nequitiam vocas? Non, sed prudentiam, inquit. Num etiam intelligentes tibi, Thrasymache, videntur esse atque boni qui iniusti sunt? Sane qui perfectam, inquit, facultatem habent iniuste faciendi et civitates gentesque possunt hominum subigere. tu autem putas me fortasse sectores zonarios dicere. prodest quidem, inquit, etiam

γειν. λυσιτελεῖ μὲν οὖν, ἦ δ᾽ ὅς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐάνπερ λαν-
θάνῃ· ἔστι δὲ οὐκ ἄξια λόγου, ἀλλ᾽ ἃ νῦν δὴ ἔλεγον. * Τοῦ- E
το μέντοι, ἔφην, οὐκ ἀγνοῶ ὅ τι βούλει λέγειν· ἀλλὰ τόδε ἐ-
θαύμασα, εἰ ἐν ἀρετῆς καὶ σοφίας τίθης μέρει τὴν ἀδικίαν,
τὴν δὲ δικαιοσύνην ἐν τοῖς ἐναντίοις. Ἀλλὰ πάνυ οὕτω τίθη-
μι. Τοῦτο, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἤδη στερεώτερον, ὦ ἑταῖρε, καὶ οὐκέ-
τι ῥᾴδιον ἔχειν ὅ τί τις εἴπῃ *). εἰ γὰρ λυσιτελεῖν μὲν τὴν
ἀδικίαν ἐτίθεσο, κακίαν μέντοι ἢ αἰσχρὸν αὐτὸ ὡμολόγεις εἶναι,
ὥσπερ ἄλλοι τινές, εἴχομεν ἄν τι λέγειν κατὰ τὰ νομιζόμενα λέ-
γοντες· νῦν δὲ δῆλος εἶ ὅτι φήσεις αὐτὸ καὶ καλὸν καὶ ἰσχυρὸν
εἶναι καὶ τἆλλα αὐτῷ πάντα προσθήσεις * ἃ ἡμεῖς τῷ δικαίῳ 349
προσετίθεμεν, ἐπειδή γε καὶ ἐν ἀρετῇ αὐτὸ καὶ σοφίᾳ ἐτόλμη-
σας θεῖναι. Ἀληθέστατα, ἔφη, μαντεύει. Ἀλλ᾽ οὐ μέντοι,
ἦν δ᾽ ἐγώ, ἀποκνητέον γε τῷ λόγῳ ἐπεξελθεῖν σκοπούμενον,
ἕως ἄν σε ὑπολαμβάνω λέγειν ἅπερ διανοεῖ. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖς
σύ, ὦ Θρασύμαχε, ἀτεχνῶς νῦν οὐ σκώπτειν, ἀλλὰ τὰ δοκοῦν-
τα περὶ τῆς ἀληθείας λέγειν. Τί δέ σοι, ἔφη, τοῦτο διαφέρει,
εἴτε μοι δοκεῖ εἴτε μή, ἀλλ᾽ οὐ τὸν λόγον ἐλέγχεις; * Οὐδέν, B
ἦν δ᾽ ἐγώ. ἀλλὰ τόδε μοι πειρῶ ἔτι πρὸς τούτοις ἀπο-
κρίνασθαι· ὁ δίκαιος τοῦ δικαίου δοκεῖ τί σοι ἂν ἐθέλειν
πλέον ἔχειν; Οὐδαμῶς, ἔφη· οὐ γὰρ ἂν ἦν ἀστεῖος, ὥσπερ
νῦν, καὶ εὐήθης. Τί δέ; τῆς δικαίας πράξεως; Οὐδὲ τῆς δι-
καίας, ἔφη. Τοῦ δὲ ἀδίκου πότερον ἀξιοίη ἂν πλεονεκτεῖν
καὶ ἡγοῖτο δίκαιον εἶναι, ἢ οὐκ ἂν ἡγοῖτο δίκαιον; Ἡγοῖτ᾽
ἄν, ἦ δ᾽ ὅς, καὶ ἀξιοίη **), ἀλλ᾽ οὐκ ἂν δύναιτο. Ἀλλ᾽ οὐ
τοῦτο, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἐρωτῶ, ἀλλ᾽ εἰ τοῦ μὲν δικαίου * μὴ ἀξιοῖ C
πλέον ἔχειν μηδὲ βούλεται ὁ δίκαιος, τοῦ δὲ ἀδίκου. Ἀλλ᾽ οὕ-
τως, ἔφη, ἔχει. Τί δὲ δὴ ὁ ἄδικος; ἆρα ἀξιοῖ τοῦ δικαίου
πλεονεκτεῖν καὶ τῆς δικαίας πράξεως; Πῶς γὰρ οὔ; ***) ἔφη,
ὅς γε πάντων πλέον ἔχειν ἀξιοῖ; Οὐκοῦν καὶ ἀδίκου ἀνθρώ-
που τε καὶ πράξεως ὁ ἄδικος πλεονεκτήσει τε †) καὶ ἁμιλλήσε-
ται ὡς ἁπάντων πλεῖστον αὐτὸς λάβῃ; Ἔστι ταῦτα. Ὧδε δὴ λέ-
γωμεν, ἔφην· ὁ δίκαιος τοῦ μὲν ὁμοίου οὐ πλεονεκτεῖ, τοῦ δὲ
ἀνομοίου, ὁ δὲ ἄδικος τοῦ τε * ὁμοίου καὶ τοῦ ἀνομοίου. Ἄρι- D

*) γρ. ῥᾷον — εἴποι. **) γρ. ἀξιοῖ.
***) γρ. οὐκ, ἔφη. †) γρ. πλεονεκτήσει καὶ ἁμ.

hoc, si latet; neque tamen operae pretium est, sed ea quae modo dixi. Hoc quidem, inquam, haud ignoro quod vis dicere; at hoc miror, te virtutis ac sapientiae loco habere iniustitiam, iustitiam autem contra. Sane ita habeo. Hoc, inquam, iam durius, amice, nec tam facilè quis habuerit quid dicat. nam si prodesse quidem iniustitiam poneres, pravitatem vero vel turpitudinem eam concederes esse, sicut alii fere, haberemus aliquid dicere ex communi existimatione dicentes; nunc autem patet te dicturum illam etiam pulchram ac validam esse et reliqua ei omnia attributurum quae nos iusto attribuimus, quum etiam in virtutis eam ac sapientiae loco ausus sis reponere. Verissime, inquit, auguraris. Neque tamen, inquam, cunctandum oratione exponere atque explorare, dum te arbitrer dicere quae sentias. mihi enim videris tu, Thrasymache, revera nunc non cavillari, sed sententiam tuam de vera illarum ratione proferre. Quid vero tua, inquit, hoc refert, ita sentiam necne? immo orationem redargue. Nihil vero, inquam, refert; sed ad hoc mihi conare praeterea respondere: iustus iusto videtur tibi contenturus esse ut plus habeat? Minime vero, inquit; non enim foret venustus, ut nunc, et fatuus. Quid? iustane actione? Nec iusta, inquit. Iniusto vero utrum contendet ut plus habeat idque existimabit iustum esse, an non existimabit iustum? Existimabit vero, inquit, et contendet, sed non poterit. At non hoc, inquam, rogo, sed iustone quidem non contendat ut plus habeat nec velit iustus, iniusto autem velit. Ita vero, inquit, habet. Quid vero iniustus? num contendet ut iusto plus habeat, et iusta actione? Quidni, inquit, quippe qui ut omnibus plus habeat contendat? Igitur etiam iniusto homine et actione iniustus plus appetet et certabit ut ex omnibus plurimum ipse capiat? Sunt ista. Ita igitur dicamus, inquam: iustus simili quidem plus non appetit, dissimili vero, iniustus autem et simili et dissimili. Optime, inquit, dicis. Est autem, inquam,

ντα, ἔφη, εἴρηκας. Ἔστι δέ γε, ἔφην, φρόνιμός τε καὶ ἀγα-
θὸς ὁ ἄδικος, ὁ δὲ δίκαιος οὐδέτερα. Καὶ τοῦτ', ἔφη, εὖ.
Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἔοικε τῷ φρονίμῳ καὶ τῷ ἀγαθῷ ὁ
ἄδικος, ὁ δὲ δίκαιος οὐκ ἔοικεν; Πῶς γὰρ οὐ μέλλει, ἔφη, ὁ
τοιοῦτος ὢν καὶ ἐοικέναι τοῖς τοιούτοις, ὁ δὲ μὴ μὴ ἐοικέ-
ναι; Καλῶς. τοιοῦτος ἄρα ἐστὶν ἑκάτερος αὐτῶν οἷσπερ
ἔοικεν. Ἀλλὰ τί μέλλει; ἔφη. Εἶεν, ὦ Θρασύμαχε, μουσι-
κὸν δέ τινα λέγεις, ἕτερον * δὲ ἄμουσον; Ἔγωγε. Πότερον E
φρόνιμον καὶ πότερον ἄφρονα; Τὸν μὲν μουσικὸν δήπου φρό-
νιμον, τὸν δὲ ἄμουσον ἄφρονα. Οὐκοῦν καὶ ἅπερ *) φρό-
νιμον, ἀγαθόν, ἃ δὲ ἄφρονα, κακόν; Ναί. Τί δὲ ἰατρικόν;
οὐχ οὕτως; Οὕτως. Δοκεῖ ἂν οὖν τίς σοι, ὦ ἄριστε, μουσικὸς
ἀνὴρ ἁρμοττόμενος λύραν ἐθέλειν μουσικοῦ ἀνδρὸς ἐν τῇ ἐπι-
τάσει καὶ ἀνέσει τῶν χορδῶν πλεονεκτεῖν ἢ ἀξιοῦν πλέον ἔχειν;
Οὐκ ἔμοιγε. Τί δέ; ἀμούσου; Ἀνάγκη, ἔφη. Τί δὲ ἰατρι-
κός; * ἐν τῇ ἐδωδῇ ἢ πόσει ἐθέλειν ἄν τι ἰατρικοῦ πλεονεκτεῖν 350
ἢ ἀνδρὸς ἢ πράγματος; Οὐ δῆτα. Μὴ ἰατρικοῦ δέ; Ναί.
Περὶ πάσης δὴ **) ὅρα ἐπιστήμης τε καὶ ἀνεπιστημοσύνης,
εἴ τίς σοι δοκεῖ ἐπιστήμων ὁστισοῦν πλείω ἂν ἐθέλειν αἱρεῖ-
σθαι ἢ ὅσα ἄλλος ἐπιστήμων ἢ πράττειν ἢ λέγειν, καὶ οὐ ταὐτὰ
τῷ ὁμοίῳ ἑαυτῷ εἰς τὴν αὐτὴν πρᾶξιν. Ἀλλ' ἴσως, ἔφη, ἀνάγ-
κη τοῦτό γε οὕτως ἔχειν. Τί δὲ ὁ ἀνεπιστήμων; οὐχὶ ὁμοίως
μὲν ἐπιστήμονος πλεονεκτήσειεν * ἄν, ὁμοίως δὲ ἀνεπιστήμο- B
νος; Ἴσως. Ὁ δὲ ἐπιστήμων σοφός; Φημί. Ὁ δὲ σοφὸς ἀ-
γαθός; Φημί. Ὁ ἄρα ἀγαθός τε καὶ σοφὸς τοῦ μὲν ὁμοίου
οὐκ ἐθελήσει πλεονεκτεῖν, τοῦ δὲ ἀνομοίου τε καὶ ἐναντίου.
Ἔοικεν, ἔφη. Ὁ δὲ κακός τε καὶ ἀμαθὴς τοῦ τε ὁμοίου καὶ
τοῦ ἐναντίου. Φαίνεται. Οὐκοῦν, ὦ Θρασύμαχε, ἦν δ' ἐγώ,
ὁ ἄδικος ἡμῖν τοῦ ἀνομοίου τε καὶ ὁμοίου πλεονεκτεῖ; ἢ οὐχ
οὕτως ἔλεγες; Ἔγωγε, ἔφη. Ὁ δέ γε δίκαιος τοῦ μὲν ὁμοίου
οὐ * πλεονεκτήσει, τοῦ δὲ ἀνομοίου; Ναί. Ἔοικεν ἄρα, ἦν C
δ' ἐγώ, ὁ μὲν δίκαιος τῷ σοφῷ καὶ ἀγαθῷ, ὁ δὲ ἄδικος τῷ κα-

*) γρ. Οὐκοῦν ἅπερ.
**) γρ. δέ.

prudens ac bonus is qui iniustus est, iustus vero neutrum. Etiam hoc, inquit, bene. Nonne, inquam, etiam similis est prudentis et boni iniustus, iustus vero dissimilis? Quidni sit, inquit, qui talis est, etiam similis talis, qui vero non est, dissimilis? Praeclare. talis igitur est uterque eorum, qualium est similis. Quidni sit? inquit. Iamne, Thrasymache, musicum unum vocas, alterum vero musicae expertem? Ego vero. Utrum prudentem et utrum imprudentem? Musicum sine dubio prudentem, musicae vero expertem imprudentem. Nonne etiam, ad quae prudentem, ad ea bonum, ad quae autem imprudentem, ad ea malum? Etiam. Quid medicum? nonne ita? Ita vero. Iamne videtur tibi, mi optime, fieri posse ut musicus aliquis vir lyram temperans velit musicum virum in chordis intendendis ac remittendis praevertere vel contendat ut plus eo habeat? Non mihi quidem. Quid vero? musicae experte? Necesse est, inquit. Quid medicus? in cibo sumendo vel potione num videtur tibi plus appetiturus esse medico vel viro vel negotio? Minime vero. Medicinae vero imperito? Ita. De quaque igitur vide scientia et inscientia, num tibi videatur sciens quicumque est plura esse appetiturus quam alius sciens vel facere vel dicere, et non eadem quae similis ipsius in eadem actione? Fortasse, inquit, hoc ita se habeat necesse est. Quid vero insciens? nonne pariter sciente plus se habere cupiet, pariter insciente? Sine dubio. Sciens vero sapiens? Aio. Et sapiens bonus? Aio. Bonus ergo ac sapiens simili quidem nolet plus habere, dissimili vero et contrario volet. Videtur, inquit. Malus vero et insciens et simili et contrario. Patet. Nonne, Thrasymache, inquam, iniustus nobis et dissimili et simili plus habere cupit? an non ita dixisti? Ego vero, inquit. Iustus autem simili quidem non cupiet se plus habere, dissimili vero cupiet? Etiam. Similis igitur, inquam, iustus sapientis ac boni, iniustus vero mali ac rudis. Videtur. Iam vero

κῷ καὶ ἀμαθεῖ. Κινδυνεύει. Ἀλλὰ μὴν ὡμολογοῦμεν, ᾧ γε ὅμοιος ἑκάτερος εἴη, τοιοῦτον καὶ ἑκάτερον εἶναι. Ὡμολογοῦμεν γάρ. Ὁ μὲν ἄρα δίκαιος ἡμῖν ἀναπέφανται ὢν ἀγαθός τε καὶ σοφός, ὁ δὲ ἄδικος ἀμαθής τε καὶ κακός.

Ὁ δὴ Θρασύμαχος ὡμολόγησε μὲν πάντα ταῦτα, οὐχ ὡς ἐγὼ νῦν ῥᾳδίως λέγω, ἀλλ' * ἑλκόμενος καὶ μόγις, μετὰ ἱδρῶ- D
τος θαυμαστοῦ ὅσον, ἅτε καὶ θέρους ὄντος (τότε καὶ *) εἶδον ἐγώ, πρότερον δὲ οὔπω, Θρασύμαχον ἐρυθριῶντα)· ἐπειδὴ δὲ οὖν διωμολογησάμεθα τὴν δικαιοσύνην ἀρετὴν εἶναι καὶ σοφίαν, τὴν δὲ ἀδικίαν κακίαν τε καὶ ἀμαθίαν, Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτο μὲν ἡμῖν οὕτω κείσθω, ἔφαμεν δὲ δὴ καὶ ἰσχυρὸν εἶναι τὴν ἀδικίαν· ἢ οὐ μέμνησαι, ὦ Θρασύμαχε; Μέμνημαι, ἔφη· ἀλλ' ἔμοιγε οὐδὲ ἃ νῦν λέγεις ἀρέσκει, καὶ ἔχω περὶ αὐτῶν λέγειν. εἰ οὖν **) λέγοιμι, * εὖ οἶδ' ὅτι δημηγορεῖν ἄν με φαί- E
ης. ἢ οὖν ἔα με εἰπεῖν ὅσα βούλομαι, ἤ, εἰ βούλει ἐρωτᾶν, ἐρώτα· ἐγὼ δέ σοι, ὥςπερ ταῖς γραυσὶ ταῖς τοὺς μύθους λεγούσαις, εἶεν ἐρῶ καὶ κατανεύσομαι καὶ ἀνανεύσομαι. Μηδαμῶς, ἦν δ' ἐγώ, παρά γε τὴν σαυτοῦ δόξαν. Ὥςτε σοι, ἔφη, ἀρέσκειν, ἐπειδήπερ οὐκ ἐᾷς λέγειν· καίτοι τί ἄλλο βούλει; Οὐδὲν μὰ Δία, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ', εἴπερ τοῦτο ποιήσεις, ποίει, ἐγὼ δὲ ἐρωτήσω. Ἐρώτα δή.

Τοῦτο τοίνυν ἐρωτῶ ὅπερ ἄρτι, ἵνα καὶ ἑξῆς διασκεψώμεθα * τὸν λόγον, ὁποῖόν τι τυγχάνει ὂν δικαιοσύνη πρὸς ἀδι- 351
κίαν. ἐλέχθη γάρ που ὅτι καὶ δυνατώτερον καὶ ἰσχυρότερον εἴη ἀδικία δικαιοσύνης· νῦν δέ γε, ἔφη ***), εἴπερ σοφία τε καὶ ἀρετή ἐστι δικαιοσύνη, ῥᾳδίως, οἶμαι, φανήσεται καὶ ἰσχυρότερον ἀδικίας, ἐπειδήπερ ἐστὶν ἀμαθία ἡ ἀδικία. οὐδεὶς ἂν ἔτι τοῦτο ἀγνοήσειεν. ἀλλ' οὔτι οὕτως ἁπλῶς, ὦ Θρασύμαχε, ἔγωγε ἐπιθυμῶ, ἀλλὰ τῇδέ πῃ σκέψασθαι· πόλιν φαίης ἂν ἄδικον εἶναι καὶ * ἄλλας πόλεις ἐπιχειρεῖν δουλοῦσθαι ἀδίκως καὶ κα- B
ταδεδουλῶσθαι, πολλὰς δὲ καὶ ὑφ' ἑαυτῇ ἔχειν δουλωσαμένην; Πῶς γὰρ οὔ †); ἔφη· καὶ τοῦτό γε ἡ ἀρίστη μάλιστα ποιήσει καὶ τελεώτατα οὖσα ἄδικος. Μανθάνω, ἔφην, ὅτι σὸς οὗτος

*) ἄλλ. ὄντος τότε, καί. **) ἴσ. εἰ δ' οὖν.
***) ἄλλ. ἔφην. ἴσ. νῦν δέ γε, εἴπερ. †) γρ. οὐκ.

concessimus, cuius similis uterque esset, talem etiam utrumque esse. Concessimus vero. Iustum ergo nobis liquet esse bonum et sapientem, iniustum vero rudem et malum.

Atque Thrasymachus concessit omnia haec, non ut ego nunc narro facile, sed tractim et aegre, mirum quam sudans, quippe etiam aestas erat; tum etiam vidi, quod numquam antea, Thrasymachum erubescentem. postquam igitur convenerat inter nos iustitiam virtutem esse atque sapientiam, iniustitiam vero pravitatem et inscitiam, Iam, inquam, hoc nobis ita positum esto, diximus autem etiam validam esse iniustitiam; an non meministi, Thrasymache? Memini, inquit; at mihi quidem nec ista quae nunc dicis probantur et habeo de eis dicere. iam si dicam, bene scio me concionari te dicturum esse. aut igitur sine me dicere quanta voluerim, aut, si malis interrogare, interroga; ego autem tibi, sicut anieulis fabulas narrantibus, itane? dicam et adnuam et abnuam. Haudquaquam, inquam, praeter sententiam tuam. Ut tibi, inquit, placeam, quandoquidem me non sinis dicere; quamquam quidnam aliud vis? Nihil mehercule, inquam; sed, si hoc facturus es, fac, ego autem interrogabo. Interroga igitur.

Hoc interrogo quod modo, ut deinceps perscrutemur orationem, qualis sit iustitia collata cum iniustitia. dictum est enim et potentiorem et validiorem esse iniustitiam iustitia; nunc autem, inquam, si sapientia et virtus est iustitia, facile, opinor, patebit etiam validiorem esse iniustitia, quandoquidem est inscitia iniustitia. nemo fere iam erit quin hoc intelligat. at neutiquam id sic simpliciter, Thrasymache, equidem cupio, sed hac fere ratione exploratum: civitatemne dixeris iniustam esse et alias civitates conari subigere iniuste atque subegisse, multas etiam servitute oppressisse? Quidni? inquit. et hoc quidem optima quaeque maxime faciet et quae perfectissime est iniusta. Scio, inquam, tuam hanc fuisse orationem. at

ἦν ὁ λόγος· ἀλλὰ τόδε περὶ αὐτοῦ σκοπῶ, πότερον ἡ κρείττων
γιγνομένη πόλις πόλεως ἄνευ δικαιοσύνης τὴν δύναμιν ταύτην
ἕξει, ἢ ἀνάγκη αὐτῇ μετὰ δικαιοσύνης. Εἰ μὲν, ἔφη, ὡς σὺ
ἄρτι * ἔλεγες, ἔστιν ἡ δικαιοσύνη σοφία, μετὰ δικαιοσύνης, εἰ C
δ᾽ ὡς ἐγὼ ἔλεγον, μετὰ ἀδικίας. Πάνυ γε*) ἄγαμαι, ἦν δ᾽ ἐγώ,
ὦ Θρασύμαχε, ὅτι οὐκ ἐπινεύεις μόνον καὶ ἀνανεύεις, ἀλλὰ
καὶ ἀποκρίνει πάνυ καλῶς. Σοὶ γάρ, ἔφη, χαρίζομαι. Εὖ
γε σὺ ποιῶν. ἀλλὰ δὴ καὶ τόδε μοι χάρισαι καὶ λέγε· δοκεῖς
ἂν ἢ πόλιν ἢ στρατόπεδον ἢ λῃστὰς ἢ κλέπτας ἢ ἄλλο τι ἔθνος,
ὅσα κοινῇ ἐπί τι ἔρχεται ἀδίκως, πρᾶξαι ἄν τι δύνασθαι, εἰ
ἀδικοῖεν ἀλλήλους; * Οὐ δῆτα, ἦ δ᾽ ὅς. Τί δ᾽ εἰ μὴ ἀδι- D
κοῖεν; οὐ μᾶλλον; Πάνυ γε. Στάσεις γάρ που, ὦ Θρασύμα-
χε, ἥ γε ἀδικία καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλοις παρέχει, ἡ δὲ
δικαιοσύνη ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν· ἦ γάρ; Ἔστω, ἦ δ᾽ ὅς, ἵνα
σοι μὴ διαφέρωμαι. Ἀλλ᾽ εὖ γε σὺ ποιῶν, ὦ ἄριστε. τόδε δέ
μοι λέγε· ἆρα, εἰ τοῦτο ἔργον ἀδικίας, μῖσος ἐμποιεῖν ὅπου
ἂν ἐνῇ, οὐ καὶ ἐν ἐλευθέροις τε καὶ δούλοις ἐγγιγνομένη μισεῖν
ποιήσει ἀλλήλους καὶ στασιάζειν καὶ ἀδυνάτους εἶναι κοινῇ
* μετ᾽ ἀλλήλων πράττειν; Πάνυ γε. Τί δὲ ἂν ἐν δυοῖν ἐγγέ- E
νηται; οὐ διοίσονται καὶ μισήσουσι καὶ ἐχθροὶ ἔσονται ἀλλήλοις
τε καὶ τοῖς δικαίοις; Ἔσονται, ἔφη. Ἐὰν δὲ δή, ὦ θαυμάσιε,
ἐν ἑνὶ ἐγγένηται ἀδικία, μῶν μὴ ἀπολεῖ τὴν αὑτῆς δύναμιν;
ἢ οὐδὲν ἧττον ἕξει; Μηδὲν ἧττον ἐχέτω, ἔφη. Οὐκοῦν τοιάνδε
τινὰ φαίνεται ἔχουσα τὴν δύναμιν, οἵαν, ᾧ ἂν ἐγγένηται, εἴτε
πόλει τινὶ εἴτε γένει εἴτε στρατοπέδῳ εἴτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν, πρῶτον
μὲν ἀδύνατον * αὐτὸ ποιεῖν πράττειν μεθ᾽ αὑτοῦ διὰ τὸ στα- 352
σιάζειν καὶ διαφέρεσθαι, ἔτι δ᾽ ἐχθρὸν εἶναι ἑαυτῷ τε καὶ τῷ
ἐναντίῳ παντὶ καὶ τῷ δικαίῳ; οὐχ οὕτως; Πάνυ γε. Καὶ ἐν
ἑνὶ δή, οἶμαι, ἐνοῦσα ταὐτὰ πάντα ποιήσει ἅπερ πέφυκεν ἐρ-
γάζεσθαι· πρῶτον μὲν ἀδύνατον αὐτὸν πράττειν ποιήσει στα-
σιάζοντα καὶ οὐχ ὁμονοοῦντα αὐτὸν ἑαυτῷ, ἔπειτα ἐχθρὸν καὶ
ἑαυτῷ καὶ τοῖς δικαίοις· ἦ γάρ; Ναί. Δίκαιοι δέ γ᾽ εἰσίν, ὦ

---

* γρ. Πάνυ ἄγαμ.

hoc in ea re specto, utrum quae superior exsistat civitas civitate sine iustitia potestatem hanc habitura sit, an nonnisi cum iustitia. Si, inquit, ut tu modo dicebas, iustitia est sapientia, cum iustitia, sin, ut ego dicebam, cum iniustitia. Prorsus laudo, inquam, Thrasymache, quod non adnuis modo et abnuis, verum etiam respondes admodum bene. Tibi enim, inquit, gratificor. Praeclare vero tu facis. iam etiam hoc mihi gratificare et dic: num putas civitatem vel exercitum vel latrones vel fures vel aliam quam turbam, quae communiter ad aliquid aggrediatur iniuste, efficere quid posse, si iniuriam inter se inferant? Minime vero, inquit. Quid si nullam inferant iniuriam? nonne magis? Sane quidem. Seditiones videlicet, Thrasymache, iniustitia et odia et pugnas inter ipsos excitat, iustitia vero concordiam et amicitiam; nonne? Esto, inquit, ut ne tecum discrepem. Ac bene tu quidem facis, mi optime. hoc autem mihi dic: nonne, si hoc est iniustitiae ut odia iniiciat in quocumque insit, etiam in liberis ac servis si inest efficiet ut inter se oderint, dissideant nec communiter inter se possint quicquam agere? Sane quidem. Quid si in duobus inerit? nonne dissidebunt et odium inimicitiamque suscipient et inter se et in iustos? Suscipient vero, inquit. Sin autem, o praestantissime, in uno inerit iniustitia, nonne perdet vim suam? an nihilo minus habebit? Nihilo minus habeto, inquit. Nonne hanc fere videtur vim habere ut, in quocumque insit, sive civitate aliqua, sive gente sive exercitu sive alio quopiam, primum id impediat quominus agere possit quicquam secum propter seditionem ac discordiam, praeterea efficiat ut inimicum sit sibimet ipsi et contrario cuique et iusto? nonne ita? Sane quidem. Atque in uno, opinor, si inest haec omnia efficiet quae natura solet agere; primum efficiet ut nequeat quicquam agere, quippe seditiosus nec secum ipso consentiens, deinde ut inimicus sit et sibimet ipsi et iustis. nonne? Etiam. Iusti vero sunt, o

φίλε, καὶ οἱ θεοί; Ἔστωσαν, * ἔφη. Καὶ θεοῖς ἄρα ἐχθρὸς B
ἔσται ὁ ἄδικος, ὦ Θρασύμαχε, ὁ δὲ δίκαιος φίλος. Εὐωχοῦ τοῦ
λόγου, ἔφη, θαῤῥῶν· οὐ γὰρ ἔγωγέ σοι ἐναντιώσομαι, ἵνα μὴ
τοῖσδε ἀπέχθωμαι. Ἴθι δή, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὰ λοιπά μοι τῆς
ἑστιάσεως ἀποπλήρωσον, ἀποκρινόμενος ὥσπερ καὶ νῦν. ὅτι
μὲν γὰρ καὶ σοφώτεροι καὶ ἀμείνους καὶ δυνατώτεροι πράττειν
οἱ δίκαιοι φαίνονται, οἱ δὲ ἄδικοι οὐδὲν πράττειν μετ' ἀλλήλων
οἷοί τε, ἀλλὰ δὴ καὶ οὕς * φαμεν ἐῤῥωμένως πώποτέ τι μετ' C
ἀλλήλων κοινῇ πρᾶξαι ἀδίκους ὄντας, τοῦτο οὐ παντάπασιν
ἀληθὲς λέγομεν *)· οὐ γὰρ ἂν ἀπείχοντο ἀλλήλων κομιδῇ ὄν-
τες ἄδικοι, ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἐνῆν τις αὐτοῖς δικαιοσύνη, ἣ αὐ-
τοὺς ἐποίει μή τοι **) καὶ ἀλλήλους γε καὶ ἐφ' οὓς ᾖσαν ἅμα
ἀδικεῖν, δι' ἣν ἔπραξαν ἃ ἔπραξαν, ὥρμησαν δὲ ἐπὶ τὰ ἄδικα
ἀδικίᾳ ἡμιμόχθηροι ὄντες, ἐπεὶ οἵ γε παμπόνηροι καὶ τελέως
ἄδικοι * τελέως εἰσὶ καὶ πράττειν ἀδύνατοι. ταῦτα μὲν οὖν ὅτι D
οὕτως ἔχει μανθάνω, ἀλλ' οὐχ ὡς σὺ τὸ πρῶτον ἐτίθεσο. εἰ δὲ
καὶ ἄμεινον ζῶσιν οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων καὶ εὐδαιμονέστεροί
εἰσιν, ὅπερ τὸ ὕστερον προὐθέμεθα σκέψασθαι, σκεπτέον.
φαίνονται μὲν οὖν καὶ νῦν, ὥς γέ μοι δοκεῖ, ἐξ ὧν εἰρήκαμεν·
ὅμως δ' ἔτι βέλτιον σκεπτέον· οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐπιτυχόντος ὁ
λόγος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ὅντινα τρόπον χρὴ ζῆν. Σκόπει δή, ἔφη.
Σκοπῶ, ἦν δ' ἐγώ. καί μοι λέγε· δοκεῖ τί σοι εἶναι ἵππου ἔρ-
γον; * Ἔμοιγε. Ἆρ' οὖν τοῦτο ἂν θείης καὶ ἵππου καὶ ἄλ- E
λου ὁτουοῦν ἔργον, ὃ ἂν ἢ μόνῳ ἐκείνῳ ποιῇ τις ἢ ἄριστα; Οὐ
μανθάνω, ἔφη. Ἀλλ' ὧδε· ἔσθ' ὅτῳ ἂν ἄλλῳ ἴδοις, ἢ ὀφθαλ-
μοῖς; Οὐ δῆτα. Τί δέ; ἀκούσαις ***) ἄλλῳ, ἢ ὠσίν; Οὐδα-
μῶς. Οὐκοῦν δικαίως ἂν ταῦτα τούτων φαῖμεν ἔργα εἶναι;
Πάνυ γε. Τί δέ; * μαχαίρᾳ ἀμπέλου κλῆμα ἀποτέμοις †) καὶ 353
σμίλῃ καὶ ἄλλοις πολλοῖς; Πῶς γὰρ οὔ; Ἀλλ' οὐδενί γ' ἄν,
οἶμαι, οὕτω καλῶς, ὡς δρεπάνῳ τῷ ἐπὶ τοῦτο ††) ἐργασθέντι.
Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν οὐ τοῦτο τούτου ἔργον θήσομεν; Θήσομεν
μὲν οὖν. Νῦν δή, οἶμαι, ἄμεινον ἂν μάθοις ὃ ἄρτι ἠρώτων,
πυνθανόμενος εἰ οὐ τοῦτο ἑκάστου εἴη ἔργον, ὃ ἂν ἢ μόνον

---

*) γρ. ἐλέγομεν. **) γρ. μή τι.
***) ἴσ. ἀκούσαις ἂν κτλ. †) ἴσ. ἀποτέμοις ἂν κτλ.
††) ἄλλ. τοῦτο.

care, etiam diis? Sunto, inquit. Igitur etiam diis inimicus erit iniustus, Thrasymache, iustus autem amicus. Pascere oratione, inquit, fidenter; neque enim equidem tibi adversabor, ut ne in offensionem horum incurram. Age igitur, inquit, etiam reliquis me epulis satura, respondens sicut nunc. etenim sapientiores, meliores valentioresque ad agendum esse iustos liquet, iniustos vero nihil agere secum posse, atque etiam quos dicimus fortiter umquam aliquid coniunctim et communiter egisse, licet iniusti fuerint, hoc non prorsus vere dicimus; neque enim a se invicem abstinuissent, si plane iniusti fuissent, sed patet fuisse quandam in eis iustitiam, quae impediverit quominus et inter se et eos simul quos adorirentur iniuria afficerent, per quam egerint, quae fuscepissent iniusta, propter iniustitiam semipravi quum essent; nam prorsus pravi et perfecte iniusti nec perfecte agere possunt. haec igitur se sic habere intelligo, nec ut tu primo posuisti. num vero etiam melius vivant iusti iniustis et beatiores sint, quod quidem postea nobis proposuimus spectare, spectandum. liquet vero etiam nunc, ut mihi quidem videtur, ex eis quae diximus; attamen etiam melius spectandum; neque enim de re vili agitur, sed de ratione qua oporteat vivi. Considera igitur, inquit. Considero, inquam. atque mihi dic: videtur tibi aliquod esse equi opus? Mihi vero. Num vero hoc posueris et equi et alius cuiuspiam opus esse quod vel solo illo faciat aliquis vel optime? Non intelligo, inquit. At ita: est quo alio videas nisi oculis? Minime vero. Quid vero: audies alio quam auribus? Nequaquam. Nonne iure haec eorum dicemus opera esse? Sane quidem. Quid? novacula vitis palmitem amputabis et scalpro aliisque multis? Quidni? Sed nullo, opinor, tam bene, quam falce ad hoc opus facta. Vera. Nonne igitur hoc eius opus ponemus? Ponemus vero. Nunc igitur, opinor, melius cognosces quod modo interrogabam, sciscitans hocne cuiusque esset opus, quod vel solum vel op-

τι ᾗ κάλλιστα τῶν ἄλλων ἀπεργάζηται. Ἀλλά, ἔφη, μανθάνω
γε *), καί μοι δοκεῖ τοῦτο ἑκάστου πράγματος * ἔργον εἶναι. B
Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, οὐκοῦν καὶ ἀρετὴ δοκεῖ σοι εἶναι ἑκάστῳ ᾧ-
περ καὶ ἔργον τι προστέτακται; ἴωμεν δὲ ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν. ὀ-
φθαλμῶν, φαμέν, ἔστι τι **) ἔργον; Ἔστιν. Ἆρ' οὖν καὶ
ἀρετὴ ὀφθαλμῶν ἔστιν; Καὶ ἀρετή. Τί δέ; ὤτων ἦν τι ἔργον;
Ναί. Οὐκοῦν καὶ ἀρετή; Καὶ ἀρετή. Τί δὲ πάντων πέρι τῶν
ἄλλων; οὐχ οὕτως; Οὕτως. Ἔχε δή· ἆρ' ἄν ποτε ὄμματα τὸ
αὑτῶν ἔργον καλῶς ἀπεργάσαιντο μὴ ἔχοντα τὴν αὑτῶν * οἰ- C
κείαν ἀρετήν, ἀλλ' ἀντὶ τῆς ἀρετῆς κακίαν; Καὶ πῶς ἄν; ἔφη·
τυφλότητα γὰρ ἴσως λέγεις ἀντὶ τῆς ὄψεως. Ἥτις, ἦν δ' ἐγώ,
αὐτῶν ἡ ἀρετή· οὐ γάρ πω τοῦτο ἐρωτῶ, ἀλλ' εἰ τῇ οἰκείᾳ
μὲν ἀρετῇ τὸ αὑτῶν ἔργον εὖ ἐργάσεται τὰ ἐργαζόμενα, κακίᾳ
δὲ κακῶς. Ἀληθές, ἔφη, τοῦτό γε λέγεις. Οὐκοῦν καὶ ὦτα
στερόμενα τῆς αὑτῶν ἀρετῆς κακῶς τὸ αὑτῶν ἔργον ἀπεργάσε-
ται; Πάνυ γε. Τίθεμεν οὖν καὶ τἄλλα πάντα εἰς * τὸν αὐτὸν D
λόγον; Ἔμοιγε δοκεῖ. Ἴθι δή, μετὰ ταῦτα τόδε σκέψαι· ψυ-
χῆς ἔστι τι ἔργον ὃ ἄλλῳ τῶν ὄντων οὐδ' ἂν ἑνὶ πράξαις;
οἷον τὸ τοιόνδε· τὸ ἐπιμελεῖσθαι καὶ ἄρχειν καὶ βουλεύεσθαι
καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ἔσθ' ὅτῳ ἄλλῳ ἢ ψυχῇ δικαίως ἂν αὐ-
τὰ ἀποδοῖμεν καὶ φαῖμεν ἴδια ἐκείνου εἶναι; Οὐδενὶ ἄλλῳ. Τί
δ' αὖ τὸ ζῆν; οὐ ***) ψυχῆς φήσομεν ἔργον εἶναι; Μάλιστά
γ', ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἀρετήν φαμέν τινα ψυχῆς εἶναι; Φα-
μέν. * Ἆρ' οὖν ποτέ, ὦ Θρασύμαχε, ψυχὴ τὰ αὑτῆς ἔργα εὖ E
ἀπεργάσεται στερομένη τῆς οἰκείας ἀρετῆς; ἢ ἀδύνατον; Ἀδύ-
νατον. Ἀνάγκη ἄρα κακῇ ψυχῇ κακῶς ἄρχειν καὶ ἐπιμελεῖ-
σθαι, τῇ δὲ ἀγαθῇ πάντα ταῦτα εὖ πράττειν. Ἀνάγκη. Οὐκ-
οῦν ἀρετὴν μὲν †) ξυνεχωρήσαμεν ψυχῆς εἶναι δικαιοσύνην,
κακίαν δὲ ἀδικίαν; Ξυνεχωρήσαμεν γάρ. Ἡ μὲν ἄρα δικαία
ψυχὴ καὶ ὁ δίκαιος ἀνὴρ εὖ βιώσεται, κακῶς δὲ ὁ ἄδικος. Φαί-
νεται, ἔφη, κατὰ τὸν σὸν λόγον. * Ἀλλὰ μὴν ὅ γε εὖ ζῶν 354
μακάριός τε καὶ εὐδαίμων, ὁ δὲ μὴ τἀναντία. Πῶς γὰρ οὔ;
Ὁ μὲν δίκαιος ἄρα εὐδαίμων, ὁ δ' ἄδικος ἄθλιος. Ἔστωσαν,
ἔφη. Ἀλλὰ μὴν ἄθλιόν γε εἶναι οὐ λυσιτελεῖ, εὐδαίμονα δέ. Πῶς

*) γρ. μανθάνω τε καὶ μ. **) γρ. ἔστιν ἔργον.
***) γρ. ζῆν; ψυχῆς. †) γρ. ἀρετήν γε.

time ex reliquis quodque faceret. Sane, inquit, cognosco et videtur mihi hoc cuiusque rei opus esse. Iam, inquam, nonne etiam virtus videtur tibi esse cuique cui etiam opus aliquod iniunctum est? redeamus ad eadem illa. oculorum, dicimus, est opus? Est vero. Num etiam virtus oculorum est? Etiam virtus. Quid? aurium est aliquod opus? Vero. Nonne etiam virtus? Etiam virtus. Et omnium reliquorum nonne eadem est ratio? Eadem vero. Age iam: num umquam oculi opus suum bene facient non habentes suam propriam virtutem, sed pro virtute pravitatem? At quî potest esse? inquit; caecitatem enim sine dubio dicis pro visu. Quae, inquam, eorum virtus est; nondum enim hoc interrogo, sed an propria virtute suum opus bene factura sint quae faciant, pravitate vero male. Verum, inquit, hoc quidem dicis. Nonne etiam aures privatae sua virtute male suum opus facient? Sane quidem. Reponimus igitur reliqua quoque omnia in eadem causa? Mihi quidem videtur. Age dum, deinceps hoc specta: animi est opus aliquod quod alia nulla rerum possis facere? velut hoc: curare, imperare, deliberare et quae sunt omnia generis eiusdem, cuinam alii nisi animo iure haec attribuemus eiusque propria dicemus esse? Nulli alii. Quid vero vivere? nonne animi dicemus opus esse? Maxime vero, inquit. Nonne etiam virtutem dicimus aliquam animi esse? Dicimus. Num vero umquam, Thrasymache, animus sua opera bene faciet privatus propria virtute? an fieri nequit? Nequit vero. Necesse igitur est pravum animum prave imperare et curare, bonum vero omnia haec bene facere. Necesse est. Nonne virtutem concessimus animi esse iustitiam, pravitatem vero iniustitiam? Concessimus vero. Iustus igitur animus et iustus vir bene vivet, prave contra pravus. Videtur, inquit, ex tua oratione. Iam vero qui bene vivit beatus ac felix, qui non bene contra. Quidni? Iustus ergo beatus, iniustus autem miser. Sunto, inquit. Atqui miserum esse non

γάρ οὔ; Οὐδέποτ᾽ ἄρα, ὦ μακάριε Θρασύμαχε, λυσιτελέστερον ἀδικία δικαιοσύνης. Ταῦτα δή σοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, εἱστιάσθω ἐν τοῖς Βενδιδείοις. Ὑπὸ σοῦ γε, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὦ Θρασύμαχε, ἐπειδή γέ μοι *) πρᾶος ἐγένου καὶ χαλεπαίνων ἐπαύσω· οὐ μέντοι καλῶς γε εἱστίαμαι, * δι᾽ ἐμαυτόν, ἀλλ᾽ οὐ διὰ σέ· B ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες, πρὶν τοῦ προτέρου μετρίως ἀπολαῦσαι, καὶ ἐγώ μοι **) δοκῶ οὕτω, πρὶν ὃ τὸ πρῶτον ἐσκοποῦμεν εὑρεῖν, τὸ δίκαιον ὅ τί ποτ᾽ ἔστιν, ἀφέμενος ἐκείνου ὁρμῆσαι ἐπὶ τὸ σκέψασθαι περὶ αὐτοῦ εἴτε κακία ἐστὶ καὶ ἀμαθία εἴτε σοφία καὶ ἀρετή, καὶ ἐμπεσόντος αὖ ὕστερον λόγου ὅτι λυσιτελέστερον ἡ ἀδικία τῆς δικαιοσύνης, οὐκ ἀπεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ᾽ ἐκείνου· ὥστε μοι * νυνὶ γέγονεν ἐκ τοῦ διαλόγου C μηδὲν εἰδέναι· ὁπότε γὰρ τὸ δίκαιον μὴ οἶδα ὅ ἐστι, σχολῇ εἴσομαι εἴτε ἀρετή τις οὖσα τυγχάνει εἴτε καὶ οὔ, καὶ πότερον ὁ ἔχων αὐτὸ οὐκ εὐδαίμων ἐστὶν ἢ εὐδαίμων.

---

*) γρ. ἐπειδή μοι.
**) γρ. ἔγωμαι δοκῶ.

prodest, beatum vero. Quidni? Numquam ergo, o praestantissime Thrasymache, magis prodest iniustitia quam iustitia. His iam, inquit, Socrates, pascere in Bendidiis. Per te quidem, inquam, Thrasymache, quoniam mihi mansuetus exstitisti et iracundiam remisisti; neque tamen recte pascor, mea, non tua culpa; nam quemadmodum gulosi singula quae apponuntur fercula degustant rapientes, antequam prioribus satis fructi sunt, sic ego quoque mihi videor, antequam quod primum spectabamus invenerim quid tandem iustum esset, hoc misso aggressus esse ad hanc quaestionem pravitasne esset et inscientia an sapientia et virtus, et sermo quum post incidisset utiliorem ponens esse iniustitiam iustitia, non mihi temperavi quin huc procederem illinc; quocirca mihi nunc evenit hac oratione ut nihil sciam; quando enim iustum nescio quid sit, vix ac ne vix quidem sciam virtusne aliqua sit necne, et utrum qui eam habeat non sit beatus an beatus.

B.

Ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτα εἰπὼν ᾤμην λόγου *) ἀπηλλάχθαι· τὸ δ᾽ 357
ἦν ἄρα, ὡς ἔοικε, προοίμιον. ὁ γὰρ Γλαύκων ἀεί τε ἀνδρειό-
τατος ὢν τυγχάνει πρὸς ἅπαντα, καὶ δὴ καὶ τότε τοῦ Θρασυμά-
χου τὴν ἀπόῤῥησιν οὐκ ἀπεδέξατο, ἀλλ᾽ ἔφη Ὦ Σώκρατες, πό-
τερον ἡμᾶς βούλει δοκεῖν πεπεικέναι, ἢ ὡς ἀληθῶς * πεῖσαι B
ὅτι παντὶ τρόπῳ ἄμεινόν ἐστι δίκαιον εἶναι ἢ ἄδικον; Ὡς ἀλη-
θῶς εἶπον, ἔγωγ᾽ ἂν ἑλοίμην, εἰ ἐπ᾽ ἐμοὶ εἴη. Οὐ τοίνυν, ἔφη,
ποιεῖς ὃ βούλει. λέγε γάρ μοι· ἆρά σοι δοκεῖ τοιόνδε τι εἶναι
ἀγαθόν, ὃ δεξαίμεθ᾽ ἂν ἔχειν οὐ τῶν ἀποβαινόντων ἐφιέμενοι,
ἀλλ᾽ αὐτὸ αὑτοῦ ἕνεκα ἀσπαζόμενοι, οἷον τὸ χαίρειν καὶ αἱ ἡ-
δοναὶ ὅσαι ἀβλαβεῖς, κἂν μηδὲν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον διὰ ταύ-
τας γίγνηται ἄλλο ἢ χαίρειν ἔχοντα; Ἔμοιγε, ἦν δ᾽ ἐγώ, δο-
κεῖ τι εἶναι τοιοῦτον. Τί δέ; ὃ αὐτό τε αὑτοῦ χάριν ἀγαπῶ- C
μεν καὶ τῶν ἀπ᾽ αὐτοῦ γιγνομένων, οἷον αὖ τὸ φρονεῖν καὶ τὸ
ὁρᾶν καὶ τὸ ὑγιαίνειν; τὰ γάρ τοιαῦτά που δι᾽ ἀμφότερα ἀ-
σπαζόμεθα. Ναί, εἶπον. Τρίτον δὲ ὁρᾷς τι, ἔφη, εἶδος ἀγα-
θοῦ, ἐν ᾧ τὸ γυμνάζεσθαι καὶ τὸ κάμνοντα ἰατρεύεσθαι καὶ
ἰάτρευσίς τε καὶ ὁ ἄλλος χρηματισμός; ταῦτα γὰρ ἐπίπονα φαῖ-
μεν ἄν, ὠφελεῖν δὲ ἡμᾶς, καὶ αὐτὰ μὲν ἑαυτῶν * ἕνεκα οὐκ D
ἂν δεξαίμεθα ἔχειν, τῶν δὲ μισθῶν τε χάριν καὶ τῶν ἄλλων ὅσα
γίγνεται ἀπ᾽ αὐτῶν. Ἔστι γὰρ οὖν, ἔφην, καὶ τοῦτο τρίτον.
ἀλλὰ τί δή; Ἐν ποίῳ, ἔφη, τούτων τὴν δικαιοσύνην τίθης;
Ἐγὼ μὲν οἶμαι, ἦν δ᾽ ἐγώ, * ἐν τῷ καλλίστῳ, ὃ καὶ δι᾽ αὐ- 358

*) ἴσ. τοῦ λόγου.

II.

Ego quum haec dixiſſem, putabam disputando me liberatum eſſe; erat autem hoc, ut patebat, exordium. Glauco enim, qui fortiſſimum ſemper ſeſe praebet in omnibus, etiam tum Thraſymachi recuſationem non probavit, ſed O Socrates, inquit, utrum nobis te vis videri perſuaſiſſe an vere perſuadere omni modo praeſtare iuſtum eſſe quam iniuſtum? Vere, inquam, me perſuadere equidem mallem, ſi in me ſitum eſſet. Non igitur, inquit, facis quod vis. dic enim mihi: num tibi videtur tale quid eſſe bonum, quod cupiamus habere non ea quae ex eo redundent appetentes, ſed ipſum propter ſe amplectentes, velut gaudere et voluptates quotquot innocentes, etiamſi nihil in poſterum ex his naſcatur aliud niſi hoc ut gaudeat qui eas percipiat? Mihi vero, inquam, videtur tale quid eſſe. Quid vero? quod et ipſum propter ſe expetimus et propter ea quae ex eo naſcuntur, velut ſapere, videre et valere? haec enim, ut opinor, utramque ob cauſam amplectimur. Vero, inquam. Tertiam vero vides quandam, inquit, ſpeciem boni, in qua ſunt exerceri, ſanandum ſe curare, ſanatio ceteraeque pecuniae acquirendae rationes; haec enim laborioſa dixerimus, prodeſſe autem nobis, et ipſa propter ſe noluerimus habere, mercedum vero cauſa reliquorumque quae ex eis redundant. Eſt vero, inquam, etiam haec tertia ſpecies. at quid tum? In quanam, inquit, harum iuſtitiam reponis? Ego arbitror, inquam, in pul-

τὸ καὶ διὰ τὰ γιγνόμενα ἀπ' αὐτοῦ ἀγαπητέον τῷ μέλλοντι μακαρίῳ ἔσεσθαι. Οὐ τοίνυν δοκεῖ, ἔφη, τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ τοῦ ἐπιπόνου εἴδους, ὃ μισθῶν ἕνεκα καὶ εὐδοκιμήσεων διὰ δόξαν ἐπιτηδευτέον, αὐτὸ δὲ δι' αὐτὸ φευκτέον ὡς ὂν χαλεπόν. Οἶδα, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι δοκεῖ οὕτω, καὶ πάλαι ὑπὸ Θρασυμάχου ὡς τοιοῦτον ὂν ψέγεται, ἀδικία δ' ἐπαινεῖται· ἀλλ' ἐγώ τις, ὡς ἔοικε, δυςμαθής. Ἴθι * δή, ἔφη, ἄκουσον καὶ ἐμοῦ, ἐάν σοι B ταὐτὰ δοκῇ. Θρασύμαχος γαρ μοι φαίνεται πρωϊαίτερον τοῦ δέοντος ὑπὸ σοῦ ὥςπερ ὄφις κηληθῆναι, ἐμοὶ δ' οὔπω κατὰ νοῦν ἡ ἀπόδειξις γέγονε περὶ ἑκατέρου· ἐπιθυμῶ γὰρ ἀκοῦσαι τί τ' ἔστιν ἑκάτερον καὶ τίνα ἔχει δύναμιν αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐνὸν ἐν τῇ ψυχῇ, τοὺς δὲ μισθοὺς καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπ' αὐτῶν ἐᾶσαι χαίρειν. οὑτωσὶ οὖν ποιήσω, ἐὰν καὶ σοὶ δοκῇ· ἐπαναφεώσομαι τὸν Θρασυμάχου λόγον, καὶ * πρῶτον μὲν ἐρῶ δι- C καιοσύνην οἷον εἶναί φασι καὶ ὅθεν γεγονέναι, δεύτερον δὲ ὅτι πάντες αὐτὸ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἄκοντες ἐπιτηδεύουσιν ὡς ἀναγκαῖον, ἀλλ' οὐχ ὡς ἀγαθόν, τρίτον δὲ ὅτι εἰκότως αὐτὸ δρῶσι· πολὺ γὰρ ἀμείνων ἄρα ὁ τοῦ ἀδίκου ἢ ὁ τοῦ δικαίου βίος, ὡς λέγουσιν· ἐπεὶ ἔμοιγε, ὦ Σώκρατες, οὔτι δοκεῖ οὕτως· ἀπορῶ μέντοι διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα, ἀκούων Θρασυμάχου καὶ μυρίων ἄλλων. τὸν δὲ ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης λόγον, * ὡς ἄμει- D νον ἀδικίας, οὐδενός πω ἀκήκοα ὡς βούλομαι· βούλομαι δὲ αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐγκωμιαζόμενον ἀκοῦσαι· μάλιστα δ' οἶμαι ἂν σοῦ πυθέσθαι. διὸ κατατείνας ἐρῶ τὸν ἄδικον βίον ἐπαινῶν, εἰπὼν δὲ ἐνδείξομαί σοι ὃν τρόπον αὖ βούλομαι καὶ σοῦ ἀκούειν ἀδικίαν μὲν ψέγοντος, δικαιοσύνην δὲ ἐπαινοῦντος. ἀλλ' ὅρα εἴ σοι βουλομένῳ εἴη *) ἃ λέγω. Πάντων μάλιστα, ἦν δ' ἐγώ· περὶ γὰρ τίνος ἂν * μᾶλλον πολλάκις τις νοῦν ἔχων χαίροι λέγων καὶ ἀκούων; E Κάλλιστα, ἔφη, λέγεις· καὶ ὃ πρῶτον ἔφην ἐρεῖν, περὶ τούτου ἄκουε, τί τε ὂν τυγχάνει καὶ ὅθεν γέγονε δικαιοσύνη **).

---

*) ἴσ. ἐστίν.

**) ἄλλ. τί οἴονται καὶ ὅθεν γεγονέναι δικαιοσύνην.

cherrima, quae et propter se et propter utilitates ex ea redundantes expetenda sit homini qui beatus sit futurus. Neque tamen videtur, inquit, multitudini, sed laboriosae esse speciei, quam propter mercedes et honorem, iustitiae fama assequendum, coli oporteat, ipsam autem propter se vitari quippe molestam. Scio, inquam, videri ita, et iampridem a Thrasymacho quod talis sit vituperatur, iniustitia contra laudatur; at ego sum, ut videtur, perquam indocilis. Age dum, inquit, audi me quoque, num tibi idem videatur. Thrasymachus enim mihi videtur prius quam oportuit a te tamquam serpens se deliniri passus esse, nondum autem ex animi mei sententia demonstrata est utraque; cupio enim audire qualis sit utraque et qualem habeant vim ipsae per se in animo versantes, mercedes vero et quae ex eis redundent missa fieri. ita igitur facturus sum, si tibi quoque videtur: redintegrabo Thrasymachi orationem, ac primum quidem exponam qualem dicant iustitiam esse et unde nasci, deinde omnes qui eam colant invitos colere ut necessariam, non ut bonam, tum convenienter illos hoc facere; multo enim melior est iniusti quam iusti vita, ut dicunt; nam mihi quidem, Socrates, neutiquam videtur ita; haesito tamen obtusis auribus, audiens Thrasymachum et innumerabiles alios. quod vero dicitur, iustitiam meliorem esse iniustitiá, hoc nondum a quoquam ita expositum audivi, ut volo, volo autem ita audiam ut ipsa per se celebretur. maxime vero me puto ex te hoc auditurum esse. quocirca contente dicam iniustam vitam laudans, dicens vero monstrabo tibi quomodo vicissim velim te quoque audire iniustitiam vituperantem, iustitiam vero laudantem. at vide si tibi commodum sit quod dico. Omnium maxime, inquam; de quanam enim re prudens quis maiore cum voluptate saepius dicat et audiat? Praeclare, inquit, narras; et quod priore loco dixi me expositurum esse, de hoc audi, qualis sit et unde nascatur iustitia.

Πεφυκέναι γὰρ δή φασι τὸ μὲν ἀδικεῖν ἀγαθόν, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι κακόν, πλέονι δὲ κακῷ ὑπερβάλλειν τὸ ἀδικεῖσθαι ἢ ἀγαθῷ τὸ ἀδικεῖν· ὥστ' ἐπειδὰν ἀλλήλους ἀδικῶσί τε καὶ ἀδικῶνται καὶ ἀμφοτέρων γεύωνται, τοῖς μὴ δυναμένοις τὸ μὲν ἐκφεύγειν, * τὸ δὲ αἱρεῖν δοκεῖ *) λυσιτελεῖν ξυνθέσθαι ἀλλήλοις 359
μήτ' ἀδικεῖν μήτ' ἀδικεῖσθαι. καὶ ἐντεῦθεν δὴ ἄρξασθαι νόμους τίθεσθαι καὶ ξυνθήκας αὐτῶν, καὶ ὀνομάσαι τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπίταγμα νόμιμόν τε καὶ δίκαιον. καὶ εἶναι δὴ ταύτην γένεσίν τε καὶ οὐσίαν δικαιοσύνης, μεταξὺ οὖσαν τοῦ μὲν ἀρίστου ὄντος, ἐὰν ἀδικῶν μὴ διδῷ δίκην, τοῦ δὲ κακίστου, ἐὰν ἀδικούμενος τιμωρεῖσθαι ἀδύνατος ᾖ. τὸ δὲ δίκαιον ἐν μέσῳ ὂν τούτων ἀμφοτέρων ἀγαπᾶσθαι * οὐχ ὡς ἀγαθόν, ἀλλ' ὡς B
ἀῤῥωστίᾳ τοῦ ἀδικεῖν τιμώμενον· ἐπεὶ τὸν δυνάμενον αὐτὸ ποιεῖν καὶ ὡς ἀληθῶς ἄνδρα οὐδ' ἂν ἑνί ποτε ξυνθέσθαι τὸ μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀδικεῖσθαι· μαίνεσθαι γὰρ ἄν. ἡ μὲν οὖν δὴ φύσις δικαιοσύνης, ὦ Σώκρατες, αὕτη τε καὶ τοιαύτη, καὶ ἐξ ὧν πέφυκε, τοιαῦτα, ὡς ὁ λόγος.

Ὡς δὲ καὶ οἱ ἐπιτηδεύοντες ἀδυναμίᾳ τοῦ ἀδικεῖν ἄκοντες αὐτὸ ἐπιτηδεύουσι, μάλιστ' ἂν αἰσθοίμεθα, εἰ τοιόνδε ποιήσαιμεν τῇ διανοίᾳ, * δόντες ἐξουσίαν ἑκατέρῳ ποιεῖν ὅ τι ἂν C
βούληται, τῷ τε δικαίῳ καὶ τῷ ἀδίκῳ, εἶτ' ἐπακολουθήσαιμεν θεώμενοι ποῖ ἡ ἐπιθυμία ἑκάτερον ἄξει. ἐπ' αὐτοφώρῳ οὖν λάβοιμεν ἂν τὸν δίκαιον τῷ ἀδίκῳ εἰς ταὐτὸν ἰόντα διὰ τὴν πλεονεξίαν, ὃ πᾶσα φύσις διώκειν πέφυκεν ὡς ἀγαθόν, νόμῳ δὲ καὶ βίᾳ παράγεται ἐπὶ τὴν τοῦ ἴσου τιμήν. εἴη δ' ἂν ἡ ἐξουσία ἣν λέγω τοιάδε μάλιστα, εἰ αὐτοῖς γένοιτο οἵαν ποτέ φασι δύναμιν τῷ Γύγου * τοῦ Λυδοῦ προγόνῳ **) γενέσθαι. εἶναι D
μὲν γὰρ αὐτὸν ποιμένα θητεύοντα παρὰ τῷ τότε Λυδίας ἄρχοντι· ὄμβρου δὲ πολλοῦ γενομένου καὶ σεισμοῦ ῥαγῆναί τι τῆς γῆς καὶ γενέσθαι χάσμα κατὰ τὸν τόπον ᾗ ἔνεμεν. ἰδόντα δὲ καὶ θαυμάσαντα καταβῆναι, καὶ ἰδεῖν ἄλλα τε δὴ ἃ μυθολογοῦσι θαυμαστὰ καὶ ἵππον χαλκοῦν κοῖλον, θυρίδας ἔχοντα

*) le. δοκεῖν.

**) le. δύναμιν Γύγου τοῦ Λυδοῦ γενέσθαι.

Etenim naturâ dicunt iniuriam facere bonum esse, iniuriam accipere malum, plus autem mali inesse in accipienda iniuria quam boni in facienda; quocirca, quum inter se homines iniuriam et faciant et accipiant et utrumque experiantur, eis qui nequeant hoc effugere, illud vero assequi, utile videri inter se constituere ut neque faciant neque accipiant iniuriam. atque inde incipere leges sibi statuere et pactiones inter se facere, et appellare legis praescriptum legitimum atque iustum. et hanc esse originem ac naturam iustitiae, mediam illam quidem inter optimum, si iniuste faciens nullas det poenas, et pessimum, si iniuriam passus ulcisci nequeas. iustum autem, interiectum inter haec utraque medium, expeti non ut bonum, sed ut honoratum, si iniuriam facere nequeas; nam qui facere possit et vere sit vir, eum cum nemine umquam pactionem esse facturum ut iniuriam neque faciat neque accipiat; insanum enim fore. natura igitur iustitiae, Socrate, haec et talis et id ex quo nascitur hoc est, ut dicunt.

Etiam eos qui eam colant invitos eam colere quia nequeant iniuste facere, maxime perspiciamus, si hoc fingamus cogitatione, ut, facultatem utrique dantes faciendi quicquid velit, iusto et iniusto, sequamur spectantes quo cupiditas quemque ductura sit. manifesto igitur deprehendemus iustum, aeque atque iniustum, propter opum appetitionem in eo sectando, quod omnis natura persequi solet ut bonum, lege autem ac vi deflectitur ad aequalitatem colendam. sit autem facultas quam dico talis maxime, qualem aliquando dicunt Gygis Lydorum regis potentiam obtigisse. fuisse enim hunc pastorem mercenarium Lydiae qui tum fuerit regis; magnis vero imbribus motibusque exortis fractam esse aliquam terrae partem et hiatum exstitisse eo quo ille paverit loco. quem quum conspexisset et admiratus esset descendisse et quum alia quae fabulantur admirabilia vidisse tum etiam equum aeneum cavum, fores habentem, per quas introspicien-

καθ᾽ ἃς ἐγκύψαντα ἰδεῖν ἐνόντα νεκρόν, ὡς φαίνεσθαι, μείζω
ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον. τοῦτον δὲ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἔχειν *), * περὶ δὲ E
τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν, ὃν περιελόμενον ἐκβῆναι.
ξυλλόγου δὲ γενομένου τοῖς ποιμέσιν εἰωθότος, ἵν᾽ ἐξαγγέλλοιεν
κατὰ μῆνα τῷ βασιλεῖ τὰ περὶ τὰ ποίμνια, ἀφικέσθαι καὶ ἐκεῖ-
νον ἔχοντα τὸν δακτύλιον. καθήμενον οὖν μετὰ τῶν ἄλλων τυ-
χεῖν τὴν σφενδόνην τοῦ δακτυλίου περιαγαγόντα πρὸς ἑαυτὸν
εἰς τὸ εἴσω τῆς χειρός· τούτου δὲ γενομένου ἀφανῆ αὐτὸν γε-
νέσθαι * τοῖς παρακαθημένοις, καὶ διαλέγεσθαι ὡς περὶ οἰχο- 360
μένου. καὶ τὸν θαυμάζειν τε καὶ πάλιν ἐπιψηλαφῶντα τὸν δα-
κτύλιον στρέψαι ἔξω τὴν σφενδόνην, καὶ στρέψαντα φανερὸν
γενέσθαι. καὶ τοῦτο ἐννοήσαντα ἀποπειρᾶσθαι τοῦ δακτυλίου
εἰ ταύτην ἔχει **) τὴν δύναμιν, καὶ αὐτῷ ἀεὶ οὕτω ξυμβαίνειν,
στρέφοντι μὲν εἴσω τὴν σφενδόνην ἀδήλῳ γίγνεσθαι, ἔξω δὲ δή-
λῳ. αἰσθόμενον δὲ εὐθὺς διαπράξασθαι τῶν ἀγγέλων γενέσθαι
τῶν παρὰ τὸν βασιλέα· * ἐλθόντα δὲ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ B
μοιχεύσαντα, μετ᾽ ἐκείνης ἐπιθέμενον τῷ βασιλεῖ, ἀποκτεῖναι
καὶ τὴν ἀρχὴν κατασχεῖν.

Εἰ οὖν δύο τοιούτω δακτυλίω γενοίσθην, καὶ τὸν μὲν ὁ
δίκαιος περιθεῖτο, τὸν δὲ ὁ ἄδικος, οὐδεὶς ἂν γένοιτο, ὡς δό-
ξειεν ***), οὕτως ἀδαμάντινος, ὃς ἂν μείνειεν ἐν τῇ δικαιοσύνῃ
καὶ τολμήσειεν ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων καὶ μὴ ἅπτεσθαι, ἐξὸν
αὐτῷ καὶ ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀδεῶς ὅ τι βούλοιτο λαμβάνειν, καὶ
εἰσιόντι εἰς * τὰς οἰκίας ξυγγίγνεσθαι ὅτῳ βούλοιτο καὶ ἀπο- C
κτιννύναι καὶ ἐκ δεσμῶν λύειν οὕστινας βούλοιτο, καὶ τἆλλα
πράττειν, ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἰσόθεον ὄντα. οὕτω δὲ δρῶν οὐ-
δὲν ἂν διάφορον τοῦ ἑτέρου ποιοῖ, ἀλλ᾽ ἐπὶ ταὐτὸν ἴοιεν ἀμ-
φότεροι. καίτοι μέγα τοῦτο τεκμήριον ἂν φαίη τις ὅτι οὐδεὶς
ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ᾽ ἀναγκαζόμενος ὡς οὐκ ἀγαθοῦ ἰδίᾳ ὄντος·
ἐπεί, ὅπου γ᾽ ἂν οἴηται ἕκαστος οἷός τ᾽ ἔσεσθαι ἀδικεῖν, ἀδι-
κεῖ· λυσιτελεῖν γὰρ δὴ οἴεται * πᾶς ἀνὴρ πολὺ μᾶλλον ἰδίᾳ D
τὴν ἀδικίαν τῆς δικαιοσύνης, ἀληθῆ οἰόμενος, ὥς φησιν ὁ πε-
ρὶ τοῦ τοιούτου λόγου λέγων· ἐπεί, εἴ τις τοιαύτης ἐξουσίας
ἐπιλαβόμενος μηδέποτε †) ἐθέλοι ἀδικῆσαι μηδὲ ἅψαιτο τῶν

*) γρ. μὲν ἔχειν οὐδέν. **) ἄλλ. ἔχοι.
***) ἴσ. δόξειεν ἄν. †) γρ. μηδέν ποτε.

tem animadvertiſſe mortuum, qui maior videretur quam pro humana forma. hunc vero nihil aliud habuiſſe niſi aureum annulum in digito, quem quum detraxiſſet evaſiſſe. atque concilium a paſtoribus quum haberetur ſolitum ut renunciarent menſe quoque ad regem de re pecuaria, veniſſe etiam illum annulo indutum. iam ſedentem inter reliquos forte fortuna palam annuli convertiſſe ad ſe introrſum ad palmam; quo facto aſſidentes eum non conſpexiſſe et loquutos eſſe tamquam de profecto. hunc vero miratum eſſe iterumque prehenſo annulo extra ſe vertiſſe palam, qua converſa conſpicuum eum exſtitiſſe. hoc autem quum animadvertiſſet, periculum annuli feciſſe, ſi hanc haberet vim, eique ſemper ita contigiſſe ut, quum introrſum vertiſſet palam, a nullo videretur, quum vero extra ſe, videretur. quo quidem cognito ſtatim id egiſſe ut in nunciis eſſet ad regem mittendis. quo quum veniſſet, eius uxori ſtuprum intuliſſe, ea adiutrice regem adortum eſſe et interemiſſe regnumque occupaſſe.

Iam ſi duo huiusmodi annuli eſſent, et unum iuſtus indueret, alterum iniuſtus, nemo foret, ut videretur, tam firmus, qui ſtaret in iuſtitia ſibique temperaret quin ſe abstineret ab alienis nec ea tangeret, facultate ei data et e foro ſine ullo metu quod vellet arripiendi et domos ingreſſo conſueſcendi cum quocumque vellet et interficiendi et vinculis ſolvendi quoscumque vellet et reliquorum faciendorum, in hominibus inſtar dei verſanti. ita autem faciens nihil diverſi ab altero ageret, ſed eodem tenderent utrique. iam vero magno hoc eſſe argumento dixerit quispiam, neminem ſua ſponte iuſtum eſſe, ſed coactum, quia iuſtum non ſit privatim bonum; nam ubicumque quis ſe arbitratur iniuſte poſſe facere, iniuſte facit; prodeſſe enim cenſet quisque multo magis privatim iniuſtitiam iuſtitia, vere cenſens, ut ait qui de hac re disputat; etenim ſi quis hanc adeptus facultatem nullam umquam vellet iniuriam facere nec tangeret

ἀλλοτρίων, ἀθλιώτατος μὲν ἂν δόξειεν εἶναι τοῖς αἰσθανομένοις καὶ ἀνοητότατος, ἐπαινοῖεν δ' ἂν αὐτὸν ἀλλήλων ἐναντίον ἐξαπατῶντες ἀλλήλους διὰ τὸν τοῦ ἀδικεῖσθαι φόβον. ταῦτα μὲν οὖν δὴ οὕτως.

Τὴν δὲ κρίσιν αὐτοῖν τοῦ βίου περὶ ὧν * λέγομεν *), ἐὰν E διαστησώμεθα τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώτατον, οἷοί τ' ἐσόμεθα κρῖναι ὀρθῶς, εἰ δὲ μή, οὔ. τίς οὖν δὴ ἡ διάστασις; ἥδε· μηδὲν ἀφαιρῶμεν μήτε τοῦ ἀδίκου ἀπὸ τῆς ἀδικίας, μήτε τοῦ δικαίου ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης, ἀλλὰ τέλεον ἑκάτερον εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα τιθῶμεν. πρῶτον μὲν οὖν ὁ ἄδικος ὥσπερ οἱ δεινοὶ δημιουργοὶ ποιείτω· οἷον κυβερνήτης ἄκρος ἢ ἰατρὸς τά τε ἀδύνατα ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὰ δυνατὰ διαισθάνεται, καὶ * τοῖς μὲν ἐπιχειρεῖ, τὰ δὲ ἐᾷ, ἔτι δέ, ἐὰν ἄρα πῃ 561 σφαλῇ, ἱκανὸς ἐπανορθοῦσθαι, οὕτω καὶ ὁ ἄδικος ἐπιχειρῶν ὀρθῶς τοῖς ἀδικήμασι λανθανέτω, εἰ μέλλει σφόδρα ἄδικος εἶναι, τὸν ἁλισκόμενον δὲ φαῦλον ἡγητέον· ἐσχάτη γὰρ ἀδικία, δοκεῖν δίκαιον εἶναι μὴ ὄντα. δοτέον οὖν τῷ τελέως ἀδίκῳ τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν, καὶ οὐκ ἀφαιρετέον, ἀλλ' ἐατέον τὰ μέγιστα ἀδικοῦντα τὴν μεγίστην δόξαν αὐτῷ παρεσκευακέναι εἰς δικαιοσύνην, * καὶ ἐὰν ἄρα σφάλληται **) τι, ἐπανορθοῦσθαι B δυνατῷ εἶναι, λέγειν τε ἱκανῷ ὄντι πρὸς τὸ πείθειν, ἐάν τι μηνύηται τῶν ἀδικημάτων, καὶ βιάσασθαι ὅσα ἂν βίας δέηται, διά τε ἀνδρείαν καὶ ῥώμην καὶ διὰ παρασκευὴν φίλων καὶ οὐσίας, τοῦτον δὲ τοιοῦτον θέντες τὸν δίκαιον παρ' αὐτὸν ἱστῶμεν τῷ λόγῳ, ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον, κατ' Αἰσχύλον οὐ δοκεῖν, ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα. ἀφαιρετέον δὴ τὸ δοκεῖν· εἰ γὰρ δόξει δίκαιος εἶναι, * ἔσονται αὐτῷ τιμαὶ καὶ δωρεαὶ δοκοῦντι C τοιούτῳ εἶναι· ἄδηλον οὖν εἴτε τοῦ δικαίου εἴτε τῶν δωρεῶν τε καὶ τιμῶν ἕνεκα τοιοῦτος εἴη. γυμνωτέος δὴ πάντων πλὴν δικαιοσύνης, καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος τῷ προτέρῳ· μηδὲν γὰρ ἀδικῶν δόξαν ἐχέτω τῆς μεγίστης ***) ἀδικίας, ἵν' ᾖ βεβασανισμένος εἰς δικαιοσύνην τῷ μὴ τέγγεσθαι ὑπὸ κακοδοξίας καὶ τῶν ἀπ' †) αὐτῆς γιγνομένων, ἀλλ' ἔστω ††) ἀμε-

*) ἄλλ. αὐτὴν τοῦ βίου πέρι ὧν λέγομεν. ἴσ. αὐτοῖν τοῦ βίου πέρι, ἐὰν κτλ. **) γρ. σφαλῇ καί. ***) γρ. τὴν μεγίστην. †) γρ. ὑπ'. ††) γρ. ἤτω.

aliena, miserrimus videretur esse eis qui id comperissent atque stolidissimus, laudarent autem eum palam, decipientes inter se propter iniuriarum metum. atque haec quidem se sic habent.

De iudicio autem ipso utriusque de quibus loquimur vitae, si iustissimum et iniustissimum inter se opponimus, poterimus iudicare recte, sin minus, non poterimus. quaenam vero erit illa oppositio? haec: nihil detrahamus neque iniusti de iniustitia neque iusti de iustitia, sed perfectam utramque in suo ipsam studio ponamus. primum igitur iniustus ut eximii artifices agito; quemadmodum gubernator summus vel medicus quae fieri possunt in arte et quae non possunt discernit, et illa suscipit, haec vero finit, et praeterea, si forte lapsus fuerit, valet ad errorem corrigendum, ita etiam iniustus suscipiens recte iniurias lateto, si insignite futurus est iniustus, deprehensus vero vilis existimandus; extrema enim iniustitia est si quis videtur iustus esse, qui non est. tribuenda est igitur perfecte iniusto perfectissima iniustitia, nec detrahendum aliquid, sed permittendum ut maximas faciens iniurias maximam sibi comparet famam iustitiae, et si qua labatur, emendare id possit, dicendoque valeat ad persuadendum, si quae indicata fuerit iniuria, et vim adhibere possit, si qua vi opus fuerit, fortitudine et robore et amicorum opumque comparatione. hunc vero talem ponentes iustum ei opponamus in oratione, virum simplicem atque ingenuum, qui, ut Aeschylus dicit, se non videri, sed esse bonum velit. detrahendum igitur hoc ut videatur; nam si videbitur iustus esse, erunt ei honores et munera hanc ipsam ob rem, quod videbitur talis esse; haud igitur liquet iusti causa an propter munera et honores talis sit. nudandus igitur omnibus, excepta iustitia, et fingendus contrarius prioris; nihil enim iniusti faciens famam habeto maximae iniustitiae, ut probata sit ipsius iustitia ex eo quod non molliatur fama mala eisque quae ex ea nascuntur, immo

τάστατος μέχρι θανάτου, δοκῶν μὲν εἶναι ἄδικος διὰ βίου, ὢν D
δὲ δίκαιος, ἵν' ἀμφότεροι εἰς τὸ ἔσχατον ἐληλυθότες, ὁ μὲν δι-
καιοσύνης, ὁ δὲ ἀδικίας, κρίνωνται ὁπότερος αὐτοῖν εὐδαιμο-
νέστερος.

Βαβαί, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, ὡς ἐῤῥωμένως ἑκά-
τερον, ὥςπερ ἀνδριάντα, εἰς τὴν κρίσιν ἐκκαθαίρεις τοῖν ἀν-
δροῖν! Ὡς μάλιστ', ἔφη, δύναμαι. ὄντοιν δὲ *) τοιούτοιν οὐ-
δὲν ἔτι, ὡς ἐγῷμαι, χαλεπὸν ἐπεξελθεῖν τῷ λόγῳ οἷος ἑκάτερον
βίος περιμένει **). λεκτέον * οὖν· καὶ δὴ κἂν ἀγροικοτέρως E
λέγηται, μὴ ἐμὲ οἴου λέγειν, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ τοὺς ἐπαι-
νοῦντας πρὸ δικαιοσύνης ἀδικίαν. ἐροῦσι δὲ τάδε, ὅτι οὕτω
διακείμενος ὁ δίκαιος μαστιγώσεται, στρεβλώσεται, δεδήσεται,
ἐκκαυθήσεται τώφθαλμώ ***), τελευτῶν * πάντα κακὰ παθὼν 362
ἀνασχινδυλευθήσεται καὶ γνώσεται ὅτι οὐκ εἶναι δίκαιον, ἀλλὰ
δοκεῖν δεῖ ἐθέλειν. τὸ δὲ τοῦ Αἰσχύλου πολὺ ἦν ἄρα ὀρθότερον
λέγειν κατὰ τοῦ ἀδίκου· τῷ ὄντι γὰρ φήσουσι τὸν ἄδικον, ἅτε
ἐπιτηδεύοντα πρᾶγμα ἀληθείας ἐχόμενον καὶ οὐ πρὸς δόξαν
ζῶντα, οὐ δοκεῖν ἄδικον, ἀλλ' εἶναι ἐθέλειν,

Βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενον,
Ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα. B

πρῶτον μὲν ἄρχειν ἐν τῇ πόλει δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι †), ἔπειτα
γαμεῖν ὁπόθεν ἂν βούληται, ἐκδιδόναι εἰς οὓς ἂν βούληται,
ξυμβάλλειν, κοινωνεῖν οἷς ἂν ἐθέλῃ, καὶ παρὰ ταῦτα πάντα
ὠφελεῖσθαι κερδαίνοντα τῷ μὴ δυςχεραίνειν τὸ ἀδικεῖν. εἰς ἀ-
γῶνας τοίνυν ἰόντα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ περιγίγνεσθαι καὶ
πλεονεκτεῖν τῶν ἐχθρῶν, πλεονεκτοῦντα δὲ πλουτεῖν καὶ τούς τε
φίλους εὖ ποιεῖν καὶ τοὺς ἐχθροὺς * βλάπτειν, καὶ θεοῖς θυ- C
σίας καὶ ἀναθήματα ἱκανῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς θύειν τε καὶ ἀ-
νατιθέναι, καὶ θεραπεύειν τοῦ δικαίου πολὺ ἄμεινον τοὺς θεοὺς
καὶ τῶν ἀνθρώπων οὓς ἂν βούληται· ὥςτε καὶ θεοφιλέστερον
αὐτὸν εἶναι μᾶλλον προςήκειν ἐκ τῶν εἰκότων ἢ τὸν δίκαιον.

---

*) γρ. δή.
**) γρ. ἐπιμένει.
***) ἴσ. ἐκκαυθήσεται καὶ ἐκκοπήσεται τώφθαλμώ.
†) ἴσ. εἶναι γίγνεσθαι.

esto immutabilis usque ad mortem, ad speciem quidem iniustus in omni vita, re vera autem iustus, ut utrique ad extremum progressi, ille quidem iustitiae, hic vero iniustitiae, iudicentur uter eorum beatior.

Papae, inquam, o care Glauco, quam fortiter utrumque, tamquam imaginem, ad iudicium expolis virorum! Quam maxime, inquit, possum. tales vero si sunt, nihil iam, ut arbitror, negoti est oratione persequi qualis utrumque vita maneat. dicendum igitur, et si forsitan rusticius dicatur, ne me cense dicere, Socrate, sed eos qui laudent prae iustitia iniustitiam. dicent vero hoc, iusto ita comparato eventurum esse ut verberibus castigetur, torqueatur, vinciatur, igne crucietur et oculi ei excutiantur, ad extremum omnia mala perpessus palo transfigatur et cognoscat non esse iustum, sed videri oportere hominem velle. Aeschyli igitur illud multo rectius dicetur de iniusto; revera enim ponent iniustum, quippe qui studium conferat ad rem veritate coniunctam nec ad speciem vivat, se non videri iniustum, sed esse velle:

Sulcum profundum mente et uberem tenentem,
Unde erudite cogitata pullulant.

ac primum quidem imperare in urbe quippe qui videatur iustus esse, deinde uxorem ducere undecumque voluerit et nuptum dare quibuscumque lubeat, pacisci et commercium habere cum quibus voluerit, et praeter haec omnia utilitatem capere lucrando, quia non gravetur iniuste facere. in certamina vero descendentem et privatim et publice superare lucroque praevertere hostes, lucro autem praevertentem divitem exsistere et amicis bene facere, inimicos vero laedere, et diis sacrificia et dona satis et magnifice facere atque offerre, et colere iusto multo melius deos et quoscumque velit homines: ut etiam deo multo cariorem eum esse quam iustum consentaneum sit. ita dicunt, Socrates, a diis et

οὕτω φασίν, ὦ Σώκρατες, παρὰ θεῶν καὶ παρ᾽ ἀνθρώπων τῷ ἀδίκῳ παρεσκευάσθαι τὸν βίον ἄμεινον ἢ τῷ δικαίῳ.

Ταῦτ᾽ εἰπόντος τοῦ Γλαύκωνος ἐγὼ μὲν * ἐν νῷ εἶχόν τι D
λέγειν πρὸς ταῦτα, ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἀδείμαντος, Οὔτι που *) οἴει, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἱκανῶς εἰρῆσθαι περὶ τοῦ λόγου; Ἀλλὰ τί μήν; εἶπον. Αὐτό, ἦ δ᾽ ὅς, οὐκ εἴρηται ὃ μάλιστα ἔδει ῥηθῆναι. Οὐκοῦν, ἦν δ᾽ ἐγώ, τὸ λεγόμενον, ἀδελφὸς **) ἀνδρὶ παρείη· ὥστε καὶ σύ, εἴ τι ὅδε ἐλλείπει, ἐπάμυνε. καίτοι ἐμέ γε ἱκανὰ καὶ τὰ ὑπὸ τούτου ῥηθέντα καταπαλαῖσαι καὶ ἀδύνατον ποιῆσαι βοηθεῖν δικαιοσύνῃ. * Καὶ ὅς, E
Οὐδέν, ἔφη, λέγεις, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ τάδε ἄκουε· δεῖ γὰρ διελθεῖν ἡμᾶς καὶ τοὺς ἐναντίους λόγους ὧν ὅδε εἶπεν, οἳ δικαιοσύνην μὲν ἐπαινοῦσιν, ἀδικίαν δὲ ψέγουσιν, ἵν᾽ ᾖ σαφέστερον ὅ μοι δοκεῖ βούλεσθαι Γλαύκων. λέγουσι δέ που καὶ παρακελεύονται πατέρες τε υἱέσι καὶ πάντες οἵ τινων κηδόμενοι, ὡς χρὴ δίκαιον * εἶναι, οὐκ αὐτὸ δικαιοσύνην ἐπαινοῦντες, ἀλλὰ τὰς ἀπ᾽ 363
αὐτῆς εὐδοκιμήσεις, ἵνα δοκοῦντι δικαίῳ εἶναι γίγνηται ἀπὸ τῆς δόξης ἀρχαί τε καὶ γάμοι καὶ ὅσαπερ Γλαύκων διῆλθεν ἄρτι ἀπὸ τοῦ εὐδοκιμεῖν ὄντα τῷ δικαίῳ. ἐπὶ πλέον δὲ οὗτοι τὰ τῶν δοξῶν λέγουσι· τὰς γὰρ παρὰ θεῶν εὐδοκιμήσεις ἐμβάλλοντες ἄφθονα ἔχουσι λέγειν ἀγαθὰ τοῖς ὁσίοις ἅ φασι θεοὺς διδόναι, ὥσπερ ὁ γενναῖος Ἡσίοδός τε καὶ Ὅμηρός φασιν, ὁ μὲν τὰς δρῦς * τοῖς δικαίοις τοὺς θεοὺς ποιεῖν B

Ἄκρας μέν τε φέρειν βαλάνους, μέσσας δὲ μελίσσας·
Εἰροπόκοι δ᾽ ὄϊες, φησί, μαλλοῖς καταβεβρίθασι·

καὶ ἄλλα δὴ πολλὰ ἀγαθὰ τούτων ἐχόμενα. παραπλήσια δὲ καὶ ὁ ἕτερος· ὥστε τευ γάρ φησιν

ἢ βασιλῆος ἀμύμονος ὅστε θεουδὴς
Εὐδικίας ἀνέχῃσι, φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
Πυροὺς καὶ κριθάς, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῷ, C
Τίκτῃ δ᾽ ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχῃ ἰχθῦς.

*) γρ. πω.
**) ἴσ. ἀδελφὸς ἄν.

ab hominibus iniusto melius comparatam esse vitam quam iusto.

Quae quum dixisset Glauco, equidem in animo habebam aliquid proferre ad haec, frater autem illius Adimantus An tu credis, inquit, Socrate, satis dictum esse de hoc genere? Quidni? inquam. Ipsum, inquit, hoc non est dictum, quod maxime oportuit proferri. Itaque, inquam, ut in proverbio est, frater viro adsit: et tu quoque, si quid hic praetermittit, adiuva. quamquam ad me quidem superandum satis iam ea sunt quae hic dixit, ut nequeam auxilium ferre iustitiae. Tum ille, Nihil, inquit, dicis, sed hoc praeterea audi: oportet enim persequi nos etiam contrarias orationes earum quas hic protulit, quae iustitiam laudant, iniustitiam vero vituperant, ut clarius fiat id quod mihi videtur velle Glauco. dicunt vero, ut constat, et adhortantur et patres filios et omnes quibus de aliquibus curae est, ut iusti sint, non ipsam iustitiam laudantes, sed existimationes ex ea proficiscentes: ut videlicet, si quis videatur iustus esse, obtingant ei ex hac existimatione imperia et connubia omniaque quae Glauco persequutus est modo e fama redundantia in eum qui iustus esse videretur. amplificant autem hi famam inde colligendam; aestimationem enim qua iustus a diis dignetur interponentes larga possunt proferre bona piis quae dicunt deos dare, quemadmodum generosus Hesiodus et Homerus dicunt, ille quidem quercus iustis deos facere

Partibus ut summis glandes, mediis ut apes sint,
Lanigerumque pecus denso sit vellere onustum.

et alia quidem multa bona cum his coniuncta. similia vero etiam alter: ut alicuius, dicit enim,

vel sancti regis similisque deo, qui
Iustitiam servat: producit caerula tellus
Hordea cum tritico, sunt poma gravantia ramos,
Sunt pecudes gravidae, mare plenum est piscibus
altum.

Μουσαῖος δὲ τούτων νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις· εἰς Ἅιδου γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες, καὶ ξυμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες, ἐστεφανωμένους ποιοῦσι * τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη D διάγειν μεθύοντας, ἡγησάμενοι κάλλιστον ἀρετῆς μισθὸν μέθην αἰώνιον. οἱ δ' ἔτι τούτων μακροτέρους ἀποτείνουσι μισθοὺς παρὰ θεῶν· παῖδας γὰρ παίδων φασὶ καὶ γένος κατόπισθεν λείπεσθαι τοῦ ὁσίου καὶ εὐόρκου. ταῦτα δὴ καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι δικαιοσύνην. τοὺς δὲ ἀνοσίους αὖ καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου καὶ κοσκίνῳ ὕδωρ ἀναγκάζουσι φέρειν· ἔτι τε ζῶντας * εἰς κακὰς δόξας ἄγοντες, ἅπερ E Γλαύκων περὶ τῶν δικαίων, δοξαζομένων δὲ ἀδίκων διῆλθε τιμωρήματα, ταῦτα περὶ τῶν ἀδίκων λέγουσιν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔχουσιν. ὁ μὲν οὖν ἔπαινος καὶ ὁ ψόγος οὗτος ἑκατέρων.

Πρὸς δὲ τούτοις σκέψαι, ὦ Σώκρατες, ἄλλο αὖ εἶδος λόγων περὶ δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας ἰδίᾳ τε λεγόμενον καὶ ὑπὸ ποιητῶν. * πάντες γὰρ ἐξ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσιν ὡς κα- 364 λὸν μὲν ἡ σωφροσύνη τε καὶ δικαιοσύνη, χαλεπὸν μέντοι καὶ ἐπίπονον, ἀκολασία δὲ καὶ ἀδικία ἡδὺ μὲν καὶ εὐπετὲς κτήσασθαι, δόξῃ δὲ μόνον καὶ νόμῳ αἰσχρόν *). λυσιτελέστερα δὲ τῶν δικαίων τὰ ἄδικα ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος λέγουσι, καὶ πονηροὺς πλουσίους καὶ ἄλλας δυνάμεις ἔχοντας εὐδαιμονίζειν καὶ τιμᾶν εὐχερῶς ἐθέλουσι δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ, τοὺς δὲ ἀτιμάζειν τε καὶ ὑπερορᾶν οἵ ἄν πῃ * ἀσθενεῖς τε καὶ πένητες ὦσιν, ὁμολο- B γοῦντες αὐτοὺς ἀμείνους εἶναι τῶν ἑτέρων. τούτων δὲ πάντων οἱ περὶ θεῶν τε λόγοι καὶ ἀρετῆς θαυμασιώτατοι λέγονται, ὡς ἄρα καὶ θεοὶ πολλοῖς μὲν ἀγαθοῖς δυστυχίας τε καὶ βίον κακὸν ἔνειμαν, τοῖς δὲ ἐναντίοις ἐναντίαν μοῖραν. ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις ἐπὶ πλουσίων θύρας ἰόντες πείθουσιν ὡς ἔστι παρὰ σφίσι δύναμις ἐκ θεῶν ποριζομένη θυσίαις τε καὶ ἐπῳδαῖς, εἴτε τι ἀδίκημά του * γέγονεν αὐτοῦ ἢ προγόνων, ἀκεῖσθαι μεθ' C ἡδονῶν τε καὶ ἑορτῶν, καὶ ἐάν **) τιν' ἐχθρὸν πημῆναι ἐθέλῃ,

---

*) ἄλλ. αἰσχρά.

**) ἄλλ. ἐάν τέ τιν'.

Musaeus autem his insigniora bona et filius eius a diis impertiri tradunt iustis; ad inferos enim oratione eos ducentes, discumbere facientes et convivium piorum apparantes fingunt eos coronatos in omne tempus iam vivere temulentos, existimantes pulcherrimam virtutis mercedem temulentiam sempiternam. alii vero his etiam longius producunt mercedes a diis; natos enim natorum dicunt et genus in posteritatem relinqui pii et iusiurandum conservantis viri. his igitur aliisque similibus laudibus celebrant iustitiam. impios vero et iniustos in coenum quoddam defodiunt apud inferos et cribro aquam cogunt ferre; praeterea vivos in malam famam inducentes, quas Glauco de iustis, pro iniustis vero habitis persequutus est poenas, has iniustis attribuunt, alias vero non habent. laudatio igitur et vituperatio haec est utriusque.

Praeter haec autem considera, Socrates, aliud genus orationis de iustitia et iniustitia et privatim frequentatum et a poëtis. omnes enim uno ore cantant, pulchram quidem esse temperantiam et iustitiam, sed molestam et laboriosam, intemperantiam vero et iniustitiam suavem quidem esse atque facilem acquisitu, opinione vero tantum et lege turpem. utiliora autem iustis iniusta maximam partem dicunt, et improbos divites aliasque potestates habentes beatos ducere et honorare gestiunt et publice et privatim, eos vero contemnere ac despicere qui imbecilli quodammodo ac pauperes sunt, licet eos concedant meliores esse alteris. horum autem omnium quae de diis habentur orationes maxime sunt admirabiles, deos videlicet ipsos multis quidem bonis calamitates vitamque malam intulisse, contrariis vero contrariam sortem. circulatores autem et vates divitum fores circumeuntes persuadent, sese habere facultatem a diis datam sacrificiis et carminibus, si quis quam iniuriam ipse fecerit vel maiores, eius expiandae inter oblectationes et festos dies; et si cui inimico nocere

μετὰ σμικρῶν δαπανῶν ὁμοίως δίκαιον ἀδίκῳ βλάψαι *), ἐπαγωγαῖς τισὶ καὶ καταδέσμοις τοὺς θεούς, ὥς φασι, πείθοντές σφισιν ὑπηρετεῖν. τούτοις δὲ πᾶσι τοῖς λόγοις μάρτυρας ποιητὰς ἐπάγονται, οἱ μὲν κακίας πέρι εὐπετείας διδόντες,

Ὡς τὴν μὲν κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· λείη μὲν ὁδός, μάλα δ' ἐγγύθι ναίει· D
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν

καί τινα ὁδὸν μακράν τε καὶ ἀνάντη· οἱ δὲ τῆς τῶν θεῶν ὑπ' ἀνθρώπων παραγωγῆς τὸν Ὅμηρον μαρτύρονται, ὅτι καὶ ἐκεῖνος εἶπε

στρεπτοὶ δέ τε **) καὶ θεοὶ αὐτοί,
Καὶ τοὺς μὲν θυσίαισι καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσιν ***)
Λοιβῇ τε κνίσσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι E
Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβήῃ καὶ ἁμάρτῃ.

βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων ****), ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, * εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ 365 τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει.

Ταῦτα πάντα, ἔφη, ὦ φίλε Σώκρατες, τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα λεγόμενα ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας, ὡς ἄνθρωποι καὶ θεοὶ περὶ αὐτὰ ἔχουσι τιμῆς, τί οἰόμεθα ἀκουούσας νέων ψυχὰς ποιεῖν, ὅσοι εὐφυεῖς καὶ ἱκανοὶ ἐπὶ πάντα τὰ λεγόμενα ὥσπερ ἐπιπτόμενοι ξυλλογίσασθαι ἐξ αὐτῶν, ποῖός * τις ἂν ὢν καὶ ποῖ †) B πορευθεὶς τὸν βίον ὡς ἄριστα διέλθοι; λέγοι γὰρ ἂν ἐκ τῶν εἰκότων πρὸς αὐτὸν κατὰ Πίνδαρον ἐκεῖνο τὸ Πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβὰς καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ; τὰ μὲν γὰρ λεγόμενα ††) δικαίῳ μὲν ὄντι μοι, ἐὰν καὶ μὴ δοκῶ, ὄφελός φασιν οὐδὲν εἶναι, πόνους δὲ καὶ ζημίας φανεράς, ἀδίκῳ δὲ δόξαν δικαιοσύνης παρεσκευασμένῳ θεσπέσιος βίος λέγεται. οὐκοῦν,

*) γρ. βλάψει. ἄλλ. βλάψειν. **) γρ. δέ γε.
) ἄλλ. ἀγαναῖσιν. *) ἴσ. ἐκγόνων. †) γρ. πῃ.
††) ἴσ. κατὰ μὲν γὰρ τὰ λεγόμενα.

velit, parvo ſumptu et iuſti et iniuſti laedendi, blandimentis quibusdam et vinculis diis, ut aiunt, perſuadentes ut ipſis ſerviant. harum autem omnium orationum teſtes poëtas proferunt, et ii quidem, qui facilem eſſe pravitatem docent, hoc:

Improbitas quidem acervatim capienda videtur
Haud aegre: mollis via, nec longinqua moratur;
At di virtuti ſudorem praepoſuerunt,

et viam quandam longam atque arduam; illi vero deos ab hominibus duci ac flecti Homeri teſtimonio probant, quippe qui dixerit

dii flectuntur et ipſi,
Atque homines ſacris votisque piantibus atque
Libando et nidore deorum numina placant,
Supplicibus precibus, quum quod ſcelus admiſerunt.

librorum autem turbam afferunt Muſaei et Orphei, Lunae et Muſarum filiorum, ut dicunt, ex quibus ſacra faciunt, perſuadentes non ſolum privatis, ſed etiam civitatibus, liberationes ac purgationes iniuriarum per ſacrificia ludicrasque oblectationes obtingere adhuc viventibus, obtingere vero etiam mortuis, quae quidem initia vocant, liberantia illa quidem nos a malis ibi exſpectandis, non ſacrificantes autem dira manere.

Haec omnia, inquit, care Socrates, talia et tanta quae dicuntur de virtute ac pravitate, quem homines et dii utrique tribuant honorem, iuvenum animi quum audiant, quid cenſemus eos facere, quicumque bona indole praediti ſint et ad omnes orationes quaſi advolantes colligere poſſint, quomodo quis comparatus et quam viam ingreſſus vitam quam optime traducat? dicet enim probabiliter cum ſemet ipſo Pindari illud: *utrum iuſtitiâ murum altiorem an obliquis fraudibus aſcendens meque ita circumvallans aetatem degam?* nam quae dicuntur mihi contingere ſi iuſtus ſim neque tamen videar, non commoda ponunt eſſe, ſed labores ac poenas manifeſtas, iniuſto autem ſpeciem iuſti prae ſe ferenti divina

* ἐπειδὴ τὸ δοκεῖν, ὡς δηλοῦσί μοι οἱ σοφοὶ, καὶ τὴν ἀλήθειαν *) βιᾶται καὶ κύριον εὐδαιμονίας, ἐπὶ τοῦτο δὴ τρεπτέον ὅλως· πρόθυρα μὲν καὶ σχῆμα κύκλῳ περὶ ἐμαυτὸν σκιαγραφίαν ἀρετῆς περιγραπτέον, τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν κερδαλέαν καὶ ποικίλην. Ἀλλὰ γάρ, φήσει τις, οὐ ῥάδιον ἀεὶ λανθάνειν κακὸν ὄντα. Οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν εὐπετές, φήσομεν, τῶν μεγάλων· ἀλλ' ὅμως, * εἰ μέλλομεν εὐδαιμονήσειν, ταύτῃ ἰτέον, ὡς τὰ ἴχνη τῶν λόγων φέρει. ἐπὶ γὰρ τὸ λανθάνειν ξυνωμοσίας τε καὶ ἑταιρείας ξυνάξομεν, εἰσί τε πειθοῦς διδάσκαλοι σοφίαν δημηγορικήν τε καὶ δικανικὴν διδόντες, ἐξ ὧν τὰ μὲν πείσομεν, τὰ δὲ βιασόμεθα, ὡς πλεονεκτοῦντες δίκην μὴ διδόναι. Ἀλλὰ δὴ θεοὺς οὔτε λανθάνειν οὔτε βιάσασθαι δυνατόν. Οὐκοῦν, εἰ μὲν μὴ εἰσὶν ἢ μηδὲν αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπίνων μέλει, καὶ ἡμῖν οὐ **) μελητέον * τοῦ λανθάνειν, εἰ δὲ εἰσί τε καὶ ἐπιμελοῦνται, οὐκ ἄλλοθέν τοι αὐτοὺς ἴσμεν ἢ ἀκηκόαμεν ἢ ἔκ τε τῶν λόγων καὶ τῶν γενεαλογησάντων ποιητῶν. οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι λέγουσιν ὡς εἰσὶν οἷοι θυσίαις τε καὶ εὐχωλαῖς ἀγανῇσι καὶ ἀναθήμασι παράγεσθαι ἀναπειθόμενοι· οἷς ἢ ἀμφότερα ἢ οὐδέτερα πειστέον. εἰ δ' οὖν πειστέον, ἀδικητέον καὶ θυτέον ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων. * δίκαιοι μὲν γὰρ ὄντες ἀζήμιοι ***) ὑπὸ θεῶν ἐσόμεθα, τὰ δ' ἐξ ἀδικίας κέρδη ἀπωσόμεθα, ἄδικοι δὲ κερδανοῦμέν τε καὶ λισσόμενοι ὑπερβαίνοντες καὶ ἁμαρτάνοντες πείθοντες αὐτοὺς ἀζήμιοι ἀπαλλάξομεν. Ἀλλὰ γὰρ ἐν Ἅιδου δίκην δώσομεν, ὧν ἂν ἐνθάδε ἀδικήσωμεν, ἢ αὐτοὶ ἢ παῖδες παίδων. Ἀλλ', ὦ φίλε, φήσει λογιζόμενος, αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δύνανται καὶ οἱ λύσιοι θεοί, ὡς αἱ μέγισται * πόλεις λέγουσι καὶ οἱ θεῶν παῖδες ποιηταὶ καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι, οἳ ταῦθ' οὕτως ἔχειν μηνύουσι.

C D E ϛ B

Κατὰ τίνα οὖν ἔτι λόγον δικαιοσύνην ἂν πρὸ μεγίστης ἀδικίας αἱροίμεθ' ἄν; ἣν ἐὰν μετ' εὐσχημοσύνης κιβδήλου κτη-

*) ἄλλ. τὰν ἀλάθειαν.
**) ἄλλ. οὐδ' ἡμῖν μελ.
***) ἄλλ. ἀζήμιοι μόνον. ἴσ. ἀζήμιοι μέν.

dicitur vita obtingere. itaque, quum species, ut declarant mihi sapientes, etiam veritati vim afferat ac felicitatis sit efficiens, ad hanc omnino contendendum: vestibulum videlicet et habitus circum me, tamquam virtutis pictura verum simulans, describenda, sapientissimi vero Archilochi pellis vulpina trahenda a tergo versuta ac varia. At vero, dicet aliquis, non facile semper celare quae iniuste feceris. Neque etiam alia quae facilis, reponemus, rerum magnarum; verumtamen, si volumus beati exsistere, huc contendendum, ut vestigia orationum ducunt. nam ut lateamus, coniurationes et factiones contrahemus, exstantque persuadendi magistri sapientiam concionalem et iudicialem tradentes, unde partim persuadebimus partim vim adhibebimus, ut plus vindicantes poenas non demus. At vero deos neque latere neque cogere poteris. Verum si nulli sunt vel nullam habent humanarum rerum procurationem, nec nobis curandum est ut lateamus, sin autem sunt et procurationem habent, non aliunde tamen eos novimus vel de eis audivimus nisi e sermonibus stirpemque enumerantibus poëtis. hi autem ipsi dicunt eos posse sacrificiis et votis piantibus ac donariis deflecti persuasos; quibus aut utrumque aut neutrum credendum. sin autem credendum, iniuste faciendum et sacrificandum de eo quod iniuste cepimus. iusti enim si sumus, impuniti quidem a diis discedemus, iniustitiae vero lucra repudiabimus, iniusti contra lucrabimur et migrantes peccantesque precibus eos flectemus et impuniti discedemus. At vero apud inferos poenas dabimus eorum quae hic iniuste fecerimus, vel ipsi vel nati natorum. Verum, o care, dicet reputans, initia multum possunt et expiantes dii, ut maximae civitates dicunt et deorum filii poëtae et vates qui deorum exstiterunt, qui hoc se sic habere indicant.

Quanam igitur iam ex causa iustitiam pro maxima iniustitia eligamus? quam si cum decentia quadam ad-

σώμεθα, καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρὰ ἀνθρώποις πράξομεν κατὰ νοῦν ζῶντές τε καὶ τελευτήσαντες, ὡς ὁ τῶν πολλῶν τε καὶ ἄκρων λεγόμενος λόγος. ἐκ δὴ πάντων τῶν εἰρημένων τίς μηχανή, ὦ Σώκρατες, δικαιοσύνην * τιμᾶν ἐθέλειν, ᾧ τις δύναμις C
ὑπάρχει ψυχῆς *) ἢ χρημάτων ἢ σώματος ἢ γένους, ἀλλὰ μὴ γελᾶν ἐπαινουμένης ἀκούοντα; ὡς δή τοι **) εἴ τις ἔχει ***) ψευδῆ μὲν ἀποφῆναι ἃ εἰρήκαμεν, ἱκανῶς δ' ἔγνωκεν ὅτι ἄριστον δικαιοσύνη, πολλήν που ξυγγνώμην ἔχει καὶ οὐκ ὀργίζεται τοῖς ἀδίκοις, ἀλλ' οἶδεν ὅτι, πλὴν εἴ τις θείᾳ φύσει δυσχεραίνων τὸ ἀδικεῖν ἢ ἐπιστήμην λαβὼν ἀπέχεται αὐτοῦ, τῶν γε ἄλλων * οὐδεὶς ἑκὼν δίκαιος, ἀλλ' ὑπὸ ἀνανδρίας ἢ γήρως ἤ τινος ἄλ- D
λης ἀσθενείας ψέγει τὸ ἀδικεῖν, ἀδυνατῶν αὐτὸ δρᾶν. ὡς δέ, δῆλον †)· ὁ γὰρ πρῶτος τῶν τοιούτων εἰς δύναμιν ἐλθὼν πρῶτος ἀδικεῖ, καθ' ὅσον ἂν οἷός τ' ᾖ.

Καὶ τούτων ἁπάντων οὐδὲν ἄλλο αἴτιον ἢ ἐκεῖνο, ὅθενπερ ἅπας ὁ λόγος οὗτος ὥρμησε καὶ τῷδε καὶ ἐμοὶ πρὸς σέ, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν, ὅτι, ὦ θαυμάσιε, πάντων ὑμῶν, ὅσοι ἐπαινέται * φατὲ δικαιοσύνης εἶναι, ἀπὸ τῶν ἐξ ἀρχῆς ἡρώων ἀρ- E
ξάμενοι, ὅσων λόγοι λελειμμένοι μέχρι τῶν νῦν ἀνθρώπων, οὐδεὶς πώποτε ἔψεξεν ἀδικίαν οὐδ' ἐπῄνεσε δικαιοσύνην ἄλλως, ἢ δόξας τε καὶ τιμὰς καὶ δωρεὰς τὰς ἀπ' αὐτῶν γιγνομένας, αὐτὸ δ' ἑκάτερον τῇ αὑτοῦ δυνάμει ἐν τῇ τοῦ ἔχοντος ψυχῇ ἐνὸν καὶ λανθάνον θεούς τε καὶ ἀνθρώπους οὐδεὶς πώποτε οὔτ' ἐν ποιήσει οὔτ' ἐν ἰδίοις λόγοις ἐπεξῆλθεν ἱκανῶς τῷ λόγῳ, ὡς τὸ μὲν μέγιστον κακῶν ὅσα ἴσχει ψυχὴ ἐν αὑτῇ, δικαιοσύνη δὲ μέγιστον ἀγαθόν. εἰ * γὰρ οὕτως ἐλέγετο ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ 367
πάντων ὑμῶν καὶ ἐκ νέων ἡμᾶς ἐπείθετε, οὐκ ἂν ἀλλήλους ἐφυλάττομεν μὴ ἀδικεῖν, ἀλλ' αὐτὸς αὑτοῦ ἦν ἕκαστος ἄριστος φύλαξ, δεδιὼς μὴ ἀδικῶν τῷ μεγίστῳ κακῷ ξύνοικος ᾖ ††). Ταῦτα, ὦ Σώκρατες, ἴσως δὲ καὶ ἔτι τούτων πλείω, Θρασύμαχός τε καὶ ἄλλος πού τις ὑπὲρ δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας λέγοιεν ἄν, μεταστρέφοντες αὐτοῖν τὴν δύναμιν φορτικῶς, ὥς γέ

---

*) γρ. τύχης. **) ἴσ. δή τι. ***) ἴσ. εἴ τις καὶ ἔχει.
†) ἴσ. ὥς γε δῆλον. ἤ· ὧδε δῆλον. ††) γρ. ξυνοικοίη.

ulterina nobis adsumpserimus, et apud deos et apud homines agemus ex sententia tam vivi quam mortui, ut plurimorum et summorum declarat oratio? ex his vero omnibus quae diximus qui fieri potest, Socrate, ut iustitiam colere velit qui animo vel opibus vel corpore vel genere valeat, nec rideat si quem eam laudantem audiat? etenim, licet aliquis possit probare falsa esse quae diximus et satis perspectum habuerit optimam esse iustitiam, omnino veniam dat nec succenset iniustis, sed scit, nisi si quis divina natura aversans iniustitiam vel cognitionem adeptus ea sese abstineat, de ceteris neminem sua sponte iustum esse, sed propter ignaviam vel senectutem vel aliam quam imbecillitatem vituperare iniustitiam, haud valentem eam exercere; quod quidem hinc perspicuum est; primus enim illorum potestatem nactus primus iniuste facit, quantum potest.

Et horum quidem omnium nulla alia est causa nisi hoc, unde universa haec oratio et huic et mihi egressa est ad te, Socrate, habita, quod, o praestantissime, omnium vestri, quotquot laudatores vos dicitis iustitiae esse, nec principibus illis heroibus exceptis, quorum orationes manserunt usque ad nostram memoriam, nemo umquam vituperavit iniustitiam nec laudavit iustitiam aliter nisi ita ut et existimationes et honores et munera ab eis proficiscentia extollerent, ipsam vero utramque suapte vi in animo hominis eam tenentis insitam et deos hominesque latentem nemo unquam neque in poësi neque in orationibus privatis persequutus est satis, illam esse maximum malorum quae animus in se habeat, iustitiam vero summum bonum. nam si ita diceretur a principio ab omnibus vobis et a pueris nobis persuaderetis, non inter nos custodiremus ne iniuste faceremus, sed sui quisque esset optimus custos verens ne iniuste faciens cum maximo malo habitaret. Haec, Socrate, et forsitan etiam plura his Thrasymachus et alius quis de iustitia et iniustitia dixerint, invertentes earum vim importune,

μοι δοκεῖ. ἀλλ᾽ ἐγώ, (οὐδὲν γάρ σε δέομαι * ἀποκρύπτεσθαι) B σοῦ ἐπιθυμῶν ἀκοῦσαι τἀναντία, ὡς δύναμαι μάλιστα, κατατείνας λέγω. μὴ οὖν ἡμῖν μόνον ἐνδείξῃ τῷ λόγῳ ὅτι δικαιοσύνη ἀδικίας κρεῖττον, ἀλλὰ τί ποιοῦσα ἑκατέρα τὸν ἔχοντα αὐτὴ δι᾽ αὑτὴν ἡ μὲν κακόν, ἡ δὲ ἀγαθόν ἐστιν. τὰς δὲ δόξας ἀφαίρει, ὥςπερ Γλαύκων διεκελεύσατο. εἰ γὰρ μὴ ἀφαιρήσεις ἑκατέρωθεν τὰς ἀληθεῖς, τὰς δὲ ψευδεῖς προςθήσεις, οὐ τὸ δίκαιον φήσομεν ἐπαινεῖν σε, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, οὐδὲ τὸ ἄδικον * εἶ- C ναι ψέγειν, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν, καὶ παρακελεύεσθαι ἄδικον ὄντα λανθάνειν, καὶ ὁμολογεῖν Θρασυμάχῳ ὅτι τὸ μὲν δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθόν, ξυμφέρον τοῦ κρείττονος, τὸ δὲ ἄδικον αὑτῷ μὲν ξυμφέρον καὶ λυσιτελοῦν, τῷ δὲ ἥττονι ἀξύμφορον. ἐπειδὴ οὖν ὡμολόγησας τῶν μεγίστων ἀγαθῶν εἶναι δικαιοσύνην, ἃ τῶν τε ἀποβαινόντων ἀπ᾽ αὐτῶν ἕνεκα ἄξια κεκτῆσθαι, πολὺ δὲ μᾶλλον αὐτὰ αὑτῶν, οἷον ὁρᾶν, ἀκούειν, φρονεῖν, καὶ ὑγιαίνειν δὴ * καὶ ὅσα ἄλλα ἀγαθὰ γόνιμα τῇ αὑτῶν φύσει, ἀλλ᾽ οὐ δό- D ξῃ ἐστί, τοῦτ᾽ οὖν αὐτὸ ἐπαίνεσον δικαιοσύνης, ὃ αὐτὴ δι᾽ αὑτὴν τὸν ἔχοντα ὀνίνησι καὶ ἀδικίαν ὃ *) βλάπτει, μισθοὺς δὲ καὶ δόξας πάρες ἄλλοις ἐπαινεῖν· ὡς ἐγὼ τῶν μὲν ἄλλων ἀνασχοίμην ἂν οὕτως ἐπαινούντων δικαιοσύνην καὶ ψεγόντων ἀδικίαν, δόξας τε περὶ αὐτῶν καὶ μισθοὺς ἐγκωμιαζόντων καὶ λοιδορούντων, σοῦ δὲ οὐκ ἄν, εἰ μὴ σὺ κελεύεις **), διότι πάντα τὸν βίον * οὐδὲν ἄλλο σκοπῶν διελήλυθας ἢ τοῦτο. μὴ E οὖν ἡμῖν ἐνδείξῃ μόνον τῷ λόγῳ ὅτι δικαιοσύνη ἀδικίας κρεῖττον, ἀλλὰ τί ποιοῦσα ἑκατέρα τὸν ἔχοντα αὐτὴ δι᾽ αὑτήν, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ θεούς τε καὶ ἀνθρώπους, ἡ μὲν ἀγαθόν, ἡ δὲ κακόν ἐστιν.

Καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἀεὶ μὲν δὴ τὴν φύσιν τοῦ τε Γλαύκωνος καὶ τοῦ Ἀδειμάντου ἠγάμην, ἀτὰρ οὖν καὶ τότε πάνυ γε ἥσθην * καὶ εἶπον Οὐ κακῶς εἰς ὑμᾶς, ὦ παῖδες ἐκείνου τοῦ ἀν- 368 δρός, τὴν ἀρχὴν τῶν ἐλεγείων ἐποίησεν ὁ Γλαύκωνος ἐραστής, εὐδοκιμήσαντας περὶ τὴν Μεγαροῖ μάχην, εἰπὼν

Παῖδες Ἀρίστωνος, κλεινοῦ θεῖον γένος ἀνδρός.

τοῦτό μοι, ὦ φίλοι, εὖ δοκεῖ ἔχειν· πάνυ γὰρ θεῖον πεπόνθατε, εἰ μὴ πέπεισθε ἀδικίαν δικαιοσύνης ἄμεινον εἶναι, οὕτω

---

*) ἄλλ. ἀδικία βλάπτει. **) ἄλλ. κελεύοις.

ut quidem mihi videtur. at ego (nihil est enim quod te celem) a te cupiens audire contraria, quam possum contentissime dico. non solum igitur nobis proba oratione iustitiam iniustitia superiorem esse, sed quid faciens utraque ei qui eam habeat ipsa per se haec mala, illa bona sit. speciem autem tolle, ut Glauco iusserat. nam nisi sustuleris utrinque veram, falsam vero apposueris, non iustitiam dicemus te laudare, sed speciem iustitiae, neo iniustitiam te vituperare, sed eius speciem, et cohortari ut clam iniuste faciamus et assentiri Thrasymacho, iustum esse alienum bonum, commodum superioris, iniustum vero ipsi iniusto commodum et utile, inferiori autem incommodum. iam quum concesseris maximorum bonorum esse iustitiam, quae propter utilitates inde manantes digna essent quae possiderentur, multo vero magis suapte causa, velut videre, audire, sapere, valere et quaecumque alia bona nativa suapte natura, non specie sunt, hactenus lauda iustitiam, quod ipsa per se ei qui eam habet prodest, et iniustitiam, quod obest, mercedes autem et speciem relinque aliis laudandas; nam ego ceteros quidem sustinuerim ita laudantes iustitiam et vituperantes iniustitiam, speciem videlicet ac mercedes celebrantes et increpantes, te vero non, nisi tu iusseris, propterea quod totam vitam nihil aliud quaerens traduxisti nisi hoc. quocirca non solum nobis demonstra oratione iustitiam iniustitia superiorem esse, sed quid faciens utraque ei qui eam habeat ipsa per se, sive lateat sive non deos atque homines, haec bona, illa mala sit.

Atque ego his auditis, quum semper Glauconis et Adimanti ingenium admiratus, tum vero maxime oblectatus sum atque Non male, inquam, in vos, o filii illius viri, exordium elegorum fecit Glauconis amator, gloriam consequutos in proelio ad Megara, dicens

Filii Aristonis, praeclari diva propago.

hoc mihi, o cari, bene videtur habere; sane enim divine animati estis, si non persuasum habetis iniustitiam iustitia me-

δυνάμενοι εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτοῦ. δοκεῖτε δή *) μοι ὡς ἀληθῶς
οὐ πεπεῖσθαι· * τεκμαίρομαι δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου τοῦ ὑμετέρου B
τρόπου· ἐπεὶ κατά γε αὐτοὺς τοὺς λόγους ἠπίστουν ἂν ὑμῖν.
ὅσῳ δὲ μᾶλλον πιστεύω, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπορῶ ὅ τι χρήσο-
μαι **)· οὔτε γὰρ ὅπως βοηθῶ ἔχω (δοκῶ γάρ μοι ἀδύνατος
εἶναι· σημεῖον δέ μοι, ὅτι ἃ πρὸς Θρασύμαχον λέγων ᾤμην
ἀποφαίνειν ὡς ἄμεινον δικαιοσύνη ἀδικίας, οὐκ ἀπεδέξασθέ
μου), οὔτ' αὖ ὅπως μὴ βοηθήσω ἔχω· δέδοικα γὰρ μὴ οὐδ'
ὅσιον ᾖ παραγενόμενον δικαιοσύνῃ * κακηγορουμένῃ ἀπαγο- C
ρεύειν καὶ μὴ βοηθεῖν ἔτι ἐμπνέοντα καὶ δυνάμενον φθέγγεσθαι.
κράτιστον οὖν οὕτως ὅπως δύναμαι ἐπικουρεῖν αὐτῇ.

Ὅ τε οὖν Γλαύκων καὶ οἱ ἄλλοι ἐδέοντο παντὶ τρόπῳ
βοηθῆσαι καὶ μὴ ἀνεῖναι τὸν λόγον, ἀλλὰ διερευνήσασθαι τί
τ' ἔστιν ἑκάτερον καὶ περὶ τῆς ὠφελείας αὐτοῖν τἀληθὲς ποτέρως
ἔχει. εἶπον οὖν ὅπερ ἐμοὶ ἔδοξεν, ὅτι Τὸ ζήτημα ᾧ ἐπιχειροῦμεν
οὐ φαῦλον, ἀλλ' ὀξὺ βλέποντος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. * ἐπειδὴ D
οὖν ἡμεῖς οὐ δεινοί, δοκεῖ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τοιαύτην ποιήσα-
σθαι ζήτησιν αὐτοῦ, οἵανπερ ἂν εἰ προσέταξέ τις γράμματα
σμικρὰ πόῤῥωθεν ἀναγνῶναι μὴ πάνυ ὀξὺ βλέπουσιν, ἔπειτά
τις ἐνενόησεν ὅτι τὰ αὐτὰ γράμματα ἔστι που καὶ ἄλλοθι μείζω
τε καὶ ἐν μείζονι· ἕρμαιον ἂν ἐφάνη, οἶμαι, ἐκεῖνα πρῶτον
ἀναγνόντας οὕτως ἐπισκοπεῖν τὰ ἐλάττω, εἰ τὰ αὐτὰ ὄντα τυγ-
χάνει. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος· ἀλλὰ τί τοιοῦτον,
ὦ Σώκρατες, * ἐν τῇ περὶ τὸ δίκαιον ζητήσει καθορᾷς; Ἐγώ E
σοι, ἔφην, ἐρῶ. δικαιοσύνη, φαμέν, ἔστι μὲν ἀνδρὸς ἑνός,
ἔστι δέ που καὶ ὅλης πόλεως. Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν
μεῖζον πόλις ἑνὸς ἀνδρός; Μεῖζον, ἔφη. Ἴσως τοίνυν πλείων
ἂν δικαιοσύνη ἐν τῷ μείζονι ἐνείη καὶ ῥᾴων καταμαθεῖν. εἰ
οὖν βούλεσθε, πρῶτον ἐν * ταῖς πόλεσι ζητήσωμεν ποῖόν τι 369
ἐστιν, ἔπειτα οὕτως ἐπισκεψώμεθα ***) καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ, τὴν
τοῦ μείζονος ὁμοιότητα ἐν τῇ τοῦ ἐλάττονος ἰδέᾳ ἐπισκοποῦντες.
Ἀλλά μοι δοκεῖς, ἔφη, καλῶς λέγειν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ,
εἰ γιγνομένην πόλιν θεασαίμεθα λόγῳ, καὶ τὴν δικαιοσύνην

*) ἴσ. δέ. **) γρ. χρήσωμαι.
***) γρ. ἐπισκεψόμεθα.

liorem esse, ita quum possitis verba facere pro hac causa. videmini autem mihi revera non persuasi esse; quod quidem colligo ex reliquis vestris moribus; nam ad ipsas quidem orationes spectans diffiderem vobis. quo autem magis confido, eo magis haesito quid faciam; neque enim quomodo auxilier scio (videor enim mihi potestatem non habere; argumento autem est hoc, quod, quae ad Thrasymachum dicendo arbitrabar me probare meliorem esse iustitiam iniustitia, ea non accepistis), neque etiam quomodo auxilium recusem scio; vereor enim ne impium sit audientem iustitiae vituperationem recusare nec auxiliari adhuc vivum et ad loquendum valentem. optimum igitur ita ut possum opem ei ferre.

Atque Glauco ceterique orabant ut omni modo auxiliarer nec remitterem orationem, sed perscrutarer quid esset utrumque et quae vera esset utilitatis quam quaeque haberet ratio. dixi igitur quod mihi visum est, Quaestio ad quam aggredimur non vilis est, sed hominis acute cernentis, ut mihi videtur. iam quia nos non valemus, videtur mihi, inquam, huiusmodi instituere quaestionem hac de re, ac si quis iussisset nos litteras parvas procul legere non sane acute cernentes, animadvertisset autem quispiam easdem litteras esse etiam alibi maiores et in maiore quapiam re; exoptatum foret, arbitror, eas primum legere et deinde considerare minores, si eaedem essent. Sane quidem, inquit Adimantus; sed quidnam tale, Socrate, in quaestione de iusto habenda conspicis? Ego tibi, inquit, dicam. iustitia, dicimus, est et viri unius et universae urbis. Sane quidem, inquit. Nonne maior urbs uno viro? Maior vero, inquit. Fortasse igitur plus iustitiae in maiore inerit eaque facilior perspectu. quodsi voltis, primum in urbibus quaeramus qualis sit, deinde ita videamus etiam in uno quoque, maioris similitudinem in minoris specie spectantes. Sane mihi videris, inquit, bene dicere. Iam vero, inquam, si exsistentem civitatem spectemus oratione, etiam eius

αὐτῆς ἴδοιμεν ἂν γιγνομένην καὶ τὴν ἀδικίαν; Τάχ᾽ ἄν, ἦ δ᾽ ὅς. Οὐκοῦν γιγνομένου *) αὐτοῦ ἐλπὶς εὐπετέστερον ἰδεῖν ὃ ζητοῦμεν; * Πολύ γε. Δοκεῖ οὖν χρῆναι ἐπιχειρῆσαι περαίνειν; οἶμαι μὲν γὰρ οὐκ ὀλίγον ἔργον αὐτὸ εἶναι· σκοπεῖτε οὖν. Ἔσκεπται, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος· ἀλλὰ μὴ ἄλλως ποίει. B

Γίγνεται τοίνυν, ἦν δ᾽ ἐγώ, πόλις, ὡς ἐγῷμαι, ἐπειδὴ τυγχάνει ἡμῶν ἕκαστος οὐκ αὐτάρκης, ἀλλὰ πολλῶν ἐνδεής· ἤ τιν᾽ **) οἴει ἀρχὴν ἄλλην πόλιν οἰκίζειν; Οὐδεμίαν, ἦ δ᾽ ὅς. Οὕτω δὴ ἄρα παραλαμβάνων ἄλλος * ἄλλον ἐπ᾽ ἄλλου, C τὸν δ᾽ ἐπ᾽ ἄλλου χρείᾳ, πολλῶν δεόμενοι, πολλοὺς εἰς μίαν οἴκησιν ἀγείραντες κοινωνούς τε καὶ βοηθούς, ταύτῃ τῇ ξυνοικίᾳ ἐθέμεθα πόλιν ὄνομα· ἦ γάρ; Πάνυ μὲν οὖν. Μεταδίδωσι δὴ ἄλλος ἄλλῳ, εἴ τι μεταδίδωσιν, ἢ μεταλαμβάνει, οἰόμενος αὐτῷ ἄμεινον εἶναι. Πάνυ γε. Ἴθι δή, ἦν δ᾽ ἐγώ, τῷ λόγῳ ἐξ ἀρχῆς ποιῶμεν πόλιν· ποιήσει δὲ αὐτήν, ὡς ἔοικεν, ἡ ἡμετέρα χρεία. Πῶς δ᾽ οὔ; Ἀλλὰ μὴν πρώτη γε καὶ μεγίστη * τῶν D χρειῶν ἡ τῆς τροφῆς παρασκευὴ τοῦ εἶναί τε καὶ ζῆν ἕνεκα. Παντάπασί γε. Δευτέρα δὴ οἰκήσεως, τρίτη δ᾽ ἐσθῆτος καὶ τῶν τοιούτων. Ἔστι ταῦτα. Φέρε δή, ἦν δ᾽ ἐγώ, πῶς ἡ πόλις ἀρκέσει ἐπὶ τοσαύτην παρασκευήν; ἄλλο τι γεωργὸς μὲν εἷς, ὁ δὲ οἰκοδόμος, ἄλλος δέ τις ὑφάντης; ἢ καὶ σκυτοτόμον αὐτόσε προσθήσομεν, ἤ τιν᾽ ἄλλον τῶν περὶ τὸ σῶμα θεραπευτήν; Πάνυ γε. Εἴη δ᾽ ἂν ἥ γε ἀναγκαιοτάτη πόλις ἐκ τεττάρων ἢ πέντε ἀνδρῶν. * Φαίνεται. Τί δὴ οὖν; ἕνα ἕκαστον E τούτων δεῖ τὸ αὐτοῦ ἔργον ἅπασι κοινὸν κατατιθέναι, οἷον τὸν γεωργὸν ἕνα ὄντα παρασκευάζειν σιτία τέτταρσι καὶ τετραπλάσιον χρόνον τε καὶ πόνον ἀναλίσκειν ἐπὶ σίτου παρασκευῇ, καὶ ἄλλοις κοινωνεῖν; ἢ ἀμελήσαντα ἑαυτῷ μόνῳ τέταρτον μέρος ποιεῖν τούτου τοῦ σιτίου * ἐν τετάρτῳ μέρει τοῦ χρόνου, τὰ δὲ 370 τρία, τὸ μὲν ἐπὶ τῇ τῆς οἰκίας παρασκευῇ διατρίβειν, τὸ δὲ ἱματίου, τὸ δὲ ὑποδημάτων, καὶ μὴ ἄλλοις κοινωνοῦντα πράγματα ἔχειν, ἀλλ᾽ αὐτὸν δι᾽ αὐτὸν τὰ αὐτοῦ πράττειν; Καὶ ὁ Ἀδείμαντος ἔφη· Ἀλλ᾽ ἴσως, ὦ Σώκρατες, οὕτω ῥᾷον ἢ ἐκεί-

*) ἄλλ. γενομένου.
**) γρ. ἤ τίν᾽.

iustitiam videamus exsistentem et iniustitiam? Fortasse, inquit. Nonne hoc si exstiterit spes est fore ut facilius videamus quod quaerimus? Sane quidem. Videturne conandum esse rem persequi? arbitror enim haud exiguum opus id esse; spectate dum. Spectavimus, inquit Adimantus; at ne aliter fac.

Exsistit igitur, inquam, urbs, ut arbitror, quia nostrûm nemo per se satis opibus valet, sed multarum rerum indiget; an tu aliud putas initium esse urbis condendae? Nullum aliud, inquit. Ita igitur dum assumit alius alium ad alium usum, quia multarum rerum indigemus, multos in unum domicilium colligentes socios et adiutores, huic coetui imponimus urbem nomen; nonne? Sane quidem. Communicat igitur alius cum alio, si quid communicat, vel accipit, arbitrans sibi melius esse. Sane. Age dum, inquam, oratione ab initio faciamus urbem; faciet autem eam, ut patet, noster usus. Quidni? Iam vero primus et maximus usuum cibi comparatio, quo simus et vivamus. Omnino. Secundus domicilii, tertius vestimenti et similium. Sunt ista. Age dum, inquam, quomodo urbs satis erit ad tantum apparatum? nonne agricola unus, alter architectus, alius vero quis textor? an etiam sutorem illuc adiiciemus, vel alium quem eorum qui corpus curant? Sane quidem. Continebit origitur urbs maxime necessaria quattuor vel quinque viris. Videtur. Quid igitur? unum quemque horum oportet suum opus omnibus commune conferre, velut agricolam qui unus est apparare cibos quattuor civibus et quadruplex tempus laboremque insumere in cibum apparandum et cum aliis communicare? an hoc negligentem sibi soli quartam partem conficere huius cibi in quarta parte temporis, trium vero unam in domum aedificandam impendere, alteram in vestimentum et tertiam in calceos conficiendos, nec cum aliis communicantem negotia habere, sed ipsum per se sua facere? Tum Adimantus At fortasse, inquit, Socrate, facilius

νως. Οὐδέν *), ἦν δ' ἐγώ, μὰ Δί' ἄτοπον· ἐννοῶ γὰρ καὶ
αὐτὸς εἰπόντος σοῦ ὅτι πρῶτον μὲν ἡμῶν φύεται ἕκαστος οὐ
πάνυ * ὅμοιος ἑκάστῳ, ἀλλὰ διαφέρων τὴν φύσιν, ἄλλος ἐπ' B
ἄλλου ἔργου πράξει **)· ἢ οὐ δοκεῖ σοι; Ἔμοιγε. Τί δέ;
πότερον κάλλιον πράττοι ἄν τις εἷς ὢν πολλὰς τέχνας ἐργα-
ζόμενος, ἢ ὅταν μίαν εἷς; Ὅταν, ἦ δ' ὅς, εἷς μίαν. Ἀλ-
λὰ μήν, οἶμαι, καὶ τόδε ***) δῆλον, ὡς, ἐάν τίς τινος παρῇ
ἔργου καιρόν, διόλλυται. Δῆλον γάρ. Οὐ γάρ, οἶμαι, ἐθέλει
τὸ πραττόμενον τὴν τοῦ πράττοντος σχολὴν περιμένειν, ἀλλ'
ἀνάγκη τὸν πράττοντα τῷ πραττομένῳ * ἐπακολουθεῖν μὴ ἐν C
παρέργου μέρει. Ἀνάγκη. Ἐκ δὴ τούτων πλείω τε ἕκαστα
γίγνεται καὶ κάλλιον καὶ ῥᾷον, ὅταν εἷς ἓν κατὰ φύσιν ἐν και-
ρῷ †), σχολὴν τῶν ἄλλων ἄγων, πράττῃ. Παντάπασι μὲν
οὖν. Πλειόνων δή, ὦ Ἀδείμαντε, δεῖ πολιτῶν ἢ τεττάρων
ἐπὶ τὰς παρασκευὰς ὧν ἐλέγομεν. ὁ γὰρ γεωργός, ὡς ἔοικεν,
οὐκ αὐτὸς ποιήσεται ἑαυτῷ τὸ ἄροτρον, εἰ μέλλει καλὸν ††) εἶ-
ναι, * οὐδὲ σμινύην οὐδὲ τἆλλα ὄργανα ὅσα περὶ γεωργίαν· D
οὐδ' αὖ ὁ οἰκοδόμος· πολλῶν δὲ καὶ τούτῳ δεῖ. ὡσαύτως δὲ ὁ
ὑφάντης τε καὶ ὁ σκυτοτόμος· ἢ οὔ; Ἀληθῆ. Τέκτονες δὲ
καὶ χαλκῆς καὶ τοιοῦτοί τινες πολλοὶ δημιουργοὶ κοινωνοὶ ἡμῖν
τοῦ πολιχνίου γιγνόμενοι συχνὸν αὐτὸ ποιοῦσιν. Πάνυ μὲν
οὖν. Ἀλλ' οὐκ ἄν πω πάνυ γε μέγα τι εἴη, εἰ μὴ †††) αὐτοῖς
βκόλουους τε καὶ ποιμένας τούς τε ἄλλους νομέας προσθεῖμεν,
* ἵνα οἵ τε γεωργοὶ ἐπὶ τὸ ἀροῦν ἔχοιεν βοῦς, οἵ τε οἰκοδόμοι E
πρὸς τὰς ἀγωγὰς μετὰ τῶν γεωργῶν χρῆσθαι ὑποζυγίοις, ὑ-
φάνται δὲ καὶ σκυτοτόμοι δέρμασί τε καὶ ἐρίοις. Οὐδέ γε, ἦ δ' ὅς,
σμικρὰ πόλις ἂν εἴη ἔχουσα πάντα ταῦτα. Ἀλλὰ μήν, ἦν δ' ἐγώ,
κατοικίσαι γε αὐτὴν τὴν πόλιν εἰς τοιοῦτον τόπον, οὗ ἐπεισαγωγί-
μων μὴ δεήσεται, σχεδόν τι ἀδύνατον. Ἀδύνατον γάρ. Προσδεή-
μει ἄρα ἔτι καὶ ἄλλων, οἳ ἐξ ἄλλης πόλεως αὐτῇ κομιοῦσιν (*) ὧν
δεῖται. Δεήσει. Καὶ μὴν κενὸς ἂν ἴῃ (**) ὁ διάκονος, μηδὲν
ἄγων ὧν ἐκεῖνοι δέονται παρ' ὧν ἂν κομίζωνται ὧν ἂν αὐτοῖς

*) γρ. Οὐδέ. **) ἄλλ. πρᾶξιν. ***) γρ. τοῦτο.
†) γρ. καὶ ἐν καιρῷ. ††) ἄλλ. κάλλιον. †††) γρ. εἰ.
(*) γρ. κομίσουσιν. (**) γρ. ἂν εἴη.

illa ratione quam hac. Minime, inquam, meherculo id mirum; intelligo enim ipse quoque te dicente primum nostrûm nasci quemque non sane aequalem cuique, sed differentem ad naturam, alium ad alius operis confectionem; an nón videtur tibi? Mihi vero. Quid? utrum pulchrius faciet quis, unus multas artes exercens, an si unam unus? Si, inquit, unus unam. Iam vero, arbitror, hoc quoque perspicuum est, si quis operis alicuius tempus transmiserit, disperire. Perspicuum vero. Neque enim, opinor, vólt id quod faciendum est facientis otium exspectare, sed necesse est facientem ad rem faciendam sese accommodare, nec subficivis operis id agere. Necesse est. Iccirco plura quaeque fiunt et pulchrius et facilius, si unus unum secundum naturam suam tempore opportuno, a ceteris vacans, perficit. Prorsus ita habet. Pluribus igitur, Adimante, opus est civibus quam quattuor ad apparanda ea quae diximus. nam agricola, ut patet, non ipse faciet sibi aratrum, si futurum est pulchrum, neque ligonem neque reliqua instrumenta ad agriculturam necessaria; neque etiam architectus: multà enim huic quoque opus sunt. similiter textor et sutor: nonne? Vero. Fabri autem tignarii et ferrarii multique id genus opifices in societatem a nobis oppiduli assumpti copiosum hoc reddunt. Sane quidem. Nondum tamen admodum magnum erit, nisi eis bubulcos et opiliones ceterosque pastores adiecerimus, ut agricolae ad arandum habeant boves, architecti ad vecturas cum agricolis utantur iumentis, textores vero et sutores pellibus ac lanis. Neque vero, inquit, exigua urbs erit omnia haec habens. Iam vero, inquam, ut ipsam urbem condamus eiusmodi in loco, ubi rebus importandis non indigeat, fieri prope nequit. Nequit vero. Opus igitur ei erunt praeterea alii qui ex alia urbe ipsi apportent quibus indigeat. Opus vero erunt. At vero inanis si proficiscetur minister, nihil secum ducens eorum quibus illi indigent a quibus apportat quae civibus

* χρεία, κενὸς ἄπεισιν· ἢ γάρ; Δοκεῖ μοι. Δεῖ δὴ τὰ οἴκοι *) 371
μὴ μόνον ἑαυτοῖς ποιεῖν ἱκανά, ἀλλὰ καὶ οἷα καὶ ὅσα ἐκεί-
νοις **), ὧν ἂν δέωνται. Δεῖ γάρ. Πλειόνων δὴ γεωργῶν
τε καὶ τῶν ἄλλων δημιουργῶν δεῖ ἡμῖν τῇ πόλει. Πλειόνων
γάρ. Καὶ δὴ καὶ τῶν ἄλλων διακόνων που, τῶν τε εἰςαξόντων
καὶ ἐξαξόντων ἕκαστα. οὗτοι δέ εἰσιν ἔμποροι· ἢ γάρ; Ναί.
Καὶ ἐμπόρων δὴ δεησόμεθα. Πάνυ γε. Καὶ ἐὰν μέν γε κατὰ θά-
λατταν ἡ ἐμπορία γίγνηται, συχνῶν * καὶ ἄλλων προςδεήσεται B
τῶν ἐπιστημόνων τῆς περὶ τὴν θάλατταν ἐργασίας. Συχνῶν
μέντοι.

Τί δὲ δὴ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει; πῶς ἀλλήλοις μεταδώσουσιν
ὧν ἂν ἕκαστοι ἐργάζωνται; ὧν δὴ ἕνεκα καὶ κοινωνίαν ποιησά-
μενοι πόλιν ᾠκίσαμεν. Δῆλον δή, ἦ δ' ὅς, ὅτι πωλοῦντες
καὶ ὠνούμενοι. Ἀγορὰ δὴ ἡμῖν καὶ νόμισμα ξύμβολον τῆς
ἀλλαγῆς ἕνεκα γενήσεται ἐκ τούτου. Πάνυ μὲν οὖν. Ἂν οὖν
κομίσας ὁ γεωργὸς * εἰς τὴν ἀγοράν τι ὧν ποιεῖ, ἤ τις ἄλλος C
τῶν δημιουργῶν, μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκῃ τοῖς δεομένοις
τὰ παρ' αὐτοῦ ἀλλάξασθαι, ἀργήσει τῆς αὑτοῦ δημιουργίας
καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; Οὐδαμῶς, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' εἰσὶν οἳ τοῦτο
ὁρῶντες ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην, ἐν μὲν
ταῖς ὀρθῶς οἰκουμέναις πόλεσι σχεδόν τι οἱ ἀσθενέστατοι τὰ
σώματα καὶ ἀχρεῖοί τι ἄλλο ἔργον πράττειν· αὐτοῦ γὰρ δεῖ μέ-
νοντας αὐτοὺς περὶ τὴν ἀγορὰν τὰ μὲν * ἀντ' ἀργυρίου ἀλλά- D
ξασθαι τοῖς τι δεομένοις ἀποδόσθαι, τοῖς δὲ ἀντὶ αὖ ἀργυρίου
διαλλάττειν ὅσοι τι δέονται πρίασθαι. Αὕτη ἄρα, ἦν δ' ἐγώ,
ἡ χρεία καπήλων ἡμῖν γένεσιν ἐμποιεῖ τῇ πόλει· ἢ οὐ καπή-
λους καλοῦμεν τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας
ἱδρυμένους ἐν ἀγορᾷ, τοὺς δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπό-
ρους; Πάνυ μὲν οὖν. Ἔτι δή τινες, ὡς ἐγᾦμαι, εἰσὶ καὶ ἄλ-
λοι διάκονοι, οἳ ἂν τὰ μὲν τῆς διανοίας μὴ * πάνυ ἀξιοκοι- E

---

*) ἴσ. τὰ οἰκεῖα.

**) ἄλλ. ἐκείνοις ἄξουσιν, οἷ μεταδώσουσιν. ἴσ. ἀλλὰ καὶ ἐκείνοις παρ' ὧν ἂν κομίζωνται ὧν ἂν δέωνται.

fuis opus funt, inanis redibit; nonne? Videtur mihi. Oportet igitur eos res domefticas non folum fibimet ipfis facere ut fatis fint, verum etiam tales et tantas conficere, quales et quantae fatis fint illis, eae quidem quibus indigeant *). Oportet vero. Pluribus igitur agricolis ceterisque opificibus opus erit urbi noftrae. Pluribus vero. Atque etiam, ni fallor, reliquis miniftris, et importaturis et exportaturis quaeque. hi autem funt mercatores: nonne? Vero. Igitur mercatoribus quoque opus nobis erit. Sane quidem. Et fi per mare mercatura fit, multis quoque aliis opus erit fcientibus maritimi negoti. Multis vero.

Quid vero in ipfa urbe? quomodo inter fe communicabunt quae quisque confecerit? quorum videlicet caufa etiam communitatem inftituentes urbem condidimus. Patet, inquit, vendendo et emendo. Forum igitur nobis et numus fignum permutationis caufa inde exfiftet. Sane quidem. Iam fi afferens agricola in forum aliquid eorum quae conficit, vel alius quis opificum, non eodem tempore veniet atque ii quibus opus eft aliquo ab ipfo empto, ceffabit ab opere fuo fedens in foro? Minime, inquit, fed funt qui hoc animadvertentes fibi hocce minifterium fuscipiant, et in recte quidem conftitutis urbibus fere imbecillimi ad corpus et inhabiles ad aliud quod opus faciendum; iftic enim oportet eos manentes in foro partim pecunia permutare cum eis qui aliquid velint vendere, partim etiam pecunia commutare quibuscumque empto aliquo opus fit. Hic igitur, inquam, ufus cauponum nobis ortum immittit in urbem; an non caupones vocamus qui emptionem et venditionem adminiftrant collocati in foro, errantes vero per urbes mercatores? Sane quidem. Praeterea, ut arbitror, funt etiam alii quidam miniftri, qui ad mentem quidem haud

---

*) al. *verum etiam quales et quantas illis apportabunt qui impertient quibus indigent.*

νώνητοι ὦσι, τὴν δὲ τοῦ σώματος ἰσχὺν ἱκανὴν ἐπὶ τοὺς πόνους ἔχωσιν· οἳ δὴ πωλοῦντες τὴν τῆς ἰσχύος χρείαν, τὴν τιμὴν ταύτην μισθὸν καλοῦντες, κέκληνται, ὡς ἐγῷμαι, μισθωτοί· ἦ γάρ; Πάνυ μὲν οὖν. Πλήρωμα δὴ πόλεώς εἰσιν, ὡς ἔοικε, καὶ μισθωτοί. Δοκεῖ μοι. Ἆρ' οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, ἤδη ἡμῖν ηὔξηται ἡ πόλις, ὥστ' εἶναι τελέα; Ἴσως. Ποῦ οὖν ἄν ποτε ἐν αὐτῇ εἴη ἥ τε δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία; καὶ τίνι ἅμα ἐγγενομένη ὧν ἐσκέμμεθα; Ἐγὼ μέν, ἔφη, * οὐκ ἐννοῶ, 372
ὦ Σώκρατες, εἰ μή που ἐν αὐτῶν τούτων χρείᾳ τινὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους. Ἀλλ' ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, καλῶς λέγεις· καὶ σκεπτέον γε καὶ οὐκ ἀποκνητέον. πρῶτον μὲν οὖν σκεψώμεθα τίνα τρόπον διαιτήσονται οἱ οὕτω παρεσκευασμένοι. ἄλλο τι ἢ σῖτόν τε ποιοῦντες καὶ οἶνον καὶ ἱμάτια καὶ ὑποδήματα καὶ οἰκοδομησάμενοι οἰκίας θέρους μὲν τὰ πολλὰ γυμνοί τε καὶ ἀνυπόδητοι ἐργάσονται, τοῦ δὲ χειμῶνος ἠμφιεσμένοι τε καὶ * ὑποδε- B
δεμένοι ἱκανῶς; θρέψονται δὲ ἐκ μὲν τῶν κριθῶν ἄλφιτα σκευαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν πυρῶν ἄλευρα, τὰ μὲν πέψαντες, τὰ δὲ μάξαντες, μάζας *) γενναίας καὶ ἄρτους ἐπὶ κάλαμόν τινα παραβαλλόμενοι ἢ φύλλα καθαρά, κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων ἐστρωμένων σμίλακί τε καὶ μυῤῥίναις, εὐωχήσονται αὐτοί τε καὶ τὰ παιδία, ἐπιπίνοντες τοῦ οἴνου, ἐστεφανωμένοι καὶ ὑμνοῦντες τοὺς θεούς, ἡδέως ξυνόντες ἀλλήλοις, οὐχ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν * ποιούμενοι τοὺς παῖδας, C
εὐλαβούμενοι πενίαν ἢ πόλεμον;

Καὶ ὁ Γλαύκων ὑπολαβών, Ἄνευ ὄψου, ἔφη, ὡς ἔοικας, ποιεῖς τοὺς ἄνδρας ἑστιωμένους. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις· ἐπελαθόμην ὅτι καὶ ὄψον ἕξουσιν, ἅλας τε δῆλον ὅτι καὶ ἐλάας καὶ τυρὸν καὶ βολβοὺς καὶ λάχανα, οἷα δὴ ἐν ἀγροῖς ἑψήματα, ἑψήσονται· καὶ τραγήματά που παραθήσομεν αὐτοῖς τῶν τε σύκων καὶ ἐρεβίνθων καὶ κυάμων, καὶ μύρτα καὶ φηγοὺς σποδιοῦσι * πρὸς τὸ πῦρ, μετρίως ὑποπίνοντες· καὶ οὕτω διάγον- D
τες τὸν βίον ἐν εἰρήνῃ μετὰ ὑγιείας, ὡς εἰκός, γηραιοὶ τελευτῶντες ἄλλον τοιοῦτον βίον τοῖς ἐκγόνοις παραδώσουσιν. Καὶ ὅς, Εἰ δὲ ὑῶν πόλιν, ὦ Σώκρατες, ἔφη, κατεσκεύαζες, τί ἂν αὐτὰς ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζες; Ἀλλὰ πῶς χρή, ἦν δ' ἐγώ, ὦ

---

*) ἴσ. καὶ μάζας.

digni sint assumptione in societatem, corporis vero robur ad labores idoneum habeant; qui quidem vendentes roboris usum, quia hoc praemium mercedem vocant, dicuntur, ut arbitror, mercenarii; nonne? Sane quidem. Complementum igitur urbis sunt, ut patet, etiam mercenarii. Videtur mihi. Num igitur, Adimante, iam nobis aucta est civitas ut sit perfecta? Fortasse. Ubinam vero in ea erit iustitia et iniustitia? et in quonam simul insita eorum quae spectavimus? Equidem, inquit, non perspicio, Socrate, nisi forte in eorum ipsorum usu quodam mutuo. Fortasse, inquam, bene dicis, et spectandum sane nec cessandum. primum igitur videamus quomodo victuri sint ita comparati. nonne cibum parantes et vinum et vestimenta et calceos domosque aedificantes aestate quidem magna ex parte nudi et discalceati opus facient, hieme autem vestibus et calceis satis induti? nutrientur vero ex hordeo polentam conficientes et e tritico similam, quas partim coquentes partim subigentes panesque hordeaceos eximios et triticeos in calamo aliquo ponentes vel foliis puris, accubantes in stramentis taxeis et myrteis, epulabuntur et ipsi et liberi, praeterea vinum bibentes, coronati et laudibus ornantes deos, suaviter inter se versantes, nec ultra censum liberos procreantes, caventes paupertatem vel bellum?

Tum Glauco subiecit Sine opsonio, ut patet, facis viros coenare. Vera, inquam, dicis; oblitus sum etiam opsonium eos habituros esse, salem videlicet et oleum et caseum et bulbos et olera, qualia in agris coquuntur, coquent; et bellaria sine dubio apponemus eis, ut ficus, cicera et fabas, etiam myrta et glandes fageas ad ignem torrebunt, modice bibentes; et ita traducentes vitam in pace cum sanitate, ut consentaneum est, senes quum mortem obierint aliam eiusmodi vitam posteris relinquent. Tum ille Si suum civitatem, Socrate, inquit, parares, quonam eos alio nisi his pasceres? At quomodo oportet, inquam, Glauco? Ita ut moris est, inquit, ut

Γλαύκων; Ἅπερ νομίζεται, ἔφη· ἐπί τε κλινῶν κατακεῖσθαι,
οἶμαι, τοὺς μέλλοντας μὴ ταλαιπωρεῖσθαι, καὶ ἀπὸ τραπεζῶν
* δειπνεῖν, καὶ ὄψα, ἅπερ καὶ οἱ νῦν ἔχουσι, καὶ τραγήματα. E
Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, μανθάνω· οὐ πόλιν, ὡς ἔοικε, σκοποῦμεν
μόνον ὅπως γίγνεται, ἀλλὰ καὶ τρυφῶσαν πόλιν. ἴσως οὖν
οὐδὲ κακῶς ἔχει· σκοποῦντες γὰρ καὶ τοιαύτην τάχ' ἂν κατί-
δοιμεν τήν τε δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν, ὅπῃ ποτὲ ταῖς πόλεσιν
ἐμφύονται. ἡ μὲν οὖν ἀληθινὴ πόλις δοκεῖ μοι εἶναι, ἣν
διεληλύθαμεν, ὥςπερ ὑγιής τις· εἰ δ' αὖ βούλεσθε καὶ φλεγ-
μαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, οὐδὲν ἀποκωλύει. ταῦτα γὰρ
δή τισιν, ὡς δοκεῖ, * οὐκ ἐξαρκέσει, οὐδ' αὕτη *) ἡ δίαιτα, 373
ἀλλὰ κλῖναί τε προςέσονται καὶ τράπεζαι καὶ τἆλλα σκεύη, καὶ
ὄψα δὴ καὶ μύρα καὶ θυμιάματα καὶ ἑταῖραι καὶ πέμματα, καὶ
ἕκαστα **) τούτων παντοδαπά. καὶ δὴ καὶ ἃ τὸ πρῶτον ἐλέγο-
μεν, οὐκέτι τἀναγκαῖα θετέον, οἰκίας τε καὶ ἱμάτια καὶ ὑποδή-
ματα, ἀλλὰ τήν τε ζωγραφίαν κινητέον καὶ τὴν ποικιλίαν, καὶ
χρυσὸν καὶ ἐλέφαντα καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα κτητέον· ἢ γάρ;
Ναί, * ἔφη. Οὐκοῦν μείζονά τε αὖ τὴν πόλιν δεῖ ποιεῖν; B
ἐκείνη γὰρ ἡ ὑγιεινὴ οὐκέτι ἱκανή, ἀλλ' ἤδη ὄγκου ἐμπληστέα
καὶ πλήθους, ἃ οὐκέτι τοῦ ἀναγκαίου ἕνεκα ἔστιν ἐν ταῖς πόλε-
σιν, οἷον οἵ τε θηρευταὶ πάντες οἵ τε μιμηταί, πολλοὶ μὲν οἱ
περὶ τὰ σχήματά τε καὶ χρώματα, πολλοὶ δὲ οἱ περὶ μουσικήν,
ποιηταί τε καὶ τούτων ὑπηρέται, ῥαψῳδοί, ὑποκριταί, χορευ-
ταί, ἐργολάβοι, σκευῶν τε παντοδαπῶν δημιουργοί, τῶν τε
* ἄλλων καὶ τῶν περὶ τὸν γυναικεῖον κόσμον. καὶ δὴ καὶ δια- C
κόνων πλειόνων δεησόμεθα· ἢ οὐ δοκεῖ σοι δεήσειν παιδαγω-
γῶν, τιτθῶν, τροφῶν, κομμωτριῶν, κουρέων, καὶ αὖ ὀψο-
ποιῶν τε καὶ μαγείρων; ἔτι δὲ καὶ συβωτῶν προςδεησόμεθα·
τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἐν τῇ προτέρᾳ πόλει οὐκ ἐνῆν (ἔδει γὰρ οὐδέν),
ἐν δὲ ταύτῃ καὶ τούτου προςδεήσει. δεήσει δὲ καὶ τῶν ἄλλων
βοσκημάτων παμπόλλων, εἴ τις αὐτὰ ἔδεται· ἢ γάρ; Πῶς γὰρ
οὔ; * Οὐκοῦν καὶ ἰατρῶν ἐν χρείαις ἐσόμεθα πολὺ μᾶλλον οὕ- D
τω διαιτώμενοι, ἢ ὡς τὸ πρότερον; Πολύ γε. Καὶ ἡ χώρα

*) γρ. αὐτή.
**) γρ. πέμματα, ἕκαστα.

in lectis discumbant, opinor, nisi misere sint victuri, et de mensis coenent, et quidem opsonia quae etiam nunc habent, et bellaria. Iam, inquam, intelligo: non civitatem, ut videtur, spectamus modo quomodo exsistat, verum etiam luxuriosam civitatem. forsitan autem nec male se habeat; considerantes enim etiam talem fortasse videbimus quo tandem modo iustitia et iniustitia in urbibus innascantur. vera quidem civitas videtur mihi esse ea quam persequuti sumus, tamquam sana quaedam; si vero voltis etiam inflatam civitatem spectemus, nihil impedit. etenim haec quibusdam, ut videtur, non satisfacient, nec haec vivendi ratio, sed lecti aderunt et mensae et reliqui apparatus, atque etiam opsonia et unguenta et odores et amicae et placentae, et quaeque horum varii generis. quin etiam quae primo loco memoravimus iam non necessaria ponenda, aedes, vestes et calcei, sed pictura quoque commovenda et ars acu distinguendi, et aurum, ebur omnia generis eiusdem possidenda: nonne? Etiam, inquit. Nonne maiorem etiam urbem oportet reddi? illa enim sana iam non satis est, sed mole implenda et copia rerum, quae iam non necessitatis causa reperiuntur in urbibus, velut venatores omnes et imitatores, multi quidem qui imitantur gestibus et coloribus, multi etiam qui musica, poëtae porro horumque ministri, recitatores, actores, saltatores, redemptores, apparatuum omnis generis opifices, praesertim eorum qui ad muliebrem ornatum spectant. atque etiam ministris pluribus opus nobis erit; an non tibi videtur opus esse paedagogis, nutricibus, educatoribus, ornatricibus, tonsoribus, atque etiam opsonii confectoribus et coquis; praeterea etiam subulcis opus erit; hoc enim nobis in priore civitate non inerat (neque enim desiderabatur), in hac autem hoc quoque opus est. opus vero erit etiam reliquis pecoribus permultis, si quis eis vescitur: an non? Quidni? Nonne etiam medicis indigebimus multo magis ita viventes quam priore ratione? Multo vero.

κου ἡ τότε ἱκανὴ τρέφειν τοὺς τότε σμικρὰ δὴ ἐξ ἱκανῆς ἔσται·
ἢ πῶς λέγομεν *); Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν τῆς τῶν πλησίον
χώρας ἡμῖν ἀποτμητέον, εἰ μέλλομεν ἱκανὴν ἕξειν νέμειν τε καὶ
ἀροῦν; καὶ ἐκείνοις αὖ τῆς ἡμετέρας, ἐὰν καὶ ἐκεῖνοι ἀφῶσιν
αὑτοὺς ἐπὶ χρημάτων κτῆσιν ἄπειρον, ὑπερβάντες τὸν τῶν ἀναγ-
καίων * ὅρον; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Πολεμήσομεν E
τὸ μετὰ τοῦτο, ὦ Γλαύκων; ἢ πῶς ἔσται; Οὕτως, ἔφη. Καὶ
μηδέν γέ πω λέγωμεν, ἦν δ' ἐγώ, μήτ' εἴ τι κακὸν μήτ' εἰ ἀγα-
θὸν ὁ πόλεμος ἐργάζεται, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον, ὅτι πολέ-
μου αὖ γένεσιν εὑρήκαμεν· ἐξ ὧν μάλιστα ταῖς πόλεσι καὶ ἰδίᾳ
καὶ δημοσίᾳ κακὰ γίγνεται, ὅταν γίγνηται. Πάνυ μὲν οὖν.
Ἔτι δή, ὦ φίλε, μείζονος τῆς πόλεως δεῖ, οὔτι σμικρῷ, ἀλλ'
ὅλῳ στρατοπέδῳ, * ὃ ἐξελθὸν ὑπὲρ τῆς οὐσίας ἁπάσης καὶ ὑ- 374
πὲρ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν διαμαχεῖται τοῖς ἐπιοῦσιν. Τί δέ; ἦ
δ' ὅς· αὐτοὶ οὐχ ἱκανοὶ διαμάχεσθαι; Οὔκ, εἰ σύ γε, ἦν δ'
ἐγώ, καὶ ἡμεῖς ἅπαντες ὡμολογήσαμεν καλῶς, ἡνίκα ἐπλάττο-
μεν τὴν πόλιν· ὡμολογοῦμεν δέ **) που, εἰ μέμνησαι, ἀδύνα-
τον ἕνα πολλὰς καλῶς ἐργάζεσθαι τέχνας. Ἀληθῆ λέγεις, ἔφη.
Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ· ἡ περὶ τὸν πόλεμον * ἀγωνία οὐ τεχνικὴ B
δοκεῖ εἶναι; Καὶ μάλα, ἔφη. Ἦ οὖν τι σκυτικῆς δεῖ μᾶλλον
κήδεσθαι, ἢ πολεμικῆς; Οὐδαμῶς. Ἀλλ' ἄρα ***) τὸν μὲν
σκυτοτόμον διεκωλύομεν μήτε γεωργὸν ἐπιχειρεῖν εἶναι ἅμα
μήτε ὑφάντην μήτε οἰκοδόμον †), ἵνα δὴ ἡμῖν τὸ τῆς σκυτικῆς
ἔργον καλῶς γίγνοιτο, καὶ τῶν ἄλλων ἑνὶ ἑκάστῳ ὡσαύτως ἓν
ἀπεδίδομεν, πρὸς ὃ πεφύκει ἕκαστος καὶ ἐφ' ᾧ ††) ἔμελλε,
τῶν ἄλλων σχολὴν ἄγων, διὰ βίου αὐτὸ ἐργαζόμενος, οὐ πα- C
ριεὶς τοὺς καιρούς, καλῶς ἀπεργάσεσθαι †††), τὰ δὲ δὴ περὶ
τὸν πόλεμον πότερον οὐ περὶ πλείστου ἐστὶν εὖ ἀπεργασθέντα;
ἢ οὕτω ῥάδιον, ὥστε καὶ γεωργῶν τις ἅμα πολεμικὸς ἔσται καὶ
σκυτοτομῶν καὶ ἄλλην τέχνην ἡντινοῦν ἐργαζόμενος, πεττευτι-
κὸς δὲ ἢ κυβευτικὸς ἱκανὸς (*) οὐδ' ἂν εἷς γένοιτο μὴ αὐτὸ
τοῦτο ἐκ παιδὸς ἐπιτηδεύων, ἀλλὰ παρέργῳ χρώμενος; καὶ ἀ-

*) γρ. λέγωμεν. **) γρ. δή. ***) ἴσ. ἆρα.
†) γρ. οἰκοδόμον, ἀλλὰ σκυτοτόμον.
††) ἴσ. ἐφ' ᾧ πεφύκει ἕκαστος καὶ ὃ ἔμελλε κτλ.
†††) γρ. ἀπεργάζεσθαι. (*) γρ. ἱκανῶς.

Atque regio quae tum ſatis idonea erat ad priores cives alendos iam exigua ex idonea fiet; an qui ſentimus? Ita, inquit. Nonne igitur vicinorum regio nobis circumcidenda, ſi volumus ſatis idoneam habere ad paſtum et arationem? et illis viciſſim noſtra, ſi illi quoque ſeſe dedunt opum poſſeſſioni immenſae, eius quod neceſſarium eſt finem excedentes? Prorſus neceſſarium, inquit, Socrates. Bellum geremus poſthac, Glauco? an quid fiet? Ita, inquit. Neque dum dicamus, inquam, num quid mali vel boni bellum afferat, ſed hoc tantum, nos belli quoque originem inveniſſe, unde maxime civitatibus tam privatim quam publice mala exſiſtunt, ut exſiſtant. Sane quidem. Etiam maiore iam, amice, opus eſt urbe ad exercitum non exiguum, ſed univerſum, qui proficiſcens pro opibus omnibus et eis quae ſupra protulimus dimicet cum hoſtibus invadentibus. Quid vero? inquit; ipſi non ſatis ſunt? Non, ſi tu, inquam, et nos omnes confeſſi ſumus recte, quum fingeremus urbem; confeſſi autem ſumus, ſi meminiſti, fieri non poſſe unus ut multas bene exerceret artes. Vera dicis, inquit. Quid igitur? inquam: bellica certatio non artificioſa videtur eſſe? Sane quidem, inquit. Num igitur ſutrina magis debet curae eſſe quam ars bellica? Minime. Iam ſutorem prohibuimus neque agricolam conari ſimul eſſe neque textorem neque architectum, quo nobis ſutrinae opus bene perageretur, et reliquorum quoque unicuique ſimiliter unum tribuimus ad quod quisque natus eſſet et quod poſſet, a ceteris vacans et in vita id exercens neque transmittens tempora opportuna, praeclare facere, res vero bellicas utrum non plurimum intereſt bene peragi? an ita facile, ut etiam agricolarum quis ſimul bellicus eſſe poſſit et ſutorum et aliam quamcumque artem exercens, calculis autem vel teſſeris ludendi peritus omnino nullus ſatis ſit, ſi id ipſum non a puero coluerit, ſed ſubſicivis operis agitaverit? et clypeo quidem ſumpto vel aliis bel-

σπίδα μὲν λαβὼν * ἤ τι ἄλλο τῶν πολεμικῶν ὅπλων τε καὶ ὀργά- D
νων αὐθημερὸν ὁπλιτικῆς ἤ τινος ἄλλης μάχης τῶν κατὰ πόλε-
μον ἱκανὸς ἔσται ἀγωνιστής, τῶν δὲ ἄλλων ὀργάνων οὐδὲν οὐ-
δένα δημιουργὸν οὐδὲ ἀθλητὴν ληφθὲν ποιήσει, οὐδ' ἔσται
χρήσιμον τῷ μήτε τὴν ἐπιστήμην ἑκάστου λαβόντι μήτε τὴν με-
λέτην ἱκανὴν παρασχομένῳ; Πολλοῦ γὰρ ἄν, ἦ δ' ὅς, τὰ ὄρ-
γανα ἦν ἄξια.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὅσῳ μέγιστον τὸ τῶν φυλάκων * ἔργον, E
τοσούτῳ σχολῆς τε τῶν ἄλλων πλείστης ἂν εἴη καὶ αὖ τέχνης τε καὶ
ἐπιμελείας μεγίστης δεόμενον. Οἶμαι ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν
οὐ καὶ φύσεως ἐπιτηδείας εἰς αὐτὸ τὸ ἐπιτήδευμα; Πῶς δ' οὔ;
Ἡμέτερον δὴ ἔργον ἂν εἴη, ὡς ἔοικεν, εἴπερ οἷοί τ' ἐσμέν, ἐκ-
λέξασθαι τίνες τε καὶ ποῖαι φύσεις ἐπιτήδειαι εἰς πόλεως φυλακήν.
Ἡμέτερον μέντοι. Μὰ Δία, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἄρα φαῦλον
πρᾶγμα ἠράμεθα· ὅμως δὲ οὐκ ἀποδειλιατέον, ὅσον γ' ἂν δύ-
ναμις παρείκῃ. * Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. Οἴει οὖν τι, ἦν δ' ἐγώ, 575
διαφέρειν τὴν *) φύσιν γενναίου σκύλακος εἰς φυλακὴν νεα-
νίσκου εὐγενοῦς; Τὸ ποῖον λέγεις; Οἷον ὀξύν τέ που δεῖ αὐ-
τοῖν ἑκάτερον εἶναι πρὸς αἴσθησιν καὶ ἐλαφρὸν πρὸς τὸ αἰσθα-
νόμενον διωκάθειν, καὶ ἰσχυρὸν αὖ, ἐὰν δέῃ ἑλόντα διαμάχε-
σθαι. Δεῖ γὰρ οὖν, ἔφη, πάντων τούτων. Καὶ μὴν ἀνδρεῖ-
όν γε, εἴπερ εὖ μαχεῖται. Πῶς δ' οὔ; Ἀνδρεῖος δὲ εἶναι ἆρα
ἐθελήσει ὁ μὴ θυμοειδὴς εἴτε ἵππος εἴτε κύων ἢ ἄλλο ὁτιοῦν
ζῶον; ἢ * οὐκ ἐννενόηκας ὡς ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός, B
οὗ παρόντος ψυχὴ πᾶσα πρὸς πάντα ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος;
Ἐννενόηκα. Τὰ μὲν τοίνυν τοῦ σώματος οἷον δεῖ τὸν φύλα-
κα εἶναι, δῆλα. Ναί. Καὶ μὴν καὶ τὰ τῆς ψυχῆς, ὅτι γε θυ-
μοειδῆ. Καὶ τοῦτο. Πῶς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, οὐκ
ἄγριοι ἀλλήλοις ἔσονται καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ὄντες τοιοῦ-
τοι τὰς φύσεις; Μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, οὐ ῥᾳδίως. Ἀλλὰ μέντοι
δεῖ γε πρὸς * μὲν τοὺς οἰκείους πράους αὐτοὺς εἶναι, πρὸς δὲ C
τοὺς πολεμίους χαλεπούς· εἰ δὲ μή, οὐ περιμενοῦσιν ἄλλους
σφᾶς διολέσαι, ἀλλ' αὐτοὶ φθήσονται αὐτὸ δράσαντες. Ἀλη-
θῆ, ἔφη. Τί οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ποιήσομεν; πόθεν ἅμα πρᾶον

---

*) γρ. διαφέρειν φύσιν.

licis armis atque instrumentis illico idoneus erit ad certamen gravis armaturae vel aliud quod bellicum ineundum, aliorum vero instrumentorum nullum neminem qui id sumpserit artificem vel athletam reddet, nec utile erit ei qui neque scientiam cuiusque consequutus fuerit neque satis studi contulerit? Magni sane, inquit, instrumenta essent facienda.

Itaque, inquam, quo gravius est custodum munus, eo magis vacabit a ceteris eoque maiorem artem et studium desiderabit. Arbitror equidem, inquit. Nonne etiam naturam aptam ad ipsum studium? Quidni? Nostrum igitur opus erit, ut patet, si quidem possumus, eligere quae et quales naturae aptae sint ad urbis custodiam. Nostrum vero. Mehercule, inquam, haud leve negotium suscepimus; attamen non reformidandum, quoad vires suppetunt. Minime vero, inquit. Censesne igitur, esse quod differat inter naturam generosi canis, quod ad custodiam attinet, et adolescentis ingenui? Quidnam dicis? Hoc, acri sine dubio oportet utrumque esse sensu et celerem ad persequendum id quod senserit, atque etiam robustum, si oporteat id capere captumque oppugnare. Haec vero, inquit, omnia opus sunt. Atque etiam fortem, si bene sit pugnaturus. Quidni? Fortis autem num poterit esse qui non est iracundus, sive equus sive canis sive aliud quodcumque animal? an non animadvertisti quam inexpugnabilis et insuperabilis sit ira, qua concitata omnis animus in omnibus intrepidus et invictus? Animadverti vero. Ad corpus igitur qualem oporteat custodem esse, patet. Etiam. Atque etiam ad animum, iracundum videlicet. Etiam hoc. Quomodo vero, inquam, Glauco, non saevient inter se et in reliquos cives, si tali praediti sunt natura? Mehercule, inquit, haud facile. Oportet tamen eos erga suos mansuetos esse, in hostes vero asperos; alioqui non exspectabunt dum ab aliis pereant, sed ipsi properabunt hoc facere. Vero, inquit. Quid igitur, inquam, agemus? unde

καὶ μεγαλόθυμον ἦθος εὑρήσομεν; ἐναντία γάρ που θυμοειδεῖ
πραεῖα φύσις. Φαίνεται. Ἀλλὰ μέντοι τούτων γε*) ὁποτέρου ἂν
στέρηται, φύλαξ ἀγαθὸς οὐ μὴ γένηται· ταῦτα δὲ ἀδυνάτοις ἔοικε·
καὶ οὕτω* δὴ ξυμβαίνει ἀγαθὸν φύλακα ἀδύνατον γενέσθαι **). D
Κινδυνεύει, ἔφη. Καὶ ἐγὼ ἀπορήσας τε καὶ ἐπισκεψάμενος
τὰ ἔμπροσθεν, Δικαίως γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, ἀποροῦμεν·
ἧς γὰρ προὐθέμεθα εἰκόνος ἀπελείφθημεν. Πῶς λέγεις; Οὐκ
ἐνενοήσαμεν***) ὅτι εἰσὶν ἄρα τοιαῦται φύσεις οἵας ἡμεῖς οὐκ ᾠή-
θημεν, ἔχουσαι τἀναντία ταῦτα. Ποῦ δή; Ἴδοι μὲν ἄν τις
καὶ ἐν ἄλλοις ζώοις, οὐ μέντ' ἂν ἥκιστα ἐν ᾧ ἡμεῖς παρεβάλλο-
μεν τῷ φύλακι· * οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι E
τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος, πρὸς μὲν τοὺς ξυνήθεις τε καὶ
γνωρίμους ὡς οἷόν τε πραοτάτους εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας
τοὐναντίον. Οἶδα μέντοι. Τοῦτο μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, δυνα-
τόν, καὶ οὐ παρὰ φύσιν ζητοῦμεν τοιοῦτον εἶναι τὸν φύλακα.
Οὐκ ἔοικεν.

**Ἆρ' οὖν σοι δοκεῖ ἔτι καὶ τοῦδε προσδεῖσθαι ὁ φυλακικὸς
ἐσόμενος, πρὸς τῷ θυμοειδεῖ ἔτι προσγενέσθαι καὶ φιλόσοφος †)
τὴν φύσιν; Πῶς δή; ἔφη· οὐ γὰρ * ἐννοῶ. Καὶ τοῦτο, ἦν 376
δ' ἐγώ, ἐν τοῖς κυσὶ κατόψει, ὃ καὶ ἄξιον θαυμάσαι τοῦ θη-
ρίου. Τὸ ποῖον; Ὅτι, ὃν ††) μὲν ἂν ἴδῃ ἀγνῶτα, χαλεπαίνει,
οὐδὲν δὴ †††) κακὸν προπεπονθώς, ὃν δ' ἂν γνώριμον, ἀσπά-
ζεται, κἂν μηδὲν πώποτε ὑπ' αὐτοῦ ἀγαθὸν πεπόνθῃ (*)·
ἢ οὔπω τοῦτο ἐθαύμασας; Οὐ πάνυ, ἔφη, μέχρι τούτου προς-
έσχον τὸν νοῦν· ὅτι δέ που δρᾷ ταῦτα, δῆλον. Ἀλλὰ μὴν κομ-
ψόν γε φαίνεται τὸ πάθος αὐτοῦ τῆς φύσεως * καὶ ὡς ἀληθῶς B
φιλόσοφον. Πῇ δή; Ἧι, ἦν δ' ἐγώ, ὄψιν οὐδενὶ ἄλλῳ φί-
λην καὶ ἐχθρὰν διακρίνει ἢ τῷ τὴν μὲν καταμαθεῖν, τὴν δὲ
ἀγνοῆσαι· καίτοι πῶς οὐκ ἂν φιλομαθὲς εἴη ξυνέσει τε καὶ
ἀγνοίᾳ ὁριζόμενον τό τε οἰκεῖον καὶ τὸ ἀλλότριον; Οὐδαμῶς,
ἦ δ' ὅς, ὅπως οὔ. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον ἐγώ, τό γε φιλομαθὲς**

---

*) γρ. τούτων ὁποτ. **) ἄλλ. ἀδύνατον εἶναι γενέ-
σθαι. ***) γρ. ἐνοήσαμεν. †) γρ. προσγενέσθαι φιλό-
σοφος. ††) γρ. Ὃν μὲν κτλ.
†††) ἴσ. δέ. (*) γρ. πεπόνθοι.

mansuetum simul et iracundum ingenium inveniemus? contraria enim, ni fallor, iracundae mansueta natura. Videtur. Horum tamen alterutro si quis privatus est, bonus custos non est ut exsistat; hoc autem fieri non posse videtur; quo quidem efficitur ut bonus custos exsistere non possit. Videtur sane, inquit. Tum ego, quum haesitassem et reputassem mecum superiora, Iure, inquam, o care, haesitamus; ab ea enim quam proposueramus similitudine discessimus. Quomodo dicis? Non cogitavimus esse naturas quales nos non exstare putabamus, contraria illa habentes. Ubinam? Cognoscat aliquis hoc quum in aliis animalibus, tum maxime in eo cui nos comparavimus custodem; scis enim sine dubio hanc esse generosorum canum naturam, ut erga familiares ac notos quam mansuetissimi sint, adversus ignotos autem contra. Scio vero. Hoc igitur, inquam, fieri potest, nec praeter naturam postulamus ut talis sit custos. Non videtur.

Num vero tibi videtur etiam hoc praeterea opus esse ei qui custos sit futurus, ut ad iracundiam accedat philosopha indoles? Quî tandem? inquit; non enim intelligo. Etiam hoc, inquam, in canibus cognosces, in quo quidem dignum quoque est quod admiremur animal. Quale? Quod, quem viderit ignotum in eum saevit, nihil videlicet mali ante ab eo perpessus, quem vero notum, ei blanditur, etiamsi nihil umquam ab eo boni accepit; an nondum hoc admiratus es? Non sane, inquit, adhuc animum adverti; hoc autem illum facere constat. Iam vero scita videtur haec eius naturae affectio et vere philosopha. Quomodo tamdem? Quod, inquam, adspectum alia nulla re amicum et hostilem discernit nisi illius cognitione et huius ignoratione; iam quidni scientiae appetens sit quod intelligentia et ignoratione definiat proprium et alienum? Nullo id modo, inquit, fieri non potest. Iam vero, inquam, scientiae appetens

καὶ φιλόσοφον ταὐτόν. Ταὐτὸν γάρ, ἔφη. Οὐκοῦν θαῤῥοῦντες τιθῶμεν καὶ ἐν ἀνθρώπῳ, εἰ μέλλει πρὸς τοὺς οἰκείους καὶ γνωρίμους * πρᾶός τις ἔσεσθαι, φύσει *) φιλόσοφον καὶ φιλομαθῆ αὐτὸν δεῖν εἶναι; Τιθῶμεν, ἔφη. Φιλόσοφος δὴ καὶ C θυμοειδὴς καὶ ταχὺς καὶ ἰσχυρὸς ἡμῖν τὴν φύσιν ἔσται ὁ μέλλων καλὸς κἀγαθὸς ἔσεσθαι φύλαξ πόλεως; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Οὗτος μὲν δὴ ἂν οὕτως ὑπάρχοι. θρέψονται δὲ δὴ ἡμῖν οὗτοι καὶ παιδευθήσονται τίνα τρόπον; καὶ ἆρά τι προὔργου ἡμῖν ἐστιν αὐτὸ σκοποῦσι * πρὸς τὸ κατιδεῖν οὗπερ D ἕνεκα πάντα σκοποῦμεν, δικαιοσύνην τε καὶ ἀδικίαν, τίνα τρόπον ἐν πόλει γίγνεται; ἵνα μὴ ἐῶμεν ἱκανὸν λόγον ἢ συχνὸν διεξίωμεν. Καὶ ὁ τοῦ Γλαύκωνος ἀδελφός, Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, ἔγωγε προσδοκῶ προὔργου εἶναι εἰς τοῦτο ταύτην τὴν σκέψιν. Μὰ Δία, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Ἀδείμαντε, οὐκ ἄρα ἀφετέον, οὐδ' εἰ μακροτέρα τυγχάνει οὖσα. Οὐ γὰρ οὖν. Ἴθι οὖν, ὥσπερ ἐν μύθῳ μυθολογοῦντές τε καὶ σχολὴν ἄγοντες, λόγῳ παιδεύωμεν * τοὺς ἄνδρας. Ἀλλὰ χρή. E

rios, illiberalitatem cum avaritia et contemptionem arrogantem deorum atque hominum. Recte, inquit, dicis. Ne igitur, inquam, haec credamus nec finamus dicere, Thefeum Neptuni filium Pirithoumque a Iove ortum tam diras fuscepiffe rapinas, nec alium quempiam dei filium et heroa aggreffum effe ad horrenda impiaque facinora, qualia nunc mentiuntur de eis; immo vero cogamus poëtas ut aut dicant non horum fuiffe illa facinora, aut hos non fuiffe deorum filios, utrumque vero ne dicant, nec nobis conentur perfuadere pueris deos mala procreare et heroas hominibus nihilo meliores effe. nam, quod in praegreffis diximus, neque pia haec neque vera; probavimus enim a diis non poffe mala oriri. Quî poffent? Atque etiam audientibus nocitura; quivis enim fibimet ipfi ignofcet pravitatem fuam, perfuafus talia facere et feciffe etiam affines deis, Iovis propinquos,

quorum in Idae vertice
Iovis paterni furgit ara ad aethera,
Necdum deorum fanguis ipfis marcuit.

quocirca mittendae funt huiusmodi fabulae, ne magnam pueris noftris proclivitatem iniiciant ad improbitatem. Sane quidem, inquit.

Quaenam nobis, inquam, adhuc reliqua eft orationum fpecies definientibus quales habendae fint quales non? de diis enim quomodo oporteat dici expofitum eft, et de daemonibus et heroibus et rebus inferis. Sane quidem. Nonne etiam de hominibus ut exponatur relinquitur? Patet vero. Neque tamen poffumus, amice, hoc in praesentia conftituere. Cur? Quia arbitror nos dicturos effe et poëtas et oratores male loqui de hominibus in rebus graviffimis, effe quidem iniuftos, at felices multos, iuftos autem miferos, et prodeffe iniuriam facere, fi lateat, iuftitiam vero alienum effe bonum, proprium autem detrimentum; et haec quidem nos inter-

τὰ μὲν τοιαῦτα ἀπερεῖν λέγειν, τὰ δ' ἐναντία τούτων προστά-
ξειν ᾄδειν τε καὶ μυθολογεῖν· ἢ οὐκ οἴει; Εὖ μὲν οὖν, ἔφη,
οἶδα. Οὐκοῦν ἐὰν ὁμολογῇς ὀρθῶς με λέγειν, φήσω σε ὡμο-
λογηκέναι ἃ πάλαι ἐζητοῦμεν; Ὀρθῶς, ἔφη, ὑπέλαβες. * Οὐκ- C
οῦν περὶ ἀνθρώπων ὅτι τοιούτους δεῖ λόγους λέγεσθαι, τότε
διομολογησόμεθα ὅταν εὕρωμεν οἷόν ἐστι δικαιοσύνη καὶ ὡς
φύσει λυσιτελοῦν τῷ ἔχοντι, ἐάν τε δοκῇ ἐάν τε μὴ τοιοῦτος
εἶναι; Ἀληθέστατα, ἔφη. Τὰ μὲν δὴ λόγων πέρι ἐχέτω τέλος·
τὸ δὲ λέξεως, ὡς ἐγᾦμαι, μετὰ τοῦτο σκεπτέον, καὶ ἡμῖν ἅ τε
λεκτέον καὶ ὡς λεκτέον παντελῶς ἐσκέψεται.

Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Τοῦτο, ἦ δ' ὅς, οὐ μανθάνω ὅ τι λέ-
γεις. Ἀλλὰ μέντοι, * ἦν δ' ἐγώ, δεῖ γε. ἴσως οὖν τῇδε μᾶλ- D
λον εἴσει. ἆρ' οὐ πάντα ὅσα ὑπὸ μυθολόγων ἢ ποιητῶν λέγε-
ται, διήγησις οὖσα τυγχάνει ἢ γεγονότων ἢ ὄντων ἢ μελλόν-
των; Τί γάρ, ἔφη, ἄλλο; Ἆρα οὖν οὐχὶ ἤτοι ἁπλῇ διηγήσει
ἢ διὰ μιμήσεως γιγνομένῃ ἢ δι' ἀμφοτέρων περαίνουσιν; Καὶ
τοῦτο, ἦ δ' ὅς, ἔτι δέομαι σαφέστερον μαθεῖν. Γελοῖος, ἦν δ'
ἐγώ, ἔοικα διδάσκαλος εἶναι καὶ ἀσαφής. ὥςπερ οὖν οἱ ἀδύ-
νατοι λέγειν, οὐ κατὰ ὅλον, ἀλλ' * ἀπολαβὼν μέρος τι, πειρα- E
σομαί σοι ἐν τούτῳ δηλῶσαι ὃ βούλομαι. καί μοι εἰπέ· ἐπίστα-
σαι τῆς Ἰλιάδος τὰ πρῶτα, ἐν οἷς ὁ ποιητής φησι τὸν μὲν Χρύ-
σην δεῖσθαι τοῦ Ἀγαμέμνονος ἀπολῦσαι τὴν θυγατέρα, τὸν δὲ
χαλεπαίνειν, τὸν δέ, ἐπειδὴ οὐκ ἐτύγχανε, * κατεύχεσθαι τῶν 393
Ἀχαιῶν πρὸς τὸν θεόν; Ἔγωγε. Οἶσθ' οὖν ὅτι μέχρι μὲν τού-
των τῶν ἐπῶν

καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς,

Ἀτρείδα δὲ μάλιστα δύω, κοσμήτορε λαῶν

λέγει τε αὐτὸς ὁ ποιητής, καὶ οὐδ' ἐπιχειρεῖ ἡμῶν τὴν δια-
νοιαν ἄλλοσε τρέπειν, ὡς ἄλλος τις ὁ λέγων ἢ αὐτός· τὰ δὲ με-
τὰ ταῦτα * ὥςπερ αὐτὸς ὢν ὁ Χρύσης λέγει, καὶ πειρᾶται ἡμᾶς B
ὅτι μάλιστα ποιῆσαι μὴ Ὅμηρον δοκεῖν εἶναι τὸν λέγοντα, ἀλ-

dicturos esse ne loquantur, contraria vero eorum praecepturos ut et canant et narrent; an non arbitraris? Probe vero, inquit, scio. Nonne igitur si concesseris recte me loqui, dicam te concessisse quae dudum quaesiverimus? Recte, inquit, accepisti. Nonne de hominibus tales oportere orationes haberi tum inter nos conveniet quum invenerimus qualis sit iustitia et quomodo naturâ prosit ei qui eam habeat, sive videatur sive non videatur talis esse? Verissime, inquit. Iam de orationibus quam instituimus quaestio finem habeto; ratio vero dicendi, ut existimo, dein anquirenda; quo quidem facto et quae dicenda sint et quomodo dicenda plane exploraverimus.

Tum Adimantus, Hoc, inquit, non intelligo quid dicas. Oportet tamen, inquam. fortasse autem ita magis percipies. nonne omnia quae a fabularum narratoribus et poëtis dicuntur narrationes sunt rerum vel praeteritarum vel praesentium vel futurarum? Quid enim, inquit, aliud? Nonne vero vel simplice narratione vel imitando rem exprimente vel mixta utuntur? Hoc quoque, inquit, cupio etiam clarius perceptum. Ridiculus, inquam, videor praeceptor esse et obscurus. quemadmodum igitur qui non valent dicendo, non in universum, sed partem aliquam excerpens conabor tibi hac declarare quid velim. itaque mihi dic: nostin' Iliadis initium, in quo poëta narrat Chrysen petivisse ab Agamemnone ut manumitteret filiam, hunc vero excanduisse; quod quum ille non impetrasset, precatum esse a deo ut Achivorum iniuriam ulcisceretur? Ego vero. Nostin' igitur usque ad hos versus

omnesque orabat Achivos,
Maxime at Atridas ambos, reges populorum

ipsum loqui poëtam neque conari mentem nostram alio flectere ut alium quem existimet loqui quam ipsum; quae vero dein sequuntur quasi ipse sit Chryses narrat et conatur quam maxime potest efficere ut non Home-

λα τὸν ἱερέα, πρεσβύτην ὄντα. καὶ τὴν ἄλλην δὴ πᾶσαν σχεδόν
τι οὕτω πεποίηται διήγησιν περί τε τῶν ἐν Ἰλίῳ καὶ περὶ τῶν
ἐν Ἰθάκῃ καὶ ὅλῃ Ὀδυσσείᾳ παθημάτων. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη.
Οὐκοῦν διήγησις μέν ἐστι, καὶ ὅταν τὰς ῥήσεις ἑκάστοτε λέγῃ
καὶ ὅταν τὰ μεταξὺ τῶν ῥήσεων; Πῶς γὰρ οὔ; Ἀλλ' ὅταν γέ
τινα λέγῃ ῥῆσιν ὥς τις * ἄλλος ὤν, ἆρ' οὐ τότε ὁμοιοῦν αὐ- C
τὸν φήσομεν ὅτι μάλιστα τὴν αὑτοῦ λέξιν ἑκάστῳ ὃν ἂν προεί-
πῃ ὡς ἐροῦντα; Φήσομεν· τί γάρ; *) Οὐκοῦν τό γε ὁμοιοῦν
ἑαυτὸν ἄλλῳ, ἢ κατὰ φωνὴν ἢ κατὰ σχῆμα, μιμεῖσθαί ἐστιν
ἐκεῖνον ᾧ ἄν τις ὁμοιοῖ; Τί μήν; Ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ, ὡς ἔοι-
κεν, οὗτός τε καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταὶ διὰ μιμήσεως τὴν διήγησιν
ποιοῦνται. Πάνυ μὲν οὖν. Εἰ δέ γε μηδαμοῦ ἑαυτὸν ἀπο-
κρύπτοιτο ὁ ποιητής, πᾶσα ἂν αὐτῷ ἄνευ μιμήσεως ἡ ποίησίς
τε καὶ διήγησις γεγονυῖα εἴη. * ἵνα δὲ μὴ εἴπῃς ὅτι οὐκ αὖ D
μανθάνεις, ὅπως ἂν τοῦτο γένοιτο, ἐγὼ φράσω. εἰ γὰρ Ὅμη-
ρος εἰπὼν ὅτι ἦλθεν ὁ Χρύσης τῆς τε θυγατρὸς λύτρα φέρων
καὶ ἱκέτης τῶν Ἀχαιῶν, μάλιστα δὲ τῶν βασιλέων, μετὰ τοῦτο
μὴ ὡς Χρύσης γενόμενος ἔλεγεν, ἀλλ' ἔτι ὡς Ὅμηρος, οἶσθ'
ὅτι οὐκ ἂν μίμησις ἦν, ἀλλ' ἁπλῆ διήγησις· εἶχε δ' ἂν ὧδέ
πως (φράσω δὲ ἄνευ μέτρου· οὐ γάρ εἰμι ποιητικός)· ἐλθὼν
ὁ ἱερεὺς εὔχετο * ἐκείνοις μὲν τοὺς θεοὺς δοῦναι ἑλόντας τὴν E
Τροίαν αὐτοὺς σωθῆναι, τὴν δὲ θυγατέρα οἱ λῦσαι δεξαμένους
ἄποινα καὶ τὸν θεὸν αἰδεσθέντας. τοιαῦτα **) δὲ εἰπόντος
αὐτοῦ οἱ μὲν ἄλλοι ἐσέβοντο καὶ ξυνῄνουν, ὁ δὲ Ἀγαμέμνων
ἠγρίαινεν ἐντελλόμενος νῦν τε ἀπιέναι καὶ αὖθις μὴ ἐλθεῖν,
μὴ αὐτῷ τό τε σκῆπτρον καὶ τὰ τοῦ θεοῦ στέμματα οὐκ ἐπαρ-
κέσοι ***)· πρὶν δὲ λυθῆναι αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, ἐν Ἄργει ἔφη γη-
ράσειν μετὰ οὗ· ἀπιέναι δὲ ἐκέλευε καὶ μὴ ἐρεθίζειν †), ἵνα
σῶς οἴκαδε ἔλθοι. * ὁ δὲ πρεσβύτης ἀκούσας ἔδεισέ τε καὶ ἀ- 394
πῄει σιγῇ, ἀποχωρήσας δ' ἐκ τοῦ στρατοπέδου πολλὰ τῷ Ἀπόλ-

---

*) γρ. τί γὰρ οὔ;

**) ἄλλ. ταῦτα.

***) ἄλλ. ἐπαρκέσειε.

†) ἴσ. μὴ ἐρεθίζειν.

rum censeamus esse eum qui loquatur, sed sacerdotem, aetate provectum. et reliquam quoque omnem propemodum ita finxit narrationem de rebus ad Ilium et in Ithaca universaque Odyssea gestis. Sane quidem, inquit. Nonne narratio est tam, quotiescumque orationes memorat, quam quum quae inter orationes interiecta sunt profert? Quidni? At quando orationem aliquam habet quasi alius sit, nonne tum dicemus quam maxime possit suam ipsum orationem ad cuiusque similitudinem fingere quem praedixerit loquuturum esse? Dicemus: quidni? Nonne vero ad similitudinem alterius vel vocem vel gestum fingere imitari est illum ad cuius similitudinem aliquis se fingit? Quidni? Hac igitur in causa, ut patet, et hic et reliqui poëtae imitatione narrationem explicant. Sane quidem. Sin vero nusquam se ipsum occultabit poëta, universa eius et poësis et narratio ab imitatione seiuncta erit. ne autem dicas te rursus non intelligere quomodo hoc fiat, ego explicabo. etenim si Homerus quum narrasset venisse Chrysen ad filiam redimendam munera afferentem et supplicasse Achivis, praesertim regibus, deinde non tamquam Chryses loquutus esset, sed adhuc Homerus, scis non imitationem hoc fore, sed simplicem narrationem; haberet autem ita fere (dicam vero sine versibus; neque enim sum poëta): sacerdos quum venisset precatus est ut illi diis iuvantibus Troiam caperent salvique conservarentur, filiam autem ipsi dimitterent accipientes munera deumque verentes. quae quum dixisset ille, reliqui quidem venerati sunt atque approbarunt, Agamemnon autem succensuit iubens eum abire nec rursus venire; aliter fore ut sceptrum deique infulae nihil eum tutarentur; prius vero quam eius filia dimitteretur futurum esse dixit ut Argis apud ipsum senesceret; abire autem eum iussit neque ipsum irritare, ut salvus domum reverti posset. quae quum sacerdos audisset horruit tacitusque discessit, profectus vero e castris multa Apollinem precatus est, co-

λωνι εὔχετο, τάς τε ἐπωνυμίας τοῦ θεοῦ ἀνακαλῶν καὶ ὑπομιμνήσκων καὶ ἀπαιτῶν, εἴ τι πώποτε ἢ ἐν ναῶν οἰκοδομήσεσιν ἢ ἐν ἱερῶν θυσίαις κεχαρισμένον δωρήσαιτο· ὧν δὴ χάριν κατεύχετο τῖσαι τοὺς Ἀχαιοὺς τὰ ἃ δάκρυα τοῖς ἐκείνου βέλεσιν. Οὕτως, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὦ ἑταῖρε, ἄνευ * μιμήσεως ἁπλῆ διήγησις B γίγνεται. Μανθάνω, ἔφη. Μάνθανε τοίνυν, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὅτι ταύτης αὖ ἐναντία γίγνεται, ὅταν τις τὰ τοῦ ποιητοῦ τὰ μεταξὺ τῶν ῥήσεων ἐξαιρῶν τὰ ἀμοιβαῖα καταλείπῃ. Καὶ τοῦτο, ἔφη, μανθάνω, ὅτι ἔστι τὸ περὶ τὰς τραγῳδίας τοιοῦτον. Ὀρθότατα, ἔφην, ὑπέλαβες, καὶ οἶμαί σοι ἤδη δηλοῦν ὃ ἔμπροσθεν οὐχ οἷός τ᾽ ἦ, ὅτι τῆς ποιήσεώς τε καὶ μυθολογίας ἡ μὲν διὰ μιμήσεως * ὅλη ἐστίν, ὥσπερ σὺ λέγεις, τραγῳδία τε καὶ C κωμῳδία, ἡ δὲ δι᾽ ἀπαγγελίας αὐτοῦ τοῦ ποιητοῦ (εὕροις δ᾽ ἂν αὐτὴν μάλιστά που ἐν διθυράμβοις), ἡ δ᾽ αὖ δι᾽ ἀμφοτέρων ἔν τε τῇ τῶν ἐπῶν ποιήσει, πολλαχοῦ δὲ καὶ ἄλλοθι, εἴ μου *) μανθάνεις. Ἀλλὰ ξυνίημι, ἔφη, ὃ τότε ἐβούλου λέγειν. Καὶ τὸ πρὸ τούτου δὴ ἀναμνήσθητι, ὅτι ἔφαμεν, ἃ μὲν λεκτέον, ἤδη εἰρῆσθαι, ὡς δὲ λεκτέον, ἔτι σκεπτέον εἶναι. Ἀλλὰ μέμνημαι. Τοῦτο τοίνυν αὐτὸ ἦν ὃ ἔλεγον, * ὅτι χρείη διομολογήσασθαι, D πότερον ἐάσομεν τοὺς ποιητὰς μιμουμένους ἡμῖν τὰς διηγήσεις ποιεῖσθαι, ἢ τὰ μὲν μιμουμένους, τὰ δὲ μή, καὶ ὁποῖα ἑκάτερα, ἢ οὐδὲ μιμεῖσθαι. Μαντεύομαι, ἔφη, σκοπεῖσθαί σε εἴτε παραδεξόμεθα τραγῳδίαν τε καὶ κωμῳδίαν εἰς τὴν πόλιν εἴτε καὶ οὔ. Ἴσως, ἦν δ᾽ ἐγώ, καὶ πλείω ἔτι τούτων· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγέ πω οἶδα, ἀλλ᾽ ὅπῃ ἂν ὁ λόγος ὥσπερ πνεῦμα φέρῃ, ταύτῃ ἰτέον. Καὶ καλῶς γ᾽, ἔφη, λέγεις. * Τόδε τοίνυν, ὦ E Ἀδείμαντε, ἄθρει, πότερον μιμητικοὺς ἡμῖν δεῖ εἶναι τοὺς φύλακας ἢ οὔ. ἢ καὶ τοῦτο τοῖς ἔμπροσθεν ἕπεται, ὅτι εἷς ἕκαστος ἓν μὲν ἂν ἐπιτήδευμα καλῶς ἐπιτηδεύοι, πολλὰ δ᾽ οὔ, ἀλλ᾽ εἰ τοῦτο ἐπιχειροῖ, πολλῶν ἐφαπτόμενος πάντων **) ἀποτυγχάνοι ἂν ὥστ᾽ εἶναί που ἐλλόγιμος; Τί δ᾽ οὐ μέλλει; Οὐκοῦν καὶ περὶ μιμήσεως ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι πολλὰ ὁ αὐτὸς μιμεῖσθαι εὖ ὥσπερ ἓν οὐ δυνατός; Οὐ γὰρ οὖν. Σχολῇ ἄρα

---

*) γρ. μοι.
**) ἴσ. πάντως.

gnomina dei memorans admonensque et reposcens, si quid umquam in templis erigendis hostiisque immolandis grati obtulisset; quorum videlicet gratia precatus est ut in Achivis lacrimas ipsius sagittis suis vindicaret. Ita, inquam, amice, sine imitatione simplex narratio exsistit. Intelligo, inquit. Intellige igitur, inquam, huius rursus contrariam exsistere, si quis poëtae verba inter orationes interiecta eximens sermones relinquat. Etiam hoc, inquit, intelligo, usu venire id in tragoediis. Rectissime, inquam, accepisti, et arbitror me tibi iam declarare posse quod ante non poteram, poësin et fabularum narrationem partim in imitatione totam versari, quemadmodum tu dicis, tragoediam et comoediam, partim in expositione ipsius poëtae (invenies autem hanc maxime in dithyrambis), partim in utraque, ut in epica poësi multisque aliis, si me capis. Sane perspicio, inquit, quod tum volebas dicere. Et eius quod praecessit recordare nos dixisse, quae dicenda essent, iam expositum esse, quomodo vero dicenda, adhuc esse explorandum. Sane recordor. Hoc igitur ipsum est quod dixi inter nos conveniret necesse esse, utrum sinamus poëtas imitantes nobis narrationes explicare, an partim imitantes partim non, et qualia utraque, an nec imitari. Coniicio, inquit, te quaerere an recipiamus tragoediam et comoediam in urbem necne. Fortasse, inquam, his etiam plura; necdum enim ego scio, sed quo oratio tamquam ventus ducit, eo eundum. Et praeclare quidem, inquit, dicis. Hoc igitur, Adimante, specta, utrum imitatores nobis oporteat esse custodes necne. an etiam hoc e praegressis sequitur, unumquemque unum vitae studium bene esse exerciturum, plura vero non, sed, si hoc aggressus fuerit, multa attingentem omnium minime id consequuturum esse ut usquam nomen habeat? Quidni sequatur istud? Nonne etiam imitationis eadem est ratio, ut idem multa imitari bene, sicut unum, nequeat? Eadem vero. Vix igitur exercebit studium ali-

ἐπιτηδεύσει * τέ τι *) ἅμα τῶν ἀξίων λόγου ἐπιτηδευμάτων καὶ 395
πολλὰ μιμήσεται καὶ ἔσται μιμητικός, ἐπεί που οὐδὲ τὰ δοκοῦν-
τα ἐγγὺς ἀλλήλων εἶναι δύο μιμήματα δύνανται οἱ αὐτοὶ ἅμα
εὖ μιμεῖσθαι, οἷον κωμῳδίαν καὶ τραγῳδίαν ποιοῦντες· ἢ οὐ
μιμήματε ἄρτι τούτω ἐκάλεις; Ἔγωγε, καὶ ἀληθῆ γε **) λέγεις
ὅτι οὐ δύνανται οἱ αὐτοί. Οὐδὲ μὴν ῥαψῳδοί γε καὶ ὑποκρι-
ταὶ ἅμα. Ἀληθῆ. Ἀλλ' οὐδέ τοι ὑποκριταὶ κωμῳδοῖς τε καὶ
τραγῳδοῖς * οἱ αὐτοί· πάντα δὲ ταῦτα μιμήματα· ἢ οὔ; Μιμή- B
ματα. Καὶ ἔτι γε τούτων, ὦ Ἀδείμαντε, φαίνεταί μοι εἰς σμι-
κρότερα κατακεκερματίσθαι ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις, ὥστ' ἀδύ-
νατος εἶναι πολλὰ καλῶς μιμεῖσθαι ἢ αὐτὰ ἐκεῖνα πράττειν ὧν
δὴ καὶ τὰ μιμήματά ἐστιν ἀφομοιώματα. Ἀληθέστατα, ἦ δ'
ὅς. Εἰ ἄρα τὸν πρῶτον λόγον διασώσομεν, τοὺς φύλακας ἡμῖν
τῶν ἄλλων πασῶν δημιουργιῶν ἀφειμένους δεῖν εἶναι δημιουρ-
γοὺς * ἐλευθερίας τῆς πόλεως πάνυ ἀκριβεῖς καὶ μηδὲν ἄλλο
ἐπιτηδεύειν ὅ τι μὴ εἰς τοῦτο φέρει, οὐδὲν δὴ δέοι ἂν αὐτοὺς
ἄλλο πράττειν οὐδὲ μιμεῖσθαι· ἐὰν δὲ μιμῶνται, μιμεῖσθαι τὰ
τούτοις προσήκοντα εὐθὺς ἐκ παίδων, ἀνδρείους, σώφρονας,
ὁσίους, ἐλευθέρους καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, τὰ δ' ἀνελεύθερα
μήτε ποιεῖν μήτε δεινοὺς εἶναι μιμήσασθαι, μηδ' ἄλλο μηδὲν
τῶν αἰσχρῶν, ἵνα μὴ ἐκ τῆς μιμήσεως τὸ ***) εἶναι ἀπολαύ-
σωσιν· ἢ οὐκ ᾔσθησαι * ὅτι αἱ μιμήσεις, ἐὰν ἐκ νέων πόῤῥω D
διατελέσωσιν, εἰς ἔθη τε καὶ φύσιν καθίστανται καὶ κατὰ σῶμα
καὶ φωνὰς καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς. Οὐ
δὴ ἐπιτρέψομεν, ἦν δ' ἐγώ, ὧν φαμὲν κήδεσθαι καὶ δεῖν αὐ-
τοὺς ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι, γυναῖκα μιμεῖσθαι ἄνδρας ὄν-
τας, ἢ νέαν ἢ πρεσβυτέραν, ἢ ἀνδρὶ λοιδορουμένην ἢ πρὸς
θεοὺς ἐρίζουσάν τε καὶ μεγαλαυχουμένην, οἰομένην εὐδαίμονα
εἶναι, ἢ ἐν ξυμφοραῖς τε καὶ πένθεσι * καὶ θρήνοις ἐχομένην· E
κάμνουσαν δὲ ἢ ἐρῶσαν ἢ ὠδίνουσαν, πολλοῦ καὶ δεήσομεν.
Παντάπασι μὲν οὖν, ἦ δ' ὅς. Οὐδέ γε δούλας τε καὶ δούλους
πράττοντας ὅσα δούλων. Οὐδὲ τοῦτο. Οὐδέ γε ἄνδρας κα-
κούς, ὡς ἔοικε, δειλούς τε καὶ τἀναντία πράττοντας ὧν νῦν δὴ
εἴπομεν, κακηγοροῦντάς τε καὶ κωμῳδοῦντας ἀλλήλους καὶ

---

*) γρ. γέ τι. **) γρ. καὶ ἀληθῆ. ***) γρ. τοῦ.

quod praestans simulque multa imitabitur eritque imitandi peritus, quum nec quae propinqua videantur imitandi genera duo possint iidem simul bene exercere, velnti comoediam et tragoediam facientes; an non imitationes modo has nuncupasti? Equidem, et vere quidem dicis non posse eosdem. Neque etiam recitatores et actores simul. Vere. Ne actores quidem comicis et tragicis iidem: omnia vero haec imitationes; an non? Imitationes. Etiam minutiores in partes, Adimante, videtur mihi discerpta esse hominis natura, ut nequeat multa bene imitari vel ea ipsa facere quorum similitudines sunt imitationes. Verissime, inquit. Quodsi primam orationem servabimus, custodes nobis reliquis omnibus operibus posthabitis debere esse opifices libertatis civium perfectos neque aliud quid colere nisi quod illuc ducat, nihil eos oportebit aliud facere neque imitari; si vero imitentur, imitari quae his conveniant statim a pueris, fortes, temperantes, pios, liberos omniaque generis eiusdem, illiberalia vero neque facere neque posse imitari, neque aliud quid turpe, ut ne ex imitatione hoc percipiant ut ipsi tales evadant; an non animadvertis imitationes, si inde a pueritia longius producantur, in mores ac naturam recipi et ad corpus et ad voces et ad animum? Sane quidem, inquit. Non ergo permittemus, inquam, eis quos dicimus nobis curae esse et oportere viros bonos exsistere, ut mulierem imitentur quum viri sint, vel iuvenem vel seniorem, vel viro maledicentem vel cum diis rixantem seque iactantem, quum putet se felicem esse, vel calamitatibus, luctibus et lamentationibus afflictam; aegrotantem vero vel amantem vel partus doloribus tentatam, etiam longe aberit ut permittamus. Prorsus ita habet, inquit. Neque etiam servas et servos facientes quae servorum sunt. Nec hoc. Neque etiam viros pravos, ut patet, ignavos et contraria facientes eorum quae modo memoravimus, maledicentes, inter se irridentes et turpia loquentes, ebrios vel etiam

αἰσχρολογοῦντας, μεθύοντας ἢ καὶ * νήφοντας, ἢ καὶ ἄλλα 396
ὅσα οἱ τοιοῦτοι καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις ἁμαρτάνουσιν εἰς
αὑτούς τε καὶ εἰς ἄλλους. οἶμαι δ' οὐδὲ μαινομένοις ἐθιστέον
ἀφομοιοῦν αὑτοὺς ἐν λόγοις οὐδ' ἐν ἔργοις· γνωστέον μὲν
γὰρ καὶ μαινομένους καὶ πονηροὺς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας,
ποιητέον δ' οὐδὲν τούτων οὐδὲ μιμητέον. Ἀληθέστατα, ἔφη.
Τί δ', ἦν δ' ἐγώ, χαλκεύοντας ἤ τι ἄλλο δημιουργοῦντας, ἢ
ἐλαύνοντας τριήρεις ἢ κελεύοντας τούτοις ἤ τι ἄλλο τῶν περὶ
* ταῦτα μιμητέον; Καὶ πῶς, ἔφη, οἷς γε οὐδὲ προςέχειν τὸν B
νοῦν τούτων οὐδενὶ ἐξέσται; Τί δέ; ἵππους χρεμετίζοντας καὶ
ταύρους μυκωμένους καὶ ποταμοὺς ψοφοῦντας καὶ θάλατταν
κτυποῦσαν καὶ βροντὰς καὶ πάντα αὖ τὰ τοιαῦτα ἦ μιμήσονται; Ἀλλ' ἀπείρηται αὐτοῖς, ἔφη, μήτε μαίνεσθαι μήτε μαινομένοις ἀφομοιοῦσθαι. Εἰ ἄρ', ἦν δ' ἐγώ, μανθάνω ἃ σὺ
λέγεις, ἔστι τι εἶδος λέξεώς τε καὶ διηγήσεως ἐν ᾧ ἂν διηγοῖτο
ὁ τῷ ὄντι καλὸς * κἀγαθός, ὁπότε τι δέοι αὐτὸν λέγειν, καὶ C
ἕτερον αὖ ἀνόμοιον τούτῳ εἶδος οὗ ἂν ἔχοιτο ἀεὶ καὶ ἐν ᾧ διηγοῖτο ὁ ἐναντίως ἐκείνῳ φύς τε καὶ τραφείς. Ποῖα δή, ἔφη,
ταῦτα; Ὁ μέν μοι δοκεῖ, ἦν δ' ἐγώ, μέτριος ἀνήρ, ἐπειδὰν
ἀφίκηται ἐν τῇ διηγήσει ἐπὶ λέξιν τινὰ ἢ πρᾶξιν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ,
ἐθελήσειν ὡς αὐτὸς ὢν ἐκεῖνος ἀπαγγέλλειν καὶ οὐκ αἰσχυνεῖσθαι ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ μιμήσει, μάλιστα μὲν μιμούμενος τὸν ἀγαθὸν ἀσφαλῶς τε καὶ ἐμφρόνως * πράττοντα, ἐλάττω δὲ καὶ D
ἧττον *) ἢ ὑπὸ νόσων ἢ ὑπὸ ἐρώτων ἐσφαλμένον ἢ καὶ ὑπὸ
μέθης ἤ τινος ἄλλης ξυμφορᾶς· ὅταν δὲ γίγνηται κατά τινα
ἑαυτοῦ ἀνάξιον, οὐκ ἐθελήσειν σπουδῇ ἀπεικάζειν ἑαυτὸν τῷ
χείρονι, εἰ μὴ ἄρα κατὰ βραχύ, ὅταν τι χρηστὸν ποιῇ, ἀλλ'
αἰσχυνεῖσθαι, ἅμα μὲν ἀγύμναστος ὢν τοῦ μιμεῖσθαι τοὺς
τοιούτους, ἅμα δὲ καὶ δυςχεραίνων αὑτὸν ἐκμάττειν τε καὶ
* ἐνιστάναι εἰς τοὺς τῶν κακιόνων τύπους, ἀτιμάζων τῇ διανοίᾳ, E
ὅ τι μὴ παιδιᾶς χάριν. Εἰκός, ἔφη. Οὐκοῦν διηγήσει χρήσεται
οἵᾳ **) ἡμεῖς ὀλίγον πρότερον διήλθομεν περὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου

---

*) ἴσ. ἔλαττον δὲ τὸν ἧττω, ἤ κτλ.
**) γρ. οἵαν.

sobrios, vel alia quae eiusmodi homines verbis et re tam inter se quam in alios peccant. arbitror vero nec in eam ipsos consuetudinem se adducere oportere ut insanientes verbis vel re exprimant; cognoscendi quidem sunt insanientes et improbi viri ac mulieres, nihil vero horum faciendum nec exprimendum. Verissime, inquit. Quid vero, inquam, ferrum tractantes vel aliud quid fabricantes vel navem remis impellentes vel his moderantes vel aliud quid id genus imitando exprimendum? At qui, inquit, quum illis nec animum advertere ad ullam harum rerum liceat? Quid vero? equos hinnientes et tauros mugientes et fluvios strepentes et mare frementes et tonitrua et omnia eiusdem generis num imitabuntur? At interdictum illis, inquit, ne insaniant neque insanientes assimilent. Iam si, inquam, capio quae tu dicis, est species quaedam dicendi et narrandi qua utetur vere honestus ac bonus, si quid ipsum oportet dicere; et alia dissimilis illius species, ad quam adhaerescet et in qua narrabit is qui contra atque ille natus et educatus fuerit. Quaenam, inquit, hae? Videtur mihi, inquam, modestus vir, quando venerit in narratione ad orationem aliquam vel actionem viri boni, libenter ita eam relaturus esse ac si ipse ille sit, nec fore ut ipsum pudeat huiusmodi imitationis, maxime quidem, si imitetur bonum constanter ac prudenter agentem, rarius vero et minus, si virum imitetur morbis vel amoribus prostratum vel etiam temulentia aliave aliqua calamitate; quando vero perrexerit ad hominem ipso indignum, fore arbitror ut serio nolit assimilare deteriorem, nisi forte breve ad tempus, si quid probi faciat, sed ipsum pudeat, quippe qui exercitatus non sit in huiusmodi hominibus imitandis, simulque gravetur sese exprimere atque induere in peiorum formas, mente eas despiciens, nisi si forte per ludum et iocum eas admittit. Patet vero, inquit. Nonne igitur narratione utetur qualem nos paullo ante exposuimus in Homeri versibus, et erit

ἔπη, καὶ ἔσται αὐτοῦ ἡ λέξις μετέχουσα μὲν ἀμφοτέρων, μιμήσεώς τε καὶ τῆς ἄλλης διηγήσεως, σμικρὸν δέ τι μέρος *) ἐν πολλῷ λόγῳ τῆς διηγήσεως; ἢ οὐδὲν λέγω; Καὶ μάλα, ἔφη, οἷόν γε ἀνάγκη τὸν τύπον εἶναι τοῦ τοιούτου ῥήτορος. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὁ μὴ * τοιοῦτος αὖ, ὅσῳ ἂν φαυλότερος ᾖ, πάντα 397 τε μᾶλλον διηγήσεται καὶ οὐδὲν ἀνάξιον ἑαυτοῦ οἰήσεται εἶναι, ὥςτε πάντα ἐπιχειρήσει μιμεῖσθαι σπουδῇ τε καὶ ἐναντίον πολλῶν, καὶ ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, βροντάς τε καὶ ψόφους ἀνέμων τε καὶ χαλαζῶν καὶ ἀξόνων καὶ τροχιλίων καὶ σαλπίγγων καὶ αὐλῶν καὶ συρίγγων καὶ πάντων ὀργάνων φωνάς, καὶ ἔτι κυνῶν καὶ προβάτων καὶ ὀρνέων φθόγγους, καὶ ἔσται δὴ ἡ τούτου λέξις ἅπασα διὰ * μιμήσεως φωναῖς τε καὶ σχήμασιν, B ἢ σμικρόν τι διηγήσεως ἔχουσα; Ἀνάγκη, ἔφη, καὶ τοῦτο. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἔλεγον τὰ δύο εἴδη τῆς λέξεως. Καὶ γάρ ἔστιν, ἔφη. Οὐκοῦν αὐτοῖν τὸ μὲν σμικρὰς τὰς μεταβολὰς ἔχει, καὶ ἐάν τις ἀποδιδῷ πρέπουσαν ἁρμονίαν καὶ ῥυθμὸν τῇ λέξει, ὀλίγου πρὸς τὴν αὐτὴν ἀεὶ γίγνεται λέγειν τῷ ὀρθῶς λέγοντι καὶ ἐν μιᾷ ἁρμονίᾳ (σμικραὶ γὰρ αἱ μεταβολαί), καὶ δὴ καὶ **) ἐν ῥυθμῷ ὡσαύτως * παραπλησίῳ τινί. Κομιδῇ C μὲν οὖν, ἔφη, οὕτως ἔχει. Τί δέ; τὸ τοῦ ἑτέρου εἶδος οὐ τῶν ἐναντίων δεῖται, πασῶν μὲν ἁρμονιῶν, πάντων δὲ ῥυθμῶν, εἰ μέλλει αὖ οἰκείως λέγεσθαι, διὰ τὸ παντοδαπὰς μορφὰς τῶν μεταβολῶν ἔχειν; Σφόδρα γε ***) οὕτως ἔχει. Ἆρ' οὖν πάντες οἱ ποιηταὶ καὶ οἵ τι λέγοντες ἢ τῷ ἑτέρῳ τούτων ἐπιτυγχάνουσι τύπῳ τῆς λέξεως ἢ τῷ ἑτέρῳ ἢ ἐξ ἀμφοτέρων τινὶ ξυγκεραννύντες; Ἀνάγκη, ἔφη. * Τί οὖν ποιήσομεν; ἦν δ' D ἐγώ· πότερον εἰς τὴν πόλιν πάντας τούτους παραδεξόμεθα, ἢ τῶν ἀκράτων τὸν ἕτερον, ἢ τὸν κεκραμένον; Ἐὰν ἡ ἐμή, ἔφη, νικᾷ, τὸν τοῦ ἐπιεικοῦς μιμητὴν τὸν ἄκρατον. Ἀλλὰ μήν, ὦ Ἀδείμαντε, ἡδύς γε καὶ ὁ κεκραμένος, πολὺ δὲ ἥδιστος παισί τε καὶ παιδαγωγοῖς ὁ ἐναντίος οὗ σὺ αἱρεῖ, καὶ τῷ πλείστῳ ὄχλῳ. Ἥδιστος γάρ. Ἀλλ' ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, οὐκ ἂν αὐτὸν ἁρμόττειν φαίης τῇ ἡμετέρᾳ πολιτείᾳ, ὅτι * οὐκ ἔστι E

---

*) ἄλλ. μέρος μιμήσεως. **) ἄλλ. καὶ δὴ ἐν ῥ.
***) ἄλλ. Καὶ σφόδρα γε.

ipsius dicendi ratio particeps quidem utriusque, imitationis reliquaeque narrationis, exiguam vero partem habebit imitationis in longa orationis explicatione; an nihil dico? Sane quidem, inquit, qualem oportet formam esse huius oratoris. Nonne igitur, inquam, qui non est talis, quo vilior est, eo magis omnia narrabit neque quicquam se indignum existimabit esse, ita ut omnia conaturus sit imitari serio et coram multis, et quae supra memoravimus, tonitrua et strepitus ventorum et grandinum et axium et trochlearum et tubarum et tibiarum et fistularum omniumque instrumentorum sonos, praeterea canum et pecudum et avium voces, et erit quidem huius oratio universa imitatio per voces et gestus, vel paullum quid narrationis habebit? Necesse, inquit, hoc quoque. Has igitur, inquam, dixi duas dicendi species. Sunt vero etiam, inquit. Nonne una earum exiguas habet mutationes, et si quis tribuat convenientem harmoniam ac numerum orationi, paene ad eandem semper rationem licet dicere recte dicenti et in una harmonia (exiguae enim mutationes), atque in numero similiter aequali aliquo. Sane quidem, inquit, res se sic habet. Quid vero? alterius species nonne contrariis indiget, omnibus harmoniis omnibusque numeris, si futurum est ut item proprie explicetur, propterea quod omnes habet mutationum formas? Prorsus res sic habet. Nonne vero omnes poëtae et quicumque aliquid dicunt vel alteram harum attingunt dicendi formarum vel alteram vel ex utrisque quandam conflatam? Necesse est, inquit. Quid igitur faciemus? inquam: utrum in urbem omnes has recipiemus, an simplicium alteram, an conflatam? Si mea, inquit, sententia obtinet, modesti imitatorem simplicem. Attamen, Adimante, suavis quidem etiam mixtus, longe vero suavissimus pueris et paedagogis contrarius eius quem tu eligis, et maximae hominum turbae. Suavissimus vero. Forsitan autem, inquam, non convenire ipsum dixeris nostrae civitati,

διπλοῦς ἀνὴρ παρ' ἡμῖν ουδὲ πολλαπλοῦς, ἐπειδὴ ἕκαστος ἓν
πράττει. Οὐ γὰρ οὖν ἁρμόττει. Οὐκοῦν διὰ ταῦτα ἐν μόνῃ
τῇ τοιαύτῃ πόλει τόν τε σκυτοτόμον σκυτοτόμον εὑρήσομεν καὶ
οὐ κυβερνήτην πρὸς τῇ σκυτοτομίᾳ, καὶ τὸν γεωργὸν γεωργὸν
καὶ οὐ δικαστὴν πρὸς τῇ γεωργίᾳ, καὶ τὸν πολεμικὸν πολεμι-
κὸν καὶ οὐ χρηματιστὴν πρὸς τῇ πολεμικῇ, καὶ πάντας οὕτως;
Ἀληθῆ, ἔφη. Ἄνδρα δή, ὡς ἔοικε, δυνάμενον * ὑπὸ σοφίας 398
παντοδαπὸν γίγνεσθαι καὶ μιμεῖσθαι πάντα χρήματα, εἰ ἡμῖν
ἀφίκοιτο εἰς τὴν πόλιν αὐτός τε καὶ τὰ ποιήματα βουλόμενος
ἐπιδείξασθαι, προσκυνοῖμεν ἂν αὐτὸν ὡς ἱερὸν καὶ θαυμαστὸν
καὶ ἡδύν, εἴποιμεν δ' ἂν ὅτι οὐκ ἔστι τοιοῦτος ἀνὴρ ἐν τῇ
πόλει παρ' ἡμῖν οὐδὲ θέμις ἐγγενέσθαι, ἀποπέμποιμέν τε ἂν
εἰς ἄλλην πόλιν μύρον κατὰ τῆς κεφαλῆς καταχέαντες καὶ ἐρίῳ
στέψαντες, αὐτοὶ δ' ἂν τῷ αὐστηροτέρῳ καὶ ἀηδεστέρῳ ποιητῇ
χρῴμεθα * καὶ μυθολόγῳ ὠφελείας ἕνεκα, ὃς ἡμῖν τὴν τοῦ B
ἐπιεικοῦς λέξιν μιμοῖτο καὶ τὰ λεγόμενα λέγοι ἐν ἐκείνοις τοῖς
τύποις οἷς κατ' ἀρχὰς ἐνομοθετησάμεθα, ὅτε τοὺς στρατιώτας
ἐπεχειροῦμεν παιδεύειν. Καὶ μάλ', ἔφη, οὕτως ἂν ποιοῖμεν,
εἰ ἐφ' ἡμῖν εἴη. Νῦν δή *), εἶπον ἐγώ, ὦ φίλε, κινδυνεύει
ἡμῖν τῆς μουσικῆς τὸ περὶ λόγους τε καὶ μύθους παντελῶς
διαπεπεράνθαι· ἅ τε γὰρ λεκτέον καὶ ὡς λεκτέον εἴρηται. Καὶ
αὐτῷ μοι δοκεῖ, ἔφη. Οὐκοῦν μετὰ * τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, τὸ C
περὶ ᾠδῆς τρόπου καὶ μελῶν λοιπόν; Δῆλα δή. Ἆρ' οὖν οὐ
πᾶς ἤδη ἂν εὕροι ἃ ἡμῖν λεκτέον περὶ αὐτῶν, οἷα **) δεῖ
εἶναι, εἴπερ μέλλομεν τοῖς προειρημένοις ξυμφωνήσειν;

Καὶ ὁ Γλαύκων ἐπιγελάσας, Ἐγὼ τοίνυν, ἔφη, ὦ Σώ-
κρατες, κινδυνεύω ἐκτὸς τῶν πάντων ***) εἶναι· οὔκουν ἱκα-
νῶς γε ἔχω ἐν τῷ παρόντι ξυμβαλέσθαι ποῖ' ἄττα δεῖ ἡμᾶς
λέγειν, ὑποπτεύω μέντοι. Πάντως δήπου, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον
μὲν τόδε ἱκανῶς ἔχεις λέγειν, * ὅτι τὸ μέλος ἐκ τριῶν ἐστὶ D
ξυγκείμενον, λόγου τε καὶ ἁρμονίας καὶ ῥυθμοῦ. Ναί, ἔφη,
τοῦτό γε. Οὐκοῦν, ὅσον γε αὐτοῦ λόγος ἐστίν, οὐδὲν δήπου
διαφέρει τοῦ μὴ ᾀδομένου λόγου πρὸς τὸ ἐν τοῖς αὐτοῖς δεῖν
τύποις λέγεσθαι οἷς ἄρτι προείπομεν καὶ ὡσαύτως; Ἀληθῆ,

*) γρ. δέ. **) γρ. καὶ οἷα.
***) γρ. ἐκτὸς τούτων τῶν πάντων.

quia non est duplex vir apud nos neque multiplex, quandoquidem quisque unum aliquod exercet. Non sane convenit. Nonne igitur in sola hac civitate sutorem sutorem inveniemus, non gubernatorem praeter artem sutrinam, et agricolam agricolam, non iudicem praeter agriculturam, et militem militem, non feneratorem praeter artem militarem, omnesque hac ratione? Vera, inquit. Vir igitur, ut patet, qui ea sapientia valeat ut multiplicem se exhibeat omnesque res imitetur, si nobis veniat in urbem poëmata sua cupiens ostentare, salutemus eum ut sanctum et admirabilem et suavem, dicamus autem non esse talem virum in civitate nostra neque id fas esse, et dimittamus eum aliam in urbem unguentis delibutum et lana redimitum, ipsi vero austeriore et insuaviore poëta et fabularum narratore utamur utilitatis causa, qui nobis modesti orationem imitetur et ea quae dicat in illis proferat formis quas initio constituerimus, quum milites conaremur erudire. Sane quidem, inquit, ita faciamus, si res sit in nostra sita potestate. Nunc igitur, inquam, amice, videtur nobis ea musicae pars quae in orationibus ac fabulis versatur ad exitum adducta esse; nam et quae et quomodo dicenda sint expositum. Et ipsi mihi videtur, inquit. Iam deinde, inquam, cantus et carminum ratio relinquitur? Patet. Nonne omnes iam invenient quae nobis dicenda sint de hoc, qualia esse debeant, si velimus ante expositis consentire?

Tum Glauco subridens Ego vero, inquit, Socrate, videor ex omnibus exemptus esse; neque enim satis possum in praesentia assequi quae tandem oporteat nos dicere, suspicor tamen. Omnino vero, inquam, primum hoc satis potes dicere, carmen e tribus esse compositum, oratione et harmonia et numero. Etiam, inquit, hoc quidem. Nonne, quatenus oratio est, nihil sane differt ab oratione quae non canitur: ut in isdem eam oporteat formis dici quas modo praecepimus et

ἔφη. Καὶ μὴν τήν-γε ἁρμονίαν καὶ ῥυθμὸν ἀκολουθεῖν δεῖ
τῷ λόγῳ. Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ μέντοι θρήνων τε καὶ ὀδυρμῶν
ἔφαμεν ἐν λόγοις οὐδὲν προσδεῖσθαι. Οὐ γὰρ οὖν. Τίνες
οὖν θρηνώδεις * ἁρμονίαι; λέγε μοι· σὺ γὰρ μουσικός. Μιξο- E
λυδιστί *), ἔφη, καὶ ξυντονολυδιστὶ καὶ τοιαῦταί τινές. Οὐκ-
οῦν αὗται, ἦν δ' ἐγώ, ἀφαιρετέαι· ἄχρηστοι γὰρ καὶ γυναιξὶν
ἃς δεῖ ἐπιεικεῖς εἶναι, μὴ ὅτι ἀνδράσιν. Πάνυ γε. Ἀλλὰ
μὴν μέθη γε φύλαξιν ἀπρεπέστατον καὶ μαλακία καὶ ἀργία.
Πῶς γὰρ οὔ; Τίνες οὖν μαλακαί τε καὶ ξυμποτικαὶ τῶν ἁρμο-
νιῶν; Ἰαστί **), ἦ δ' ὅς, καὶ λυδιστί, αἵτινες χαλαραὶ
καλοῦνται. * Ταύταις οὖν, ὦ φίλε, ἐπὶ πολεμικῶν ἀνδρῶν 399
ἔσθ' ὅ τι χρήσει; Οὐδαμῶς, ἔφη· ἀλλὰ κινδυνεύει σοι δώρι-
στὶ ***) λείπεσθαι καὶ φρυγιστί. Οὐκ οἶδα, ἔφην ἐγώ, τὰς
ἁρμονίας, ἀλλὰ κατάλιπε ἐκείνην τὴν ἁρμονίαν ἣ ἔν τε πολε-
μικῇ πράξει ὄντος ἀνδρείου καὶ ἐν πάσῃ βιαίῳ ἐργασίᾳ πρε-
πόντως ἂν μιμήσαιτο φθόγγους τε καὶ προσῳδίας, καὶ ἀπο-
τυχόντος ἢ εἰς τραύματα ἢ εἰς θανάτους ἰόντος ἢ εἴς τινα
ἄλλην ξυμφορὰν * πεσόντος, ἐν πᾶσι τούτοις παρατεταγμέ- B
νως †) καὶ καρτερούντως ἀμυνομένου τὴν τύχην· καὶ ἄλλην
αὖ ἐν εἰρηνικῇ τε καὶ μὴ βιαίῳ, ἀλλ' ἐν ἑκουσίῳ πράξει ὄντος,
ἢ τινά τι πείθοντός τε καὶ δεομένου, ἢ εὐχῇ θεὸν ἢ διδαχῇ
καὶ νουθετήσει ἄνθρωπον, ἢ τοὐναντίον ἄλλῳ δεομένῳ ἢ
διδάσκοντι ἢ μεταπείθοντι ἑαυτὸν ὑπέχοντα, καὶ ἐκ τούτων
πράξαντα κατὰ νοῦν, καὶ μὴ ὑπερηφάνως ἔχοντα, ἀλλὰ σωφρό-
νως τε καὶ μετρίως ἐν πᾶσι τούτοις πράττοντά τε καὶ τὰ
* ἀποβαίνοντα ἀγαπῶντα. ταύτας δύο ἁρμονίας, βίαιον ††), C
ἑκούσιον †††), δυστυχούντων, εὐτυχούντων, σωφρόνων, ἀν-
δρείων αἵτινες φθόγγους μιμήσονται κάλλιστα, ταύτας λεῖπε.
Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, οὐκ ἄλλας αἰτεῖς λείπειν ἢ ἃς νῦν δὴ ἐγὼ
ἔλεγον (*). Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, πολυχορδίας γε οὐδὲ παν-
αρμονίου ἡμῖν δεήσει ἐν ταῖς ᾠδαῖς τε καὶ μέλεσιν. Οὔ μοι,
ἔφη, φαίνεται. Τριγώνων ἄρα καὶ πηκτίδων καὶ πάντων
ὀργάνων ὅσα * πολύχορδα καὶ πολυαρμόνια, δημιουργοὺς οὐ D

*) ἴσ. Ἡ μιξολυδιστί. **) ἴσ. Ἡ ἰαστί.
***) ἴσ. ἡ δωριστὶ λ. †) ἴσ. παρατεταμένως.
††) ἴσ. βιαίου. †††) ἴσ. ἑκουσίου.
(*) γρ. δὴ νῦν ἔλεγον.

similiter? Vera; inquit. Atqui harmonia et numerus sequi debent orationem. Quidni? Iam vero lamentationibus et querelis diximus in orationibus nihil opus esse. Nihil vero. Quaenam igitur sunt flebiles harmoniae? dic mihi; tu enim es musicus. Lydia mixta, inquit, et intenta et tales quaedam. Itaque hae, inquam, tollendae; inutiles enim etiam mulieribus, quas oportet modestas esse, nedum viris. Sane quidem. At vero temulentia custodes minime decet et mollitia et inertia. Minime vero. Quaenam igitur sunt molles et convivales harmoniae? Ionica, inquit, et Lydia, quae quidem remissae vocantur. Has igitur, amice, viris militaribus num adhibere poteris? Nullo modo, inquit; at videtur tibi Dorica relinqui atque Phrygia. Nescio, inquam, harmonias, relinque vero illam harmoniam quae viri in re militari omnique violenta actione fortiter se gerentis convenienter imitetur voces et accentus, et qui, si rem infeliciter gerat vel vulnera mortemve oppetat vel aliam in calamitatem incidat, in his omnibus constanter et patienter se defendat a fortuna; et aliam rursus viri in pacata nec violenta, sed voluntaria actione versantis, vel alicui persuadentis eumque orantis, vel precibus deum vel doctrina et admonitione hominem, vel contra alii oranti vel docenti vel dissuadenti obtemperantis indeque ex animi sententia agentis, nec elatius se gerentis, sed temperate et modeste in omnibus his agentis et ea quae eveniunt satis habentis. has duas harmonias, vi coacti, voluntarii, infortunatorum, fortunatorum, temperantium, fortium quae voces imitabuntur optime, has relinque. At, inquit, non alias iubes relinqui nisi quas modo ego memoravi. Non igitur, inquam, chordarum multitudine nec omnibus harmoniis indigebimus in cantibus et carminibus. Non mihi, inquit, videtur. Trigonorum igitur et pectidum quae dicuntur omniumque instrumentorum quae multis chordis et harmoniis constant fabricatores non nutrie-

θρέψομεν. Οὐ φαινόμεθα. Τί δέ; αὐλοποιοὺς ἢ αὐλητὰς
παραδέξει εἰς τὴν πόλιν; ἢ οὐ τοῦτο πολυχορδότατον, καὶ
αὐτὰ τὰ παναρμόνια *) αὐλοῦ τυγχάνει ὄντα μιμήματα; Δῆλα
δή, ἦ δ' ὅς. Λύρα δή σοι, ἦν δ' ἐγώ, καὶ κιθάρα λείπεται,
καὶ κατὰ **) πόλιν χρήσιμα, καὶ αὖ κατ' ἀγροὺς τοῖς νομεῦσι
σύριγξ ἄν τις εἴη. Ὡς γοῦν, ἔφη, ὁ λόγος ἡμῖν σημαίνει.
Οὐδέν γε, * ἦν δ' ἐγώ, καινὸν ποιοῦμεν, ὦ φίλε, κρίνοντες E
τὸν Ἀπόλλω καὶ τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος ὄργανα πρὸ Μαρσύου τε
καὶ τῶν ἐκείνου ὀργάνων. Μὰ Δί', ἦ δ' ὅς, οὔ μοι φαινό-
μεθα. Καὶ νὴ τὸν κύνα, εἶπον, λελήθαμέν γε διακαθαίροντες
πάλιν ἣν ἄρτι τρυφᾶν ἔφαμεν πόλιν. Σωφρονοῦντές γε ἡμεῖς,
ἦ δ' ὅς.

Ἴθι δή, ἔφην, καὶ τὰ λοιπὰ καθαίρωμεν. ἑπόμενον γὰρ
δὴ ταῖς ἁρμονίαις ἂν ἡμῖν εἴη τὸ περὶ ῥυθμούς, μὴ ποικίλους
αὐτοὺς διώκειν μηδὲ παντοδαπὰς βάσεις, ἀλλὰ βίου ῥυθμοὺς
ἰδεῖν κοσμίου τε καὶ ἀνδρείου τίνες εἰσίν· οὓς ἰδόντα * τὸν 400
πόδα τῷ τοιούτῳ λόγῳ ἀναγκάζειν ἕπεσθαι καὶ τὸ μέλος, ἀλλὰ
μὴ λόγον ποδί τε καὶ μέλει. οἵτινες δ' ἂν εἶεν οὗτοι οἱ ῥυθμοί,
σὸν ἔργον, ὥσπερ τὰς ἁρμονίας, φράσαι. Ἀλλὰ μὰ Δί', ἔφη,
οὐκ ἔχω λέγειν· ὅτι μὲν γὰρ τρία ἄττα ἐστὶν εἴδη ἐξ ὧν αἱ
βάσεις πλέκονται, ὥσπερ ἐν τοῖς φθόγγοις τέτταρα ὅθεν αἱ
πᾶσαι ἁρμονίαι, τεθεαμένος ἂν εἴποιμι, ποῖα δ' ὁποίου βίου
μιμήματα, λέγειν οὐκ ἔχω. Ἀλλὰ * ταῦτα μέν, ἦν δ' ἐγώ, B
καὶ μετὰ Δάμωνος βουλευσόμεθα, τίνες τε ἀνελευθερίας καὶ
ὕβρεως ἢ μανίας καὶ ἄλλης κακίας πρέπουσαι βάσεις, καὶ τίνας
τοῖς ἐναντίοις λειπτέον ***) ῥυθμούς. οἶμαι δέ με †) ἀκηκοέναι
οὐ σαφῶς ἐνόπλιόν τέ τινα ὀνομάζοντος αὐτοῦ ξύνθετον καὶ
δάκτυλον καὶ ἡρῷόν γε, οὐκ οἶδα ὅπως διακοσμοῦντος καὶ
ἴσον ἄνω καὶ κάτω τιθέντος, εἰς βραχύ τε καὶ μακρὸν γιγνό-
μενον, καί, ὡς ἐγῷμαι, ἴαμβον καί τιν' ἄλλον τροχαῖον
ὠνόμαζε, μήκη δὲ καὶ βραχύτητας * προσῆπτε· καὶ τούτων C
τισὶν οἶμαι τὰς ἀγωγὰς τοῦ ποδὸς αὐτὸν οὐχ ἧττον ψέγειν τε
καὶ ἐπαινεῖν ἢ τοὺς ῥυθμοὺς αὐτούς, ἤτοι ξυναμφότερόν τι·

*) ἴσ. ἢ οὐ τὰ πολύχορδα καὶ αὖ τὰ παναρμ.
) ἴσ. λείπεται, κατὰ π. *) γρ. ληπτέον.
†) γρ. δέ γε.

mus. Non videmur. Quid vero? tibiarum fabricatores vel tibicines recipies in urbem? an non multis chordis constantia illa omnesque harmonias habentia tibiae sunt imitationes? Patet vero, inquit. Lyra igitur tibi, inquam, et cithara relinquuntur in urbe utiles; et in agris pastores fistulam habebunt. Ut quidem, inquit, oratio nobis ostendit. Nihil certe, inquam, novi facimus, Apollinem et Apollinis instrumenta anteponentes Marsyae huiusque instrumentis. Haudquaquam hercle, inquit, mihi videmur. Et per canem, inquam, nescientes purgavimus rursus quam modo copiis affluere diximus civitatem. Et id quidem prudenter, inquit.

Age dum, inquam, etiam reliqua purgemus. sequitur enim iam post harmonias ut numeros perscrutemur, nec varios illos sectemur neque modos omnis generis, sed vitae numeros videamus temperatae ac fortis quinam sint; quibus perspectis pedem et cantum huiusmodi orationem cogamus sequi, non orationem pedem et cantum. quinam vero hi sint numeri, tuum est, quemadmodum harmonias, declarare. At mehercle, inquit, non possum dicere; tres enim aliquas esse species e quibus modi nectantur, ut in vocibus quattuor unde omnes harmoniae exsistant, quum perspectum habeam, dixerim, quales vero et qualis vitae sint imitationes, dicere non habeo. Ac de hoc quidem, inquam, etiam Damonem consulemus, quinam sint illiberalitatis et lasciviae vel insaniae aliusque pravitatis apti modi, et quinam contrariis relinquendi numeri. videor autem mihi audivisse non clare quum armisonum quendam nominaret compositum et dactylum et heroum, nescio quomodo disponens et par supra infraque collocans, ut breve et longum evaderet, et, ut arbitror, iambum et alium quem trochaeum appellabat, longitudines vero et brevitates adiunxit; et in horum aliquibus arbitror ductus pedis non minus eum vituperasse atque laudasse quam numeros ipsos, vel utrumque fere; neque enim habeo

οὐ γὰρ ἔγωγε ἔχω λέγειν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὥςπερ εἶπον, εἰς Δάμωνα ἀναβεβλήσθω· διελέσθαι γὰρ οὐ σμικροῦ λόγου· ἢ σὺ οἴει; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγε. Ἀλλὰ τόδε γε, ὅτι τὸ τῆς εὐσχημοσύνης τε καὶ ἀσχημοσύνης τῷ εὐρύθμῳ τε καὶ ἀῤῥύθμῳ ἀκολουθεῖ, δύνασαι διελέσθαι; Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ μὴν τὸ εὔρυθμόν * γε καὶ ἄῤῥυθμον τὸ μὲν τῇ καλῇ λέξει ἕπεται D ὁμοιουμενον, τὸ δὲ τῇ ἐναντίᾳ, καὶ τὸ εὐάρμοστον καὶ ἀνάρμοστον ὡςαύτως, εἴπερ ῥυθμός γε καὶ ἁρμονία λόγῳ, ὥςπερ ἄρτι ἐλέγετο, ἀλλὰ μὴ λόγος τούτοις. Ἀλλὰ μήν, ἦ δ' ὅς, ταῦτά γε λόγῳ ἀκολουθητέον. Τί δ' ὁ τρόπος τῆς λέξεως, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ὁ λόγος; οὐ τῷ τῆς ψυχῆς ἤθει ἕπεται; Πῶς γὰρ οὔ; Τῇ δὲ λέξει τἄλλα; Ναί. Εὐλογία ἄρα καὶ εὐαρμοστία καὶ εὐσχημοσύνη καὶ εὐρυθμία * εὐηθείᾳ ἀκολουθεῖ, οὐχ ἣν ἄνοιαν οὖσαν ὑποκοριζόμενοι καλοῦμεν ὡς εὐήθειαν, ἀλλὰ τὴν ὡς ἀληθῶς εὖ τε καὶ καλῶς τὸ ἦθος κατεσκευασμένην διάνοιαν. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πανταχοῦ ταῦτα διωκτέα τοῖς νέοις, εἰ μέλλουσι τὰ αὑτῶν πράττειν; Διωκτέα μὲν οὖν. Ἔστι δέ γέ που πλήρης μὲν γραφικὴ * αὐ- 401 τῶν καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη δημιουργία, πλήρης δὲ ὑφαντικὴ καὶ ποικιλία καὶ οἰκοδομία καὶ πᾶσα αὖ ἡ τῶν ἄλλων σκευῶν ἐργασία, ἔτι δὲ ἡ τῶν σωμάτων φύσις καὶ ἡ τῶν ἄλλων φυτῶν· ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις ἔνεστιν εὐσχημοσύνη ἢ ἀσχημοσύνη· καὶ ἡ μὲν ἀσχημοσύνη καὶ ἀῤῥυθμία καὶ ἀναρμοστία κακολογίας καὶ κακοηθείας ἀδελφά, τὰ δ' ἐναντία τοῦ ἐναντίου, σώφρονός τε καὶ ἀγαθοῦ ἤθους, ἀδελφά τε καὶ μιμήματα. Παντελῶς μὲν οὖν, ἔφη.

Ἆρ' οὖν τοῖς ποιηταῖς ἡμῖν μόνον * ἐπιστατητέον καὶ B προςαναγκαστέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ εἰκόνα ἤθους ἐμποιεῖν τοῖς ποιήμασιν, ἢ μὴ παρ' ἡμῖν ποιεῖν, ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς ἐπιστατητέον καὶ διακωλυτέον τὸ κακόηθες τοῦτο καὶ ἀκόλαστον καὶ ἀνελεύθερον καὶ ἄσχημον μήτε ἐν εἰκόσι ζώων μήτε ἐν οἰκοδομήμασι μήτε ἐν ἄλλῳ μηδενὶ δημιουργουμένῳ

dicere. at haec quidem, ut dixi, ad Damonem reiecta sunto; exponere enim ea haud exiguae foret orationis; an tu censes? Non equidem hercle. At hoc certe, cum decoro et indecoro coniunctum esse numerosum et numeri expers, potes definire? Quidni? Iam vero quod ad numerosum et numeri expers attinet, illud quidem pulchram orationem sequitur ad eius similitudinem accedens, hoc autem contrariam, et concinnum inconcinnumque similiter, siquidem numerus et harmonia orationem sequuntur, ut modo dictum est, non oratio illa. Sane quidem haec, inquit, orationem sequi oportet. Quid vero ratio dicendi, inquam, et oratio? nonne animi indolem sequitur? Quippini? Orationem vero reliqua? Etiam. Orationis igitur et concinnitatis et habitus et numeri decentia morum decentiam ac simplicitatem sequitur, non insipientiam illam quam, ut res verbo leniatur, simplicitatem dicimus, sed vere bonam et honestam animi constitutionem. Sane quidem, inquit. Nonne vero usquequaque haec appetenda sunt pueris, si volunt rem suam gerere? Appetenda vero. Est autem sine dubio plena illorum pictura et quaevis huiusmodi ars, plena quoque ars texendi, acu pingendi, aedificandi et quaevis quoque reliquorum utensilium fabricatio, praeterea corporum natura reliquorumque quae nascuntur; in omnibus enim his inest decorum vel indecorum; et indecorum quidem, numeri defectus et inconcinnum pravae et orationi et indoli cognata sunt, contraria autem contrario, temperanti bonoque animo, cognata sunt atque imitationes. Prorsus ita habet, inquit.

Num vero poëtis nobis tantum praescribendum idque cogendum ut boni imaginem animi exhibeant in poëmatis, aut apud nos poëmata non faciant, an etiam reliquis opificibus praescribendum atque impediendum ne animi pravitatem illam et protervitatem et illiberalitatem et indecentiam neque in animalium imaginibus neque in aedificiis neque in alio ullo quod fabricentur

ἐμποιεῖν, ἢ ὁ μὴ οἷός τε ὢν οὐκ ἐατέος παρ' ἡμῖν δημιουργεῖν, ἵνα μὴ ἐν κακίας εἰκόσι τρεφόμενοι ἡμῖν οἱ φύλακες, ὥςπερ ἐν κακῇ βοτάνῃ, * πολλὰ ἑκάστης ἡμέρας κατὰ σμικρὸν ἀπὸ C πολλῶν δρεπόμενοί τε καὶ νεμόμενοι, ἕν τι ξυνιστάντες λανθάνωσι κακὸν μέγα ἐν τῇ αὑτῶν ψυχῇ· ἀλλ' ἐκείνους ζητητέον τοὺς δημιουργοὺς τοὺς εὐφυῶς δυναμένους ἰχνεύειν τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ εὐσχήμονος φύσιν, ἵν' ὥςπερ ἐν ὑγιεινῷ τόπῳ οἰκοῦντες οἱ νέοι ἀπὸ παντὸς ὠφελῶνται *), ὁπόθεν ἂν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν καλῶν ἔργων ἢ πρὸς ὄψιν ἢ πρὸς ἀκοήν τι προςβάλῃ ὥςπερ αὔρα φέρουσα ἀπὸ χρηστῶν τόπων ὑγίειαν, καὶ εὐθὺς * ἐκ παίδων λανθάνῃ εἰς ὁμοιότητά τε καὶ φιλίαν καὶ ξυμφωνίαν τῷ καλῷ λόγῳ ἄγουσα; Πολὺ γὰρ ἄν, ἔφη, κάλλιστα D οὕτω τραφεῖεν. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, τούτων ἕνεκα κυριωτάτη ἐν μουσικῇ τροφή, ὅτι μάλιστα καταδύεται εἰς τὸ ἐντὸς τῆς ψυχῆς ὅ τε ῥυθμὸς καὶ ἁρμονία, καὶ ἐῤῥωμενέστατα ἅπτεται αὐτῆς, φέροντα **) τὴν εὐσχημοσύνην, καὶ ποιεῖ εὐσχήμονα, ἐάν τις ὀρθῶς τραφῇ, εἰ δὲ μή, τοὐναντίον; * καὶ ὅτι αὖ τῶν παραλειπομένων καὶ μὴ καλῶς δημιουργηθέντων ἢ μὴ καλῶς φύντων ὀξύτατ' ἂν αἰσθάνοιτο ὁ ἐκεῖ E τραφεὶς ὡς ἔδει, καὶ ὀρθῶς δὴ δυςχεραίνων τὰ μὲν καλὰ ἐπαινοῖ, καὶ χαίρων καὶ καταδεχόμενος ***) εἰς τὴν ψυχὴν τρέφοιτ' ἂν ἀπ' αὐτῶν καὶ γίγνοιτο καλός τε κἀγαθός, * τὰ δ' αἰσχρὰ 402 ψέγοι τ' ἂν ὀρθῶς καὶ μισοῖ ἔτι νέος ὤν, πρὶν καὶ λόγον δυνατὸς εἶναι λαβεῖν, ἐλθόντος δὲ τοῦ λόγου ἀσπάζοιτ' ἂν αὐτὸν γνωρίζων δι' οἰκειότητα μάλιστα ὁ οὕτω τραφείς; Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ἔφη, τῶν τοιούτων ἕνεκα ἐν μουσικῇ εἶναι ἡ τροφή. Ὥςπερ ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, γραμμάτων πέρι τότε ἱκανῶς εἴχομεν, ὅτε τὰ στοιχεῖα μὴ λανθάνοι ἡμᾶς ὀλίγα ὄντα ἐν ἅπασιν οἷς ἐστὶ περιφερόμενα, καὶ οὔτ' ἐν σμικρῷ οὔτ' ἐν μεγάλῳ ἠτιμάζομεν * αὐτά, ὡς οὐ δέοι αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ πανταχοῦ B προὐθυμούμεθα διαγιγνώσκειν, ὡς οὐ πρότερον ἐσόμενοι γραμματικοὶ πρὶν οὕτως ἔχοιμεν. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν καὶ εἰκόνας

---

*) γρ. ὠφελῶνται ἀπὸ παντός.
**) ἴσ. φέρει τε.
***) ἴσ. παραδεχόμενος.

exhibeant, aut, qui aliter non potest, ei non permittendum ut apud nos fabricetur, ut ne, dum in pravitatis imaginibus nutriantur nobis custodes, tamquam malo gramine, multa quotidie paullatim e multis decerpentes ac pascentes, unum aliquod nescientes magnum malum contrahant in animo suo; immo illi quaerendi sunt opifices qui ingeniose possint indagare pulchri et decentis naturam, ut tamquam salubrem locum incolentes pueri undique utilitatem capiant, quodcumque a pulchris operibus in ipsorum visum vel auditum influat, sicuti aura a locis salubribus sanitatem afferens, et statim a pueris inscientes in similitudinem et amicitiam et consensionem cum pulchra oratione inducantur. Longe enim, inquit, pulcherrime ita nutrientur. Nonne vero, inquam, Glauco, hanc ob causam efficacissima in musica educatio, quia maxime se insinuant in animum interiorem numerus et harmonia, et validissime eum apprehendunt decori sensum inferentia, ipsumque decorum reddunt, si quis recte educatur, sin minus, contra? et quia praeterea ea quae deficiunt nec bene fabricata vel male nata sunt acerrime animadvertit is qui ibi educatus est ita ut oportet, recteque fastidiens pulchra quidem laudat et laetans recipiensque in animum eis nutritur et honestus bonusque efficitur, turpia vero vituperat recte et odit adhuc puer antequam rationem eius potest percipere, quae si accesserit probabit eam quippe cognitam habens e familiaritate maxime qui ita nutritus est. Mihi certe videtur, inquit, has ob causas in musica fieri educatio. Quemadmodum igitur, inquam, litteras tum satis cognitas habuimus, quum elementa nos non fugiebant, quae quidem, licet pauca sint, in omnibus quae exstant volvuntur, eaque neque in exigua re neque in magna indigna habebamus quae perciperemus, sed usquequaque ea studebamus discernere, arbitrantes non prius futurum esse ut grammatici evaderemus quam ita nos haberemus. Vera. Nonne

γραμμάτων, εἴ που ἢ ἐν ὕδασιν ἢ ἐν κατόπτροις ἐμφαίνοιντο, οὐ πρότερον γνωσόμεθα, πρὶν ἂν αὐτὰ γνῶμεν, ἀλλ' ἔστι τῆς αὐτῆς τέχνης τε καὶ μελέτης; Παντάπασι μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν ὃ λέγω, πρὸς θεῶν, οὕτως οὐδὲ μουσικοὶ πρότερον ἐσόμεθα, οὔτε αὐτοὶ οὔτε οὓς φαμεν * ἡμῖν παιδευτέον εἶναι, τοὺς C φύλακας, πρὶν ἂν τὰ τῆς σωφροσύνης εἴδη καὶ ἀνδρείας καὶ ἐλευθεριότητος καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ ὅσα τούτων ἀδελφὰ καὶ τὰ τούτων αὖ ἐναντία πανταχοῦ περιφερόμενα γνωρίζωμεν καὶ ἐνόντα ἐν οἷς ἔνεστιν αἰσθανώμεθα, καὶ αὐτὰ καὶ εἰκόνας αὐτῶν, καὶ μήτε ἐν σμικροῖς μήτε ἐν μεγάλοις ἀτιμάζωμεν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς οἰώμεθα τέχνης εἶναι καὶ μελέτης; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, * ὅτου ἂν ξυμπίπτῃ ἔν D τε τῇ ψυχῇ καλὰ ἤθη ἐνόντα καὶ ἐν τῷ εἴδει ὁμολογοῦντα ἐκείνοις καὶ ξυμφωνοῦντα, τοῦ αὐτοῦ μετέχοντα τύπου, τοῦτ' ἂν εἴη κάλλιστον θέαμα τῷ δυναμένῳ θεᾶσθαι; Πολύ γε. Καὶ μὴν τό γε κάλλιστον ἐρασμιώτατον. Πῶς δ' οὔ; Τῶν δὴ ὅτι μάλιστα τοιούτων ἀνθρώπων ὅ γε μουσικὸς ἐρῴη ἄν, εἰ δὲ ἀξύμφωνος εἴη, οὐκ ἂν ἐρῴη. Οὐκ ἄν, εἴ *) γέ τι, ἔφη, κατὰ τὴν ψυχὴν ἐλλείποι· εἰ μέντοι τι **) κατὰ τὸ σῶμα, ὑπομείνειεν ἂν ὥστ' ἐθέλειν ἀσπάζεσθαι. Μανθάνω, ἦν * δ' E ἐγώ, ὅτι ἔστι σοι ἢ γέγονε παιδικὰ τοιαῦτα, καὶ ξυγχωρῶ· ἀλλὰ τόδε μοι εἰπέ· σωφροσύνῃ καὶ ἡδονῇ ὑπερβαλλούσῃ ἔστι τις κοινωνία; Καὶ πῶς, ἔφη, ἥ γε ἔκφρονα ποιεῖ οὐχ ἧττον ἢ λύπη; Ἀλλὰ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ; * Οὐδαμῶς. Τί δέ; ὕβρει τε 403 καὶ ἀκολασίᾳ; Πάντων μάλιστα. Μείζω δέ τινα καὶ ὀξυτέραν ἔχεις εἰπεῖν ἡδονὴν τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια; Οὐκ ἔχω, ἦ δ' ὅς, οὐδέ γε μανικωτέραν. Ὁ δὲ ὀρθὸς ἔρως πέφυκε κοσμίου τε καὶ καλοῦ σωφρόνως τε καὶ μουσικῶς ἐρᾶν; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς. Οὐδὲν ἄρα προσοιστέον μανικὸν οὐδὲ ξυγγενὲς ἀκολασίας τῷ ὀρθῷ ἔρωτι. Οὐ προσοιστέον. Οὐ προσοιστέον ἄρα * αὐτῷ ἡδονήν, οὐδὲ κοινωνητέον αὐτῆς ἐραστῇ τε καὶ παιδι- B κοῖς ὀρθῶς ἐρῶσί τε καὶ ἐρωμένοις; Οὐ μέντοι μὰ Δί', ἔφη,

---

*) γρ. Οὐκ, εἴ.

**) γρ. μέντοι κ. τ. σ.

etiam imagines litterarum, si quae vel in aquis vel in speculis sese exhibeant, non prius cognoscemus, quam ipsas cognoverimus, sed est hoc eiusdem et artis et exercitationis? Prorsus ita se habet. Nonne etiam, quod dico, per deos, ita nec musici prius erimus neque ipsi neque quos dicimus nobis erudiendos esse, custodes, quam temperantiae species et fortitudinis et liberalitatis et magnificentiae et quaecumque his cognatae sunt earumque rursus contrarias ubique occurrentes cognoverimus et ubi insint perceperimus, et ipsas et imagines, easque neque in minutis neque in magnis contemnamus, sed eiusdem arbitremur artis esse atque exercitationis? Prorsus necesse est, inquit. Nonne igitur, inquam, si cui contigerit ut pulchram animi indolem habeat et species ei consentiat concinatque, eiusdem particeps formae, haec erit pulcherrima spectatio ei qui poterit spectare? Longe quidem. Atqui pulcherrimum est amabilissimum. Quidni? Tales igitur maxime homines musicus amabit, sin vero aliquis inconcinnus erit, non amabit. Minime vero, inquit, si qui animi defectus apparebit; sin corporis, perferet libenterque eum amplectetur. Intelligo, inquam: quia tibi sunt vel fuerunt eiusmodi deliciae; atque concedo; at hoc mihi dic: inter temperantiam et voluptatem immoderatam est quaedam communio? Et quî, inquit, quum dementem haec efficiat hominem non minus quam dolor? At reliqua cum virtute ei quid commune est? Haudquaquam. Quid vero? cum lascivia et incontinentia? Omnium maxime. Maiorem vero et acriorem potes dicere voluptatem venerea? Non possum, inquit, neque etiam insaniorem. Rectus vero amor ita comparatus est ut modestum et pulchrum temperate et ex musica ratione amet? Sane quidem, inquit. Nihil ergo afferendum insani neque cognati incontinentiae recto amori. Nihil vero afferendum. Neque igitur afferenda ei voluptas neque commune quid cum ea erit amatori et amato recte amanti

γραμμάτων, εἴ που ἢ ἐν ὕδασιν ἢ ἐν κατόπτροις ἐμφαίνοιτο,
οὐ πρότερον γνωσόμεθα, πρὶν ἂν αὐτὰ γνῶμεν, ἀλλ' ἔστι τῆς
αὐτῆς τέχνης τε καὶ μελέτης; Παντάπασι μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν
ὃ λέγω, πρὸς θεῶν, οὕτως οὐδὲ μουσικοὶ πρότερον ἐσόμεθα,
οὔτε αὐτοὶ οὔτε οὓς φαμὲν * ἡμῖν παιδευτέον εἶναι, τοὺς C
φύλακας, πρὶν ἂν τὰ τῆς σωφροσύνης εἴδη καὶ ἀνδρείας καὶ
ἐλευθεριότητος καὶ μεγαλοπρεπείας καὶ ὅσα τούτων ἀδελφὰ
καὶ τὰ τούτων αὖ ἐναντία πανταχοῦ περιφερόμενα γνωρίζωμεν
καὶ ἐνόντα ἐν οἷς ἔνεστιν αἰσθανώμεθα, καὶ αὐτὰ καὶ εἰκόνας
αὐτῶν, καὶ μήτε ἐν σμικροῖς μήτε ἐν μεγάλοις ἀτιμάζωμεν,
ἀλλὰ τῆς αὐτῆς οἰώμεθα τέχνης εἶναι καὶ μελέτης; Πολλὴ
ἀνάγκη, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, * ὅτου ἂν ξυμπίπτῃ ἔν D
τε τῇ ψυχῇ καλὰ ἤθη ἐνόντα καὶ ἐν τῷ εἴδει ὁμολογοῦντα
ἐκείνοις καὶ ξυμφωνοῦντα, τοῦ αὐτοῦ μετέχοντα τύπου, τοῦτ'
ἂν εἴη κάλλιστον θέαμα τῷ δυναμένῳ θεᾶσθαι; Πολύ γε.
Καὶ μὴν τό γε κάλλιστον ἐρασμιώτατον. Πῶς δ' οὔ; Τῶν
δὴ ὅτι μάλιστα τοιούτων ἀνθρώπων ὅ γε μουσικὸς ἐρῴη ἄν,
εἰ δὲ ἀξύμφωνος εἴη, οὐκ ἂν ἐρῴη. Οὐκ ἄν, εἴ *) γέ τι, ἔφη,
κατὰ τὴν ψυχὴν ἐλλείποι· εἰ μέντοι τι **) κατὰ τὸ σῶμα,
ὑπομείνειεν ἂν ὥστ' ἐθέλειν ἀσπάζεσθαι. Μανθάνω, ἦν * δ' E
ἐγώ, ὅτι ἔστι σοι ἢ γέγονε παιδικὰ τοιαῦτα, καὶ ξυγχωρῶ·
ἀλλὰ τόδε μοι εἰπέ· σωφροσύνῃ καὶ ἡδονῇ ὑπερβαλλούσῃ ἔστι
τις κοινωνία; Καὶ πῶς, ἔφη, ἥ γε ἔκφρονα ποιεῖ οὐχ ἧττον
ἢ λύπη; Ἀλλὰ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ; * Οὐδαμῶς. Τί δέ; ὕβρει τε 403
καὶ ἀκολασίᾳ; Πάντων μάλιστα. Μείζω δέ τινα καὶ ὀξυτέραν
ἔχεις εἰπεῖν ἡδονὴν τῆς περὶ τὰ ἀφροδίσια; Οὐκ ἔχω, ἦ δ'
ὅς, οὐδέ γε μανικωτέραν. Ὁ δὲ ὀρθὸς ἔρως πέφυκε κοσμίου
τε καὶ καλοῦ σωφρόνως τε καὶ μουσικῶς ἐρᾶν; Καὶ μάλα, ἦ
δ' ὅς. Οὐδὲν ἄρα προσοιστέον μανικὸν οὐδὲ ξυγγενὲς ἀκολα-
σίας τῷ ὀρθῷ ἔρωτι. Οὐ προσοιστέον. Οὐ προσοιστέον ἄρα
* αὐτῷ ἡδονήν, οὐδὲ κοινωνητέον αὐτῆς ἐραστῇ τε καὶ παιδι- B
κοῖς ὀρθῶς ἐρῶσί τε καὶ ἐρωμένοις; Οὐ μέντοι μὰ Δί', ἔφη,

---

*) γρ. Οὔκ, εἴ.

**) γρ. μέντοι κ. τ. σ.

ἐνταῦθα γὰρ δὴ σαφῶς ὡς ἕτερον ἑτέρῳ ἐπιπλῆττον πεποίηκεν Ὅμηρος τὸ ἀναλογισάμενον * περὶ τοῦ βελτίονός τε καὶ χείρο- C
νος τῷ ἀλογίστως θυμουμένῳ. Κομιδῇ, ἔφη, ὀρθῶς λέγεις.

Ταῦτα μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, μόγις διανενεύκαμεν, καὶ

---

*) ἴσ. ὑπομένει νικᾶν, καὶ οὐ λ.

contendit ut vincat, nec desistit a generoso conatu prius quam vel perfecerit vel mortem oppetiverit vel, velut canis a pastore, a ratione sua revocatus deposuerit iram? Sane quidem, inquit, similis est ei quem dicis; etenim in nostra civitate auxiliarios tamquam canes posuimus obedientes rectoribus veluti pastoribus civitatis. Praeclare, inquam, perspicis quod sum dicturus. num vero praeterea etiam hoc reputas? Quidnam? Contra ac modo nobis videri de iracundia. tunc enim ad cupiditates propensi quid putabamus eam esse, nunc autem longe abesse dicimus, sed potius in animi seditione aciem instruere pro ratione. Prorsus ita, inquit. Num igitur diversa est etiam ab hac, an rationis aliqua species, ut non tres, sed duae species sint in animo, genus ratione praeditum et ad cupiditates propensum? an, quemadmodum civitatem continebant tria genera, quaestus studiosum, auxiliarium et deliberativum, sic etiam in animo tertium hoc est iracundum, quod auxilio iuvet naturâ rationem, nisi prava educatione corruptum sit? Necessario, inquit, hoc est tertium. Etiam, inquam, si a ratione diversum quoddam reperitur, quemadmodum a genere cupiditatibus dedito repertum est diversum. Nec vero difficile est, inquit, repertu; nam in pueris quoque hoc quis viderit, iracundia eos statim ut nati sint plenos esse, rationem autem nonnulli mihi quidem videntur numquam adipisci, et plurimi sero aliquando. Mehercule, inquam, praeclare dicis. praeterea in animalibus quoque viderit quispiam quod ponis ita se habere; ad hoc etiam quod supra protulimus illud Homeri id testificabitur

Tum pectus tundit corque increpat hisce loquelis; hic enim aperte tamquam diversam a diversa increpari fecit Homerus a ratione melius et deterius diiudicante iracundiam rationis expertem. Prorsus, inquit, recte loqueris.

Haec igitur, inquam, vix tandem tranavimus, et

ἡμῖν ἐπιεικῶς ὁμολογεῖται τὰ αὐτὰ μὲν ἐν πόλει, τὰ αὐτὰ δ'
ἐν ἑνὸς ἑκάστου ψυχῇ *) γένη ἐνεῖναι, καὶ ἴσα τὸν ἀριθμόν.
Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν ἐκεῖνό γε ἤδη ἀναγκαῖον, ὡς πόλις ἦν
σοφὴ καὶ ᾧ, οὕτω καὶ τὸν ἰδιώτην καὶ τούτῳ σοφὸν εἶναι;
Τί μήν; Καὶ ᾧ δὴ ἀνδρεῖος ἰδιώτης καὶ ὥς, τούτῳ καὶ * πό- D
λιν ἀνδρείαν καὶ οὕτω, καὶ τἆλλα πάντα πρὸς ἀρετὴν ὡσαύτως
ἀμφότερα ἔχειν. Ἀνάγκη. Καὶ δίκαιον δή, ὦ Γλαύκων, οἶ-
μαι, φήσομεν ἄνδρα εἶναι τῷ αὐτῷ τρόπῳ ᾧπερ καὶ πόλις ἦν
δικαία. Καὶ τοῦτο πᾶσα ἀνάγκη. Ἀλλ' οὔπω μὴν τοῦτο ἐπι-
λελήσμεθα, ὅτι ἐκείνη γε τῷ τὸ ἑαυτοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ πράτ-
τειν, τριῶν ὄντων γενῶν, δικαία ἦν. Οὔ μοι δοκοῦμεν, ἔφη,
ἐπιλελῆσθαι. Μνημονευτέον ἄρα ἡμῖν ὅτι καὶ ἡμῶν ἕκαστος,
ὅτου **) ἂν τὰ αὐτοῦ ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ * πράττῃ, δίκαιός E
τε ἔσται καὶ τὰ αὐτοῦ πράττων. Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, μνη-
μονευτέον. Οὐκοῦν τῷ μὲν λογιστικῷ ἄρχειν προσήκει, σοφῷ
ὄντι καὶ ἔχοντι τὴν ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς προμήθειαν, τῷ
δὲ θυμοειδεῖ ὑπηκόῳ εἶναι καὶ ξυμμάχῳ τούτου; Πάνυ γε. Ἆρ'
οὖν οὐχ, ὥσπερ ἐλέγομεν, μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς κρᾶσις
ξύμφωνα αὐτὰ ποιήσει, τὸ μὲν ἐπιτείνουσα καὶ τρέφουσα λό-
γοις * τε καλοῖς καὶ μαθήμασι, τὸ δὲ ἀνιεῖσα, παραμυθου- 442
μένη καὶ ἡμεροῦσα ἁρμονίᾳ τε καὶ ῥυθμῷ; Κομιδῇ γε, ἦ δ'
ὅς. Καὶ τούτω δὴ οὕτω τραφέντε καὶ ὡς ἀληθῶς τὰ αὐτῶν
μαθόντε καὶ παιδευθέντε προστήσετον τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, ὃ δὴ
πλεῖστον ***) τῆς ψυχῆς ἐν ἑκάστῳ ἐστὶ καὶ χρημάτων φύσει
ἀπληστότατον· ὃ τηρήσετον, μὴ τῷ πίμπλασθαι τῶν περὶ τὸ
σῶμα καλουμένων ἡδονῶν πολὺ καὶ ἰσχυρὸν γενόμενον οὐ †)
τὰ αὐτοῦ πράττῃ, ἀλλὰ καταδουλώσασθαι * καὶ ἄρχειν ἐπι- B
χειρήσῃ ὧν οὐ προσῆκον αὐτῷ γε ἦν ††), καὶ ξύμπαντα τὸν
βίον πάντων ἀνατρέψῃ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν, ἦν
δ' ἐγώ, καὶ τοὺς ἔξωθεν πολεμίους τούτω ἂν κάλλιστα φυλατ-
τοίτην ὑπὲρ ἁπάσης τῆς ψυχῆς τε καὶ τοῦ σώματος, τὸ μὲν
βουλευόμενον, τὸ δὲ προπολεμοῦν, ἑπόμενον δὲ τῷ ἄρχοντι
καὶ τῇ ἀνδρείᾳ ἐπιτελοῦν τὰ βουλευθέντα; Ἔστι ταῦτα. Καὶ

---

*) γρ. ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ τῇ ψυχῇ. ἄλλ. ἐν ἑνὸς ἑκάστου τῇ ψυχῇ. **) γρ. ὅταν. ἴσ. ὅτῳ. ***) ἴσ. τὸ πλεῖστον. †) ἄλλ. οὐκ αὖ. ††) γρ. ᾖ. ἄλλ. γενῶν.

satis inter nos convenit eadem in civitate, eadem in uniuscuiusque animo genera inesse, totidemque numero. Sunt ista. Nonne illud iam sequatur necesse est, quomodo civitas fuerit sapiens et quo, ita etiam privatum et hoc sapientem esse? Quidni? Et quo fortis privatus et quomodo, hoc etiam civitatem fortem esse et ita, et reliqua omnia ad virtutem pariter utrumque habere? Necesse est. Etiam iustum igitur, Glauco, opinor, dicemus virum esse eodem modo quo civitas erat iusta. Etiam hoc plane necessarium. Necdum vero hoc obliti sumus, illam hoc iustam fuisse quod trium illorum generum suam quodque rem in ea gereret. Non mihi videmur, inquit, obliti esse. Recordari igitur nos oportet etiam nostrum quemque, in quo suam quaeque ipsius partium rem gerat, iustum fore remque suam agentem. Sane, inquit, recordari id oportet. Nonne parti ratione praeditae imperare convenit, quippe quae sapiens sit et universi animi procurationem habeat, iracundae autem parti obedire et illi auxiliari? Sane quidem. Nonne vero, quemadmodum diximus, musicae et gymnasticae temperatio concinentes eas inter se efficiet, unam intendens et nutriens sermonibus pulchris ac disciplinis, alteram remittens, deleniens et mitigans harmonia et numero? Admodum quidem, inquit. Et hae quidem ita nutritae et vere suas res edoctae atque institutae praeerunt parti ad cupiditates propensae, quae quidem maxima in cuiusque animo est naturaque pecuniae avidissima, quam servabunt, ne impleta corporis quae dicuntur cupiditatibus amplaque ac valida reddita iam non suam rem gerat, sed subiicere sibi ac regere conetur ea quae ipsi non convenit genera universamque omnium vitam evertat. Sane quidem, inquit. Nonne, inquam, etiam externos hostes hae pulcherrime custodient, pro universo animo et corpore altera deliberans et altera pugnans, obtemperans vero imperanti et fortitudine exsequens decreta? Sunt ista. Ac fortem quidem, opinor,

ἀνδρεῖον δή, οἶμαι, τούτῳ τῷ μέρει καλοῦμεν ἕνα ἕκαστον,
* ὅταν αὐτοῦ τὸ θυμοειδὲς διασώζῃ διά τε λυπῶν καὶ ἡδονῶν C
τὸ ὑπὸ τοῦ λόγου παραγγελθὲν δεινόν τε καὶ μή. Ὀρθῶς γ',
ἔφη. Σοφὸν δέ γε ἐκείνῳ τῷ σμικρῷ μέρει, ὃ *) ἦρχέ τ' ἐν
αὐτῷ καὶ ταῦτα παρήγγελλεν, ἔχον αὖ κἀκεῖνο ἐπιστήμην ἐν
αὐτῷ τὴν τοῦ ξυμφέροντος ἑκάστῳ τε καὶ ὅλῳ τῷ κοινῷ σφῶν
αὐτῶν τριῶν ὄντων. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; σώφρονα οὐ τῇ
φιλίᾳ καὶ ξυμφωνίᾳ τῇ αὐτῶν * τούτων, ὅταν τό τε ἄρχον καὶ D
τὼ ἀρχομένω τὸ λογιστικὸν ὁμοδοξῶσι δεῖν ἄρχειν καὶ μὴ στα-
σιάζωσιν αὐτῷ; Σωφροσύνη γοῦν, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἄλλο τί ἐστιν
ἢ τοῦτο, πόλεώς τε καὶ ἰδιώτου. Ἀλλὰ μὲν δὴ δίκαιός γε, ᾧ
πολλάκις λέγομεν, τούτῳ καὶ οὕτως ἔσται. Πολλὴ ἀνάγκη.
Τί οὖν; εἶπον ἐγώ· μή πῃ ἡμῖν ἀπαμβλύνεται ἄλλο τι δικαιο-
σύνη δεῖ εἶναι **) ἢ ὅπερ ἐν τῇ πόλει ἐφάνη; Οὐκ ἔμοιγε, ἔφη,
δοκεῖ. Ὧδε γάρ, ἦν δ' ἐγώ, παντάπασιν * ἂν βεβαιωσαίμεθα E
εἴ τι ἡμῶν ἔτι ἐν τῇ ψυχῇ ἀμφισβητεῖ, τὰ φορτικὰ αὐτῷ προς-
φέροντες. Ποῖα δή; Οἷον εἰ δέοι ἡμᾶς ἀνομολογεῖσθαι περί
τε ἐκείνης τῆς πόλεως καὶ τοῦ ἐκείνῃ ὁμοίως πεφυκότος τε καὶ
τεθραμμένου ἀνδρός, εἰ δοκεῖ ἂν παρακαταθήκην χρυσίου ἢ
ἀργυρίου δεξάμενος ὁ τοιοῦτος ἀποστερῆσαι, τίν' ἂν οἴει οἰη-
θῆναι τοῦτο αὐτὸν * δρᾶσαι μᾶλλον ἢ ὅσοι μὴ τοιοῦτοι; Οὐ- 443
δέν' ἄν, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἱεροσυλιῶν καὶ κλοπῶν καὶ προ-
δοσιῶν, ἢ ἰδίᾳ ἑταίρων ἢ δημοσίᾳ πόλεων, ἐκτὸς ἂν οὗτος εἴη;
Ἐκτός. Καὶ μὴν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄπιστος ἢ κατὰ ὅρκους ἢ
κατὰ τὰς ἄλλας ὁμολογίας. Πῶς γὰρ ἄν; Μοιχεῖαί γε μὴν ***)
καὶ γονέων ἀμέλειαι καὶ θεῶν ἀθεραπευσίαι παντὶ ἄλλῳ μᾶλ-
λον ἢ τῷ τοιούτῳ προσήκουσιν. Παντὶ μέντοι, ἔφη. Οὐκ-
οῦν τούτων * πάντων αἴτιον, ὅτι αὐτῷ †) τῶν ἐν αὐτῷ ἕκα- B
στον τὰ αὑτοῦ πράττει ἀρχῆς τε πέρι καὶ τοῦ ἄρχεσθαι; Τοῦτο
μὲν δὴ οὖν ††), καὶ οὐδὲν ἄλλο. Τί οὖν; ἕτερον †††) ζητεῖς
δικαιοσύνην εἶναι, ἢ ταύτην τὴν δύναμιν ἢ τοὺς τοιούτους

---

*) γρ. τῷ ᾧ. **) ἴσ. μή πῄ τι ἡμῶν ἀπαμβλύνεται, ὥστε ἄλλο τι δικαιοσύνην δοκεῖν εἶναι κτλ.
***) γρ. Μοιχεῖαι μήν. †) γρ. αὐτό. ἄλλ. αὐτοῦ.
††) γρ. μὲν οὖν. †††) ἄλλ. Ἔτι τι οὖν ἕτερον κτλ.

vocamus unumquemque, quando iracunda eius pars ſervat et in doloribus et in voluptatibus id quod ratio edixit formidoloſum vel non formidoloſum. Recte quidem, inquit. Sapientem autem parvam illam propter partem quae regit in eo et illa edicit, habens illa quidem etiam ſcientiam in ſe eius quod conducit tam ſingulis quam communi ipſorum trium univerſitati. Sane quidem. Quid vero? temperantem nonne ob amicitiam et conſenſionem horum ipſorum, quando regens et regenda inter ſe conveniunt partem ratione praeditam regere oportere nec ab ea diſſident? Temperantia certe, inquit, nihil aliud eſt niſi hoc, tam civitatis quam privati. Iuſtus vero eo, quo ſaepius dicimus, et ita erit. Plane neceſſe eſt. Quid igitur? inquam: numquid nos adeo hebetat ut aliud quid iuſtitia videatur eſſe quam quod in civitate apparuit? Non mihi quidem, inquit, videtur. Ita enim, inquam, prorſus confirmabimus ſi quid noſtro adhuc in animo haeſitaverit, pinguia illa ei admoventes. Quaenam tandem? Velut ſi oporteat nos convenire de illa civitate viroque ſimiliter atque illa nato et educato, num videatur talis auro vel argento quod apud ipſum depoſitum fuerit fraudaturus eſſe, quem cenſeas exiſtimaturum eſſe hoc eum committere magis quam qui non ſint tales? Neminem vero, inquit. Nonne etiam a ſacrilegiis et furtis et proditionibus, vel privatim amicorum vel publice civitatum, hic abhorrebit? Etiam. Nulla quoque ratione perfidus erit vel ad ius iurandum vel ad reliqua conventa. Quî enim poterit? Adulteria vero, parentum incuriae deorumque negligentiae cuivis alii magis quam tali conveniunt. Cuivis vero, inquit. Nonne horum omnium cauſa eſt haec quod eorum quae in eo ſunt ſuum quodque agit, tam ad imperium quam ad obedientiam? Haec ſane eſt, nulla alia. Adhuc igitur aliud quid quaeris iuſtitiam eſſe quam hanc vim, quae tales tam viros efficit quam

ἄνδρας τε παρέχεται καὶ πόλεις; Μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, οὐκ ἔγωγε. Τέλεον ἄρα ἡμῖν τὸ ἐνύπνιον ἀποτετέλεσται ὃ ἔφαμεν ὑποπτεῦσαι, ὡς εὐθὺς ἀρχόμενοι τῆς πόλεως οἰκίζειν κατὰ
θεόν τινα εἰς ἀρχήν τε καὶ τύπον τινὰ τῆς δικαιοσύνης κινδυ- C
νεύομεν ἐμβεβηκέναι; Παντάπασι μὲν οὖν. Τὸ δέ *) γε ἦν ἄρα, ὦ Γλαύκων, δι' ὃ καὶ ὠφελεῖ **), εἴδωλόν τι τῆς δικαιοσύνης, τὸ τὸν μὲν σκυτοτομικὸν φύσει ὀρθῶς ἔχειν σκυτοτομεῖν καὶ ἄλλο μηδὲν πράττειν, τὸν δὲ τεκτονικὸν τεκταίνεσθαι, καὶ τἄλλα δὴ οὕτως. Φαίνεται. Τὸ δέ γε ἀληθὲς τοιοῦτον μέν τι ἦν, ὡς ἔοικεν, ἡ δικαιοσύνη, ἀλλ' οὐ ***) περὶ
* τὴν ἔξω πρᾶξιν τῶν αὑτοῦ, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐντὸς ὡς ἀληθῶς, D
περὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτοῦ, μὴ ἐάσαντα τἀλλότρια πράττειν ἕκαστον ἐν αὑτῷ †) μηδὲ πολυπραγμονεῖν πρὸς ἄλληλα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γένη, ἀλλὰ τῷ ὄντι τὰ οἰκεῖα εὖ θέμενον καὶ ἄρξαντα αὐτὸν αὑτοῦ καὶ κοσμήσαντα καὶ φίλον γενόμενον ἑαυτῷ καὶ ξυναρμόσαντα τρία ὄντα, ὥςπερ ὅρους τρεῖς ἁρμονίας ἀτεχνῶς,
νεάτης τε καὶ ὑπάτης καὶ μέσης, καὶ εἰ ἄλλα ἄττα * μεταξὺ E
τυγχάνει ὄντα, πάντα ταῦτα ξυνδήσαντα καὶ παντάπασιν ἕνα γενόμενον ἐκ πολλῶν, σώφρονα καὶ ἡρμοσμένον, οὕτω δὴ πράττειν ἤδη, ἐάν τι πράττῃ ἢ περὶ χρημάτων κτῆσιν ἢ περὶ σώματος θεραπείαν ἢ καὶ περὶ πολιτικόν τι ††) ἢ περὶ τὰ ἴδια ξυμβόλαια, ἐν πᾶσι τούτοις ἡγούμενον καὶ ὀνομάζοντα δικαίαν μὲν καὶ καλὴν πρᾶξιν ἣ ἂν ταύτην τὴν ἕξιν σῴζῃ τε καὶ ξυναπεργάζηται, σοφίαν δὲ τὴν ἐπιστατοῦσαν ταύτῃ τῇ πράξει ἐπι-
στήμην, ἄδικον δὲ πρᾶξιν * ἣ ἂν ἀεὶ ταύτην λύῃ, ἀμαθίαν δὲ 444
τὴν ταύτῃ αὖ ἐπιστατοῦσαν δόξαν. Παντάπασιν, ἦ δ' ὅς, ὦ Σώκρατες, ἀληθῆ λέγεις. Εἶεν, ἦν δ' ἐγώ, τὸν μὲν δίκαιον καὶ ἄνδρα καὶ πόλιν καὶ δικαιοσύνην, ὃ τυγχάνει ἐν αὐτοῖς ὄν, εἰ φαῖμεν εὑρηκέναι, οὐκ ἂν πάνυ τι, οἶμαι, δόξαιμεν ψεύδεσθαι. Μὰ Δία οὐ μέντοι, ἔφη. Φῶμεν ἄρα; Φῶμεν.

Ἔστω δή, ἦν δ' ἐγώ· μετὰ γὰρ τοῦτο σκεπτέον, οἶμαι, ἀδικίαν. Δῆλον ὅτι. Οὐκοῦν στάσιν τινὰ αὖ τριῶν ὄντων
* τούτων δεῖ αὐτὴν εἶναι καὶ πολυπραγμοσύνην καὶ ἀλλοτριο- B

*) ἴσ. Τόδε. **) ἴσ. ὠφέλει.
***) ἴσ. ἡ δικαιοσύνη, οὐ κτλ. †) ἴσ. τῶν ἐν αὑτῷ.
††) ἄλλ. ἢ καὶ πολιτικόν τι.

civitates? Haudquaquam hercle, inquit, equidem. Absoluta igitur nobis et perfecta est coniectura quam tamquam somnium nos capere diximus, statim ut incepissemus civitatem constituere iuvante deo aliquo videri nos principium et formam quandam iustitiae ingressos esse. Admodum. Illud vero erat, Glauco, quocirca etiam profuit, simulacrum aliquod iustitiae, quod videlicet diximus eum qui natura sutor esset oportere calceos conficere nec aliud quid facere, fabrum vero tignarium fabricari, et reliqua similiter. Videtur. Verum autem si quaerimus, huiusmodi quidem est, ut patet, iustitia, neque tamen in externa partium quas quisque habet actione, sed revera in interiore, in semet ipso rebusque suis, praescribens, ut ne sinat aliena agere quodque in se neque negotiis inter se implicari animi genera, sed revera res suas bene disponat, semet ipsum regat et ordinet, in amicitia secum sit apteque componat tria illa genera, revera sicut tres terminos harmoniae, imae, summae et mediae, et si alia qua interiecta sint, omnia haec copulet planeque unus fiat e multis, temperans compositusque, et tum demum agat, si quid agat vel ad pecunias acquirendas vel ad corporis cultum vel ad res civiles vel ad privata pacta spectans, in omnibus his existimans et appellans iustam et honestam actionem quae huncce habitum servet unaque perficiat, et sapientiam scientiam huic actioni praepositam, iniustam vero actionem quaecumque illum solvat et inscitiam eam quae huic vicissim praesit opinionem. Prorsus, inquit, Socrate, vera dicis. Iam, inquam, iustum quidem et virum et civitatem iustitiamque, qualis sit in eis, si dicamus nos reperisse, neutiquam, arbitror, videamur mentiri. Haudquaquam hercle, inquit. Dicamus igitur? Dicamus.

Esto ergo, inquam; dein investiganda, arbitror, iniustitia. Patet. Nonne seditio quaedam trium illorum necessario est et multorum alienorumque negotiorum stu-

πραγμοσύνην καὶ ἐπανάστασιν μέρους τινὸς τῷ ὅλῳ τῆς ψυχῆς, ἵν' ἄρχῃ ἐν αὐτῇ οὐ προσῆκον, ἀλλὰ τοιούτου ὄντος φύσει οἵου πρέπειν αὐτῷ δουλεύειν τῷ τοῦ ἀρχικοῦ γένους ὄντι; τοιαῦτ' ἄττα, οἶμαι, φήσομεν καὶ τὴν τούτων ταραχὴν καὶ πλάνην εἶναι, τήν τε ἀδικίαν καὶ ἀκολασίαν καὶ δειλίαν καὶ ἀμαθίαν
καὶ ξυλλήβδην πᾶσαν κακίαν. Ταῦτα μὲν οὖν ταύτῃ *), * ἔφη. C
Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ ἄδικα πράττειν καὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ αὖ τὸ δίκαια ποιεῖν, ταῦτα πάντα τυγχάνει ὄντα κατάδηλα ἤδη σαφῶς, εἴπερ καὶ ἡ ἀδικία τε καὶ δικαιοσύνη; Πῶς δή; Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, τυγχάνει οὐδὲν διαφέροντα τῶν ὑγιεινῶν τε καὶ νοσωδῶν, ὡς ἐκεῖνα ἐν σώματι, ταῦτα ἐν ψυχῇ. Πῇ; ἔφη. Τὰ μέν που ὑγιεινὰ ὑγίειαν ἐμποιεῖ, τὰ δὲ νοσώδη νόσον. Ναί. Οὐκοῦν καὶ τὸ μὲν δίκαια πράττειν δικαιοσύνην ἐμποιεῖ,
τὸ δ' ἄδικα * ἀδικίαν; Ἀνάγκη. Ἔστι δὲ τὸ μὲν ὑγίειαν ἐμ- D
ποιεῖν τὰ ἐν τῷ σώματι κατὰ φύσιν καθιστάναι κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, τὸ δὲ νόσον παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου. Ἔστι γάρ. Οὐκοῦν αὖ, ἔφην, τὸ δικαιοσύνην ἐμποιεῖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ κατὰ φύσιν καθιστάναι κρατεῖν τε καὶ κρατεῖσθαι ὑπ' ἀλλήλων, τὸ δὲ ἀδικίαν παρὰ φύσιν ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἄλλο ὑπ' ἄλλου; Κομιδῇ, ἔφη. Ἀρετὴ μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὑγίειά τέ τις ἂν εἴη καὶ κάλλος
καὶ εὐεξία * ψυχῆς, κακία δὲ νόσος τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένεια. E
Ἔστιν οὕτως. Ἆρ' οὖν οὐ καὶ τὰ μὲν καλὰ ἐπιτηδεύματα εἰς ἀρετῆς κτῆσιν φέρει, τὰ δ' αἰσχρὰ εἰς κακίας; Ἀνάγκη.

Τὸ δὴ λοιπὸν ἤδη, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἐστὶ σκέψασθαι πό-
τερον αὖ λυσιτελεῖ δίκαιά τε πράττειν καὶ * καλὰ ἐπιτηδεύειν 445
καὶ εἶναι δίκαιον, ἐάν τε λανθάνῃ ἐάν τε μὴ τοιοῦτος ὤν, ἢ ἀδικεῖν τε καὶ ἄδικον εἶναι, ἐάνπερ μὴ διδῷ δίκην μηδὲ βελτίων γίγνηται κολαζόμενος. Ἀλλ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, γελοῖον ἔμοιγε φαίνεται τὸ σκέμμα γίγνεσθαι ἤδη, εἰ τοῦ μὲν σώματος τῆς φύσεως διαφθειρομένης δοκεῖ οὐ βιωτὸν εἶναι οὐδὲ μετὰ πάντων σιτίων τε καὶ ποτῶν καὶ παντὸς πλούτου καὶ πάσης ἀρχῆς, τῆς δὲ αὐτοῦ τούτου ᾧ ζῶμεν φύσεως ταραττομένης

---

*) ἄλλ. Ταῦτα — ταῦτα. ἴσ. Ταῦτα — τοιαῦτα.

dium et motus partis alicuius universo animo repugnantis, ut regat eum, licet ipsi non id conveniat, sed potius eiusmodi sit natura quod deceat servire ei parti quae generis sit imperatorii? talia quaedam, arbitror, dicemus horumque perturbationem et errorem esse iniustitiam et incontinentiam et ignaviam et inscitiam et in universum omnem pravitatem. Haec quidem, inquit. Nonne, inquam, etiam iniuste facere, iniuriam inferre et contra iuste facere, haec omnia satis iam perspicua sunt, siquidem etiam iniustitia et iustitia? Quomodo tandem? Quia, inquam, nihil differunt a salubribus et perniciosis; haec enim in corpore, illa vero in animo. Quonam pacto? inquit. Salubria quidem, ut constat, sanitatem iniiciunt, perniciosa vero morbum. Etiam. Nonne etiam iuste facere iustitiam iniicit, iniuste vero iniustitiam? Necessario. Est vero sanitatem iniicere ea quae in corpore sunt ita constituere ut secundum naturam superent ac superentur inter se, morbum autem, ut praeter naturam regat ac regatur aliud ab alio. Est vero ita. Nonne etiam, inquam, iustitiam iniicere est ea quae in animo insunt ita disponere ut secundum naturam regant ac regantur inter se, iniustitiam vero, ut praeter naturam regat ac regatur aliud ab alio? Admodum, inquit. Virtus igitur, ut patet, sanitas quaedam erit et pulchritudo et bonus animi habitus, pravitas vero morbus et turpitudo et imbecillitas. Est ita. Nonne igitur etiam pulchra studia ad virtutem acquirendam ducunt, turpia vero ad pravitatem? Necesse est.

Reliquum iam est, ut patet, ut videamus num prosit iuste facere, pulchris studere iustumque esse, sive lateat sive non lateat qui talis sit, an iniuste facere et iniustum esse, si poenam nullam det nec melior evadat castigatione. At, inquit, Socrate, ad risum mihi quidem videtur haec quaestio iam esse, num corporis quidem naturâ corruptâ videatur vita nulla esse ducenda etiam cum omnibus cibis ac potionibus omnibusque opibus omnique imperio, eius vero ipsius quo vivimus na-

καὶ * διαφθειρομένης βιωτὸν ἄρα ἔσται, ἐάνπερ τις ποιῇ ὃ ἂν B βουληθῇ ἄλλο πλὴν τοῦτο, ὁπόθεν κακίας μὲν καὶ ἀδικίας ἀπαλλαγήσεται, δικαιοσύνην δὲ καὶ ἀρετὴν κτήσεται, ἐπειδήπερ ἐφάνη γε ὄντα ἑκάτερα οἷα ἡμεῖς διεληλύθαμεν. Γελοῖον γάρ, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὅμως, ἐπείπερ ἐνταῦθα ἐληλύθαμεν, ὅσον *) οἷόν τε σαφέστατα κατιδεῖν ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, οὐ χρὴ ἀποκάμνειν. Ἥκιστα νὴ τὸν Δία, ἔφη, πάντων ἀποκμητέον. Δεῦρο νῦν **), ἦν * δ' ἐγώ, ἵνα καὶ ἴδῃς ὅσα καὶ C εἴδη ἔχει ἡ κακία, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἅ γε δὴ καὶ ἄξια θέας. Ἕπομαι, ἔφη· μόνον λέγε. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὥςπερ ἀπὸ σκοπιᾶς μοι φαίνεται, ἐπειδὴ ***) ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν τοῦ λόγου, ἓν μὲν εἶναι εἶδος τῆς ἀρετῆς, ἄπειρα δὲ τῆς κακίας, τέτταρα δ' ἐν αὐτοῖς ἅττα ὧν καὶ ἄξιον ἐπιμνησθῆναι. Πῶς λέγεις; ἔφη. Ὅσοι, ἦν δ' ἐγώ, πολιτειῶν τρόποι εἰσὶν εἴδη ἔχοντες, τοσοῦτοι κινδυνεύουσι καὶ ψυχῆς τρόποι εἶναι. Πόσοι * δή; Πέντε μέν, ἦν δ' ἐγώ, πολιτειῶν, πέντε δὲ ψυ- D χῆς. Λέγε, ἔφη, τίνες. Λέγω, εἶπον, ὅτι εἷς μὲν οὗτος ὃν ἡμεῖς διεληλύθαμεν πολιτείας εἴη ἂν τρόπος, ἐπονομασθείη δ' ἂν καὶ διχῇ· ἐγγενομένου μὲν γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἐν τοῖς ἄρχουσι διαφέροντος, βασιλεία ἂν κληθείη, πλειόνων δέ, ἀριστοκρατία. Ἀληθῆ, ἔφη. Τοῦτο μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἓν εἶδος λέγω· οὔτε γὰρ ἂν πλείους οὔτε εἷς ἐγγενόμενος * κινή- E σειεν ἂν †) τῶν ἀξίων λόγου νόμων τῆς πόλεως, τροφῇ τε καὶ παιδείᾳ χρησάμενος ᾗ διήλθομεν. Οὐ γὰρ εἰκός, ἔφη.

*) ἴσ. ὅπου.
**) γρ. δή.
***) γρ. ἐπειδήπερ.
†) ἄλλ. ἄν τινα. ἴσ. ἕνα τινὰ τ.

turâ perturbatâ et corruptâ vita ſit vitalis, ſi quis faciat quodcumque velit, eo ſolo excepto quo a pravitate et iniuſtitia liberari, iuſtitiam vero et virtutem ſibi acquirere poſſit; ſiquidem repertae ſunt utraque tales quales eas deſcripſimus. Ad riſum quidem, inquam; attamen, quoniam eo pervenimus, ubi apertiſſime perſpicere poſſumus, haec ſic ſe habere, non debemus deficere. Haudquaquam hercle, inquit, ut etiam videas quot ſpecies habeat pravitas, quae quidem, ut mihi videtur, etiam dignae ſunt quae ſpectentur. Sequor, inquit; dic modo. Iam vero, inquam, tamquam e ſpecula mihi videtur, poſtquam eo aſcendimus orationis, una quidem eſſe ſpecies virtutis, infinitae vero pravitatis, quattuor autem in his eſſe dignae quae commemorentur. Quomodo dicis? inquit. Quot, inquam, civitatum modi ſunt ſpecies ſuas habentes, tot videntur etiam animi modi eſſe. Quot quaeſo? Quinque, inquam, civitatum, quinque etiam animi. Dic, inquit, qui. Dico, inquam, unum hunc quem nos perſequuti ſumus civitatis eſſe modum, appellari autem dupliciter; unus enim ſi vir in ea exſtet prae ducibus inſignis, regnum appellari, ſin plures, optimatum imperium. Vera, inquit. Hanc igitur, inquam, unam ſpeciem dico; neque enim plures neque unus ſi regit, quicquam movebit praeſtantium civitatis legum, educatione et inſtitutione uſus quam expoſuimus. Neque enim conſentaneum eſt, inquit.

E.

Ἀγαθὴν μὲν τοίνυν τὴν τοιαύτην πόλιν τε καὶ πολιτείαν καὶ 449
ὀρθὴν καλῶ, καὶ ἄνδρα τὸν τοιοῦτον, κακὰς δὲ τὰς ἄλλας
καὶ ἡμαρτημένας, εἴπερ αὕτη ὀρθή, περί τε πόλεων διοικήσεις
καὶ περὶ ἰδιωτῶν ψυχῆς τρόπου κατασκευήν, ἐν τέτταρσι πονη-
ρίας εἴδεσιν οὔσας. Ποίας δὴ ταύτας; ἔφη.

Καὶ ἐγὼ μὲν ᾖα τὰς ἐφεξῆς ἐρῶν, ὥς μοι ἐφαίνοντο ἕκα-
σται * ἐξ ἀλλήλων μεταβαίνειν· ὁ δὲ Πολέμαρχος (σμικρὸν γὰρ B
ἀπωτέρω τοῦ Ἀδειμάντου καθῆστο) ἐκτείνας τὴν χεῖρα καὶ
λαβόμενος τοῦ ἱματίου ἄνωθεν αὐτοῦ παρὰ τὸν ὦμον, ἐκεῖ-
νόν τε προσηγάγετο καὶ προτείνας ἑαυτὸν ἔλεγεν ἄττα προσ-
κεκυφώς, ὧν ἄλλο μὲν οὐδὲν κατηκούσαμεν, τόδε δέ, Ἀφή-
σομεν οὖν, ἔφη, ἢ τί δράσομεν; Ἥκιστά γε, ἔφη ὁ Ἀδεί-
μαντος μέγα ἤδη λέγων. Καὶ ἐγώ, Τί μάλιστα, ἔφην, ὑμεῖς
οὐκ ἀφίετε; Σέ, ἦ δ' ὅς. *Ὅτι *), ἐγὼ εἶπον, τί μάλιστα; C
Ἀποῤῥᾳθυμεῖν ἡμῖν δοκεῖς, ἔφη, καὶ εἶδος ὅλον οὐ τὸ ἐλάχι-
στον ἐκκλέπτειν τοῦ λόγου, ἵνα μὴ διέλθῃς, καὶ λήσειν οἰη-
θῆναι εἰπὼν αὐτὸ φαύλως, ὡς ἄρα περὶ γυναικῶν τε καὶ παί-
δων παντὶ δῆλον ὅτι κοινὰ τὰ τῶν φίλων ἔσται. Οὐκοῦν ὀρ-
θῶς, ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε; Ναί, ἦ δ' ὅς· ἀλλὰ τὸ ὀρθῶς
τοῦτο, ὥσπερ τἄλλα, λόγου δεῖται, τίς ὁ τρόπος τῆς κοινω-

*) ἄλλ. Ἔτι.

V.

Bonam igitur huiusmodi civitatem reique publicae constitutionem atque rectam appello, itemque virum talem, malas vero reliquas, siquidem haec est recta, et a civitatis administratione privatorumque morum moderatione aberrantes, quae quidem quattuor pravitatis species habent. Quales tandem istas? inquit.

Et ego quidem dicturus iam eram reliquas, quomodo mihi viderentur singulae inter se converti; Polemarchus vero (paullo enim remotius quam Adimantus sedebat) manum porrigens et pallio eum prehendens supra ad humeros et illum ad se traxit et se ipsum extendens dixit aliqua ad eum se inclinans, de quibus nihil aliud audivimus nisi hoc Dimittemus igitur, inquit, an quid faciemus? Minime vero, ait Adimantus, voce iam magna loquens. Tum ego Quid tandem, inquam, vos non dimittitis? Te, inquit. Atque ego rursus Quid tandem? inquam. Languescere mihi videris, inquit, et speciem totam non minimam surripere ex oratione, ut ne eam persequare, nosque oblituros esse arbitrari eius quod simpliciter dixeris, de mulieribus et liberis cuique perspicuum esse amicorum omnia fore communia. Nonne recte, inquam, Adimante? Etiam, inquit; at rectum illud, sicuti reliqua, expositionem desiderat, quaenam

νίας· πολλοὶ γὰρ ἂν γένοιντο. μὴ οὖν παρῇς ὅντινα σὺ λέ-
γεις· ὡς ἡμεῖς πάλαι * περιμένομεν οἰόμενοί σέ πού μνησθή- D
σεσθαι παιδοποιίας τε πέρι, πῶς παιδοποιήσονται, καὶ γενο-
μένους πῶς θρέψουσι, καὶ ὅλην ταύτην ἣν λέγεις κοινωνίαν
γυναικῶν τε καὶ παίδων· μέγα γάρ τι οἰόμεθα φέρειν καὶ ὅλον
εἰς πολιτείαν ὀρθῶς ἢ μὴ ὀρθῶς γιγνόμενον. νῦν οὖν, ἐπειδὴ
ἄλλης ἐπιλαμβάνει πολιτείας πρὶν ταῦτα ἱκανῶς διελέσθαι, δέ-
δοκται ἡμῖν τοῦτο ὃ σὺ ἤκουσας, τὸ σὲ * μὴ μεθιέναι πρὶν ἂν 450
ταῦτα πάντα ὥσπερ τἆλλα διέλθῃς. Καὶ ἐμὲ τοίνυν, ὁ Γλαύ-
κων ἔφη, κοινωνὸν τῆς ψήφου ταύτης τίθετε. Ἀμέλει, ἔφη
ὁ Θρασύμαχος, πᾶσι ταῦτα δεδογμένα ἡμῖν νόμιζε, ὦ Σώ-
κρατες.

Οἷον, ἦν δ' ἐγώ, εἰργάσασθε ἐπιλαβόμενοί μου! ὅσον
λόγον πάλιν, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς, κινεῖτε περὶ τῆς πολιτείας! ἣν
ὡς ἤδη διεληλυθὼς ἔγωγε ἔχαιρον, ἀγαπῶν εἴ τις ἐάσει *) ταῦ-
τα ἀποδεξάμενος ὡς τότε ἐῤῥήθη· ἃ νῦν ὑμεῖς * παρακαλοῦντες B
οὐκ ἴστε ὅσον ἑσμὸν λόγων ἐπεγείρετε· ὃν ὁρῶν ἐγὼ παρῆκα
τότε, μὴ παράσχοι πολὺν ὄχλον. Τί δέ; ἦ δ' ὃς ὁ Θρασύ-
μαχος· χρυσοχοήσοντας οἴει τούσδε νῦν ἐνθάδε ἀφῖχθαι, ἀλλ'
οὐ λόγων ἀκουσομένους; Ναί, εἶπον, μετρίων γε. Μέτρον
δέ γ', ἔφη, ὦ Σώκρατες, ὁ Γλαύκων, τοιούτων λόγων ἀκού-
ειν ὅλος ὁ βίος νοῦν ἔχουσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν ἡμέτερον ἔα· σὺ δὲ
περὶ ὧν ἐρωτῶμεν μηδαμῶς ἀποκάμῃς ᾗ σοι δοκεῖ διεξιών, τίς
ἡ * κοινωνία τοῖς φύλαξιν ἡμῖν παίδων τε πέρι καὶ γυναικῶν C
ἔσται, καὶ τροφῆς νέων ἔτι ὄντων τῆς ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ γι-
γνομένης γενέσεώς τε καὶ παιδείας, ἣ δὴ ἐπιπονωτάτη δοκεῖ
εἶναι. πειρῶ οὖν εἰπεῖν τίνα τρόπον δεῖ γίγνεσθαι αὐτήν. Οὐ
ῥᾴδιον, ὦ εὔδαιμον, ἦν δ' ἐγώ, διελθεῖν· πολλὰς γὰρ ἀπι-
στίας ἔχει ἔτι μᾶλλον τῶν ἔμπροσθεν ὧν διήλθομεν. καὶ γὰρ

---

*) ἄλλ. ἐάσοι.

ſit ratio communionis; multae enim exſtiterint. ne igitur praetermittas quam tu dicas; etenim nos iamdiu exſpectamus ſperantes te mentionem facturum eſſe liberorum procreationis, quomodo udo genituri ſint genitosque quomodo educaturi, et univerſae iſtius quam dicis communionis mulierum ac liberorum; multum enim arbitramur et omnia conferre ad civitatem hoc rectene an ſecus fiat. nunc igitnr quoniam aliam reprehendis civitatem priusquam haec ſatis expoſueris, viſum nobis eſt id quod tu audiviſti, te non dimittere prius quam haec omnia ſicuti reliqua perſequutus fueris. Me quoque, Glauco iuquit, huic ſententiae adſcribite. Quin, inquit Thraſymachus, omnibus hoc viſum eſſe nobis exiſtima, Socrate.

Quid, inquam, agitis me prendentes? quantam orationem rurſus, tamquam ab initio, excitatis de re publica! quam me iam perſequutum eſſe gaudebam, ſatis habens ſi quis me ſineret haec approbans ut tum dicta eſſent; ad quae nunc vos adhortantes neſcitis quantam orationum turbam concitetis, quam proſpiciens ego praetermiſi tum, ut ne nimiam exhiberet moleſtiam. Ain tu? inquit Thraſymachus, ut in auro fodiendo tempus perderent hosce arbitraris nunc huc veniſſe, non ut ſermones audirent? Sane, inquam, modicos quidem. Modus autem, inquit, o Socrates, Glauco, talium orationum audiendarum univerſa vita eſt viris prudentibus. ſed nos quidem mitte, tu vero de eis quae quaerimus neutiquam graveris quomodo tibi videatur exponere, quaenam communio cuſtodibus noſtris liberorum ac mulierum futura ſit, quae puerorum educandorum ratio eo tempore quod inter generationem et inſtitutionem interiectum fuerit, quae quidem laborioſiſſima videtur eſſe. conare igitur dicere quomodo eam oporteat inſtitui. Haud facile, o beate, inquam, expoſitu; multa enim in eo inſunt quae minorem habeant fidem quam quae ante perſequuti ſumus. nam fieri hoc poſſe dubita-

ὡς δυνατὰ λέγεται, ἀπιστοῖτ' ἄν, καὶ εἰ ὅτι μάλιστα γένοιτο,
ὡς ἄριστ' ἂν εἴη ταῦτα καὶ * ταύτῃ *) ἀπιστήσεται. διὸ δὴ D
καὶ ὄκνος τις αὐτῶν ἅπτεσθαι, μὴ εὐχὴ δοκῇ εἶναι ὁ λόγος,
ὦ φίλε ἑταῖρε. Μηδέν, ἦ δ' ὅς, ὄκνει· οὔτε γὰρ ἀγνώμονες
οὔτε ἄπιστοι οὔτε δύςνοι οἱ ἀκουσόμενοι. Καὶ ἐγὼ εἶπον Ὦ
ἄριστε, ἦ που βουλόμενός με παραθαῤῥύνειν λέγεις; Ἔγωγ',
ἔφη. Πᾶν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τοὐναντίον ποιεῖς· πιστεύοντος μὲν γὰρ ἐμοῦ ἐμοὶ εἰδέναι ἃ λέγω, καλῶς εἶχεν ἡ παραμυ-
θία· ἐν γὰρ * φρονίμοις τε καὶ φίλοις περὶ τῶν μεγίστων τε E
καὶ φίλων τἀληθῆ εἰδότα λέγειν ἀσφαλὲς καὶ θαῤῥαλέον, ἀπιστοῦντα δὲ καὶ ζητοῦντα ἅμα τοὺς λόγους ποιεῖσθαι, ὃ δὴ ἐγὼ
δρῶ, φοβερόν τε καὶ σφαλερόν, οὔτι γέλωτα * ὀφλεῖν (παι- 451
δικὸν γὰρ τοῦτό γε), ἀλλὰ μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας οὐ μόνον αὐτός, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους ξυνεπισπασάμενος κείσομαι, περὶ ἃ ἥκιστα δεῖ σφάλλεσθαι. προσκυνῶ δὲ Ἀδράστειαν, ὦ Γλαύκων, χάριν οὗ μέλλω λέγειν· ἐλπίζω γὰρ οὖν ἔλαττον ἁμάρτημα ἀκουσίως τινὸς φονέα γενέσθαι ἢ ἀπατεῶνα καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν καὶ δικαίων καὶ νομίμων πέρι. τοῦτο οὖν τὸ κινδύνευμα
κινδυνεύειν ἐν ἐχθροῖς κρεῖττον ἢ φίλοις· ὥςτε οὐκ * εὖ με B
παραμυθεῖ. Καὶ ὁ Γλαύκων γελάσας Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, ἔφη, ἐάν τι πάθωμεν πλημμελὲς ὑπὸ τοῦ λόγου, ἀφίεμέν σε ὥςπερ φόνου καθαρὸν εἶναι καὶ μὴ ἀπατεῶνα ἡμῶν. ἀλλὰ θαῤῥήσας λέγε. Ἀλλὰ μέντοι, εἶπον, καθαρός γε καὶ ἐκεῖ ὁ ἀφεθείς, ὡς ὁ νόμος λέγει, εἰκὸς δέ **), εἴπερ ἐκεῖ, κἀνθάδε. Λέγε τοίνυν, ἔφη, τούτου γ' ἕνεκα. Λέγειν δή, ἔφην ἐγώ, χρὴ ἀνάπαλιν αὖ νῦν, ἃ τότε ἴσως ἔδει ἐφεξῆς λέγειν. τάχα δὲ
οὕτως ἂν * ὀρθῶς ἔχοι, μετὰ τὸ ἀνδρεῖον δρᾶμα παντελῶς C
διαπερανθὲν τὸ γυναικεῖον αὖ περαίνειν, ἄλλως τε καὶ ἐπειδὴ σὺ οὕτω προκαλεῖ.

Ἀνθρώποις γὰρ φῦσι καὶ παιδευθεῖσιν, ὡς ἡμεῖς διήλθομεν, κατ' ἐμὴν δόξαν οὐκ ἔστ' ***) ἄλλη ὀρθὴ παίδων τε καὶ γυναικῶν κτῆσίς τε καὶ χρεία ἢ κατ' ἐκείνην τὴν ὁρμὴν ἰοῦσιν ἥνπερ τὸ πρῶτον ὡρμήσαμεν. ἐπεχειρήσαμεν δέ που

---

*) ἴσ. ταῦτα ταύτῃ.
**) γρ. δέ γε.
***) γρ. ἔσται.

bitur, atque etiamsi fiat maxime, tamen an optimum hoc sit, dubitabitur. quocirca non sine aliqua verecundia haec attingenda sunt, ut ne votum videatur esse oratio, o care amice. Ne, inquit, vereare; neque enim ingrati neque increduli neque malivoli erant qui te audient. Tum ego O praestantissime, inquam, nonne me cohortaturus haec dicis? Ego vero, inquit. Plane vero, inquam, contrarium facis; nam si ipse me confiderem scire quae dico, bene haberet cohortatio; inter prudentes enim et caros de rebus maximis et caris verba facere vera cognoscentem tutum est atque audendum, diffidentem vero simulque quaerentem disserere, quod ego scilicet facio, timendum et periculosum, neutiquam ne risui sim (puerile enim hoc), sed ne labens et aberrans a vero non modo ipse, sed amicos quoque mecum trahens procumbam, in eo in quo minime deceat labi. precor igitur Adrasteam, Glauco, eorum causa quae dicturus sum; spero enim minus peccare qui invitus aliquem interficiat, quam qui decipiat in eo quod pulchrum, bonum, iustum legibusque consentaneum est. quod quidem periculum subire in hostibus praestat quam in amicis; quocirca non bene me cohortaris. Tum Glauco subridens At vero, Socrate, inquit, si quod piaculum nobis contrahitur oratione, dimittimus te tamquam caedis insontem atque fraudis. itaque fidenter loquere. Iamvero, inquam, insons etiam ibi dimissus, ut lex dicit, et consentaneum, si ibi, etiam hic. Dic igitur, inquit, hoc nihil curans. Dicere ergo, inquam, oportet rursus nunc, quae tunc fortasse oportuit deinceps exponi. forsitan ita recte habeat, postquam fabulam virilem penitus absolvimus, etiam muliebrem absolvere, praesertim quum tu me provoces.

Homines igitur nati et instituti, ut nos exposuimus, ut mea fert opinio, non aliter poterunt recte liberos ac mulieres possidere eisque uti quam ita ut eam vim ingrediantur quam primum ingressi sumus. instituimus

ὡς ἀγέλης φύλακας τοὺς ἄνδρας καθιστάναι τῷ λόγῳ. Ναί.
Ἀκολουθῶμεν * τοίνυν καὶ τὴν γένεσιν καὶ τροφὴν παραπλη- D
σίαν ἀποδιδόντες, καὶ σκοπῶμεν εἰ ἡμῖν πρέπει ἢ οὔ. Πῶς;
ἔφη. Ὧδε. τὰς θηλείας τῶν φυλάκων κυνῶν πότερα ξυμφυ-
λάττειν οἰόμεθα δεῖν ἅπερ ἂν οἱ ἄῤῥενες φυλάττωσι καὶ ξυν-
θηρεύειν καὶ τἄλλα κοινῇ πράττειν, ἢ τὰς μὲν οἰκουρεῖν ἔνδον
ὡς ἀδυνάτους διὰ τὸν τῶν σκυλάκων τόκον τε καὶ τροφήν,
τοὺς δὲ πονεῖν τε καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ἔχειν περὶ τὰ ποίμνια;
Κοινῇ, ἔφη, πάντα· πλὴν ταῖς μὲν ὡς *) ἀσθενεστέραις * χρώ- E
μεθα, τοῖς δὲ ὡς ἰσχυροτέροις. Οἷόν τ' οὖν, ἔφην ἐγώ, ἐπὶ
τὰ αὐτὰ χρῆσθαί τινι ζώῳ, ἂν μὴ τὴν αὐτὴν τροφήν τε καὶ
παιδείαν ἀποδιδῷς; Οὐχ οἷόν τε. Εἰ ἄρα ταῖς γυναιξὶν ἐπὶ
ταὐτὰ χρησόμεθα καὶ τοῖς ἀνδράσι, ταὐτὰ καὶ διδακτέον αὐτάς.
* Ναί. Μουσικὴ μὲν ἐκείνοις τε καὶ γυμναστικὴ ἐδόθη; Ναί. 452
Καὶ ταῖς γυναιξὶν ἄρα τούτω τὼ τέχνα καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον
ἀποδοτέον, καὶ χρηστέον κατὰ ταὐτά. Εἰκὸς ἐξ ὧν λέγεις, ἔφη.
Ἴσως δή, εἶπον, παρὰ τὸ ἔθος γελοῖα ἂν φαίνοιτο πολλὰ περὶ
τὰ νῦν λεγόμενα, εἰ πεπράξεται ᾗ λέγεται. Καὶ μάλα, ἔφη.
Τί, ἦν δ' ἐγώ, γελοιότατον αὐτῶν ὁρᾷς; ἢ δῆλα δὴ ὅτι γυμνὰς
τὰς γυναῖκας ἐν ταῖς παλαίστραις γυμναζομένας μετὰ τῶν ἀν-
δρῶν, * οὐ μόνον τὰς νέας, ἀλλὰ καὶ ἤδη τὰς πρεσβυτέρας, B
ὥσπερ τοὺς γέροντας ἐν τοῖς γυμνασίοις, ὅταν ῥυσσοὶ καὶ μὴ
ἡδεῖς τὴν ὄψιν ὅμως φιλογυμναστῶσιν; Νὴ τὸν Δί', ἔφη·
γέλοιον γὰρ ἄν, ὥς γε ἐν τῷ παρεστῶτι, φανείη. Οὐκοῦν,
ἦν δ' ἐγώ, ἐπείπερ ὡρμήσαμεν λέγειν, οὐ φοβητέον τὰ τῶν
χαριέντων σκώμματα, ὅσα καὶ οἷ' ἂν εἴποιεν εἰς τὴν τοιαύτην
μεταβολὴν γενομένην καὶ περὶ τὰ γυμνάσια * καὶ περὶ μουσι- C
κὴν καὶ οὐκ ἐλάχιστα περὶ τὴν τῶν ὅπλων σχέσιν καὶ ἵππων
ὀχήσεις; Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Ἀλλ', ἐπείπερ λέγειν ἠρξά-
μεθα, πορευτέον πρὸς τὸ τραχὺ τοῦ νόμου, δεηθεῖσί τε τού-
των μὴ τὰ αὑτῶν πράττειν, ἀλλὰ σπουδάζειν, καὶ ὑπομνή-
σασιν ὅτι οὐ πολὺς χρόνος ἐξ οὗ τοῖς Ἕλλησιν ἐδόκει αἰσχρὰ

---

*) γρ. πλὴν ὡς.

autem, ut opinor, tamquam gregis custodes viros constituere oratione. Etiam. Sequamur igitur generationem et educationem similem tribuentes, et videamus nobisne conveniat necne. Quomodo? inquit. Ita. canes feminas custodes utrum una custodire arbitramur debere quae mares custodiant unaque venari et reliqua communiter facere, an illas quidem domum custodire intus quippe impotentes propter catulorum partum et nutritum, hos vero laborare omnemque gregis curationem habere? Communiter, inquit, omnia, nisi quod feminis ut imbecillioribus utimur, maribus vero ut robustioribus. Fierine autem potest, inquam, ut ad easdem res utamur animante aliquo, nisi eandem ei educationem et institutionem impertias? Non potest fieri. Si igitur mulieribus ad eadem utemur atque viris, ad eadem etiam instituendae sunt. Vero. Musica vero illis et gymnastica tradita est? Etiam. Ergo etiam mulieribus hae artes resque bellicae tradendae sunt, et utendum eis ad easdem. Consentaneum ex eis quae dicis, inquit. Fortasse, inquam, multa in eis quae nunc proferuntur, quia praeter consuetudinem sunt, ridicula videbuntur, si peragentur ita ut dicitur. Admodum, inquit. Quid vero, inquam, maxime eorum ridiculum video? an patet, nudas conspici mulieres in palaestris se exercentes cum viris, non modo iuvenes, verum etiam aetate iam provectas, quemadmodum senes in gymnasiis, quando rugosi nec ad spectandum iucundi tamen libenter exercentur? Sane quidem hercle, inquit; ridiculam enim, in praesentia certe, speciem habebit. Nonne vero, inquam, quoniam instituimus explicare, haud verendae sunt festivorum hominum cavillationes, quotquot et quales iaciant in huiusmodi conversionem futuram gymnasiorum, musicae et praecipue armaturae atque equitationis? Recte, inquit, dicis. Iam quia dicere incepimus, pergendum nobis ad legem severam, orantibus illos ne more suo, sed serio agant, et admonentibus eos, non ita pridem

εἶναι καὶ γέλοια ἅπερ νῦν τοῖς πολλοῖς τῶν βαρβάρων, γυμνοὺς
ἄνδρας ὁρᾶσθαι. καὶ ὅτε ἤρχοντο τῶν γυμνασίων πρῶτοι μὲν
Κρῆτες, * ἔπειτα Λακεδαιμόνιοι, ἐξῆν τοῖς τότε ἀστείοις πάντα D
ταῦτα κωμῳδεῖν· ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε. Ἀλλ' ἐπειδή, οἶμαι,
χρωμένοις ἄμεινον τὸ ἀποδύεσθαι τοῦ ξυγκαλύπτειν πάντα τὰ
τοιαῦτα ἐφάνη, καὶ τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς δὴ γέλοιον ἐξεῤῥύη
ὑπὸ τοῦ ἐν τοῖς λόγοις μηνυθέντος ἀρίστου, καὶ τοῦτο ἐνεδεί-
ξατο, ὅτι μάταιος ὃς γέλοιον ἄλλο τι ἡγεῖται ἢ τὸ κακόν, καὶ
ὁ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρῶν *) πρὸς ἄλλην τινὰ ὄψιν ἀποβλέπων
ὡς γελοίου ἢ τὴν * τοῦ ἄφρονός τε καὶ κακοῦ, ἢ σπουδάζει πρὸς E
ἄλλον τινὰ σκοπὸν στησάμενος ἢ τὸν τοῦ ἀγαθοῦ. Παντάπασι
μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πρῶτον μὲν τοῦτο περὶ αὐτῶν
ἀνομολογητέον, εἰ δυνατὰ ἢ οὔ, καὶ δοτέον ἀμφισβήτησιν, εἴτε
τις φιλοπαίσμων εἴτε σπουδαστικὸς ἐθέλει ἀμφισβητῆσαι, πότε-
ρον δυνατὴ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη * ἡ θήλεια τῇ τοῦ ἄῤῥενος 453
γένους κοινωνῆσαι εἰς ἅπαντα τὰ ἔργα ἢ οὐδ' εἰς ἕν, ἢ εἰς τὰ
μὲν οἵα τε, εἰς δὲ τὰ οὔ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ περὶ τὸν πόλεμον
ποτέρων ἐστίν; ἆρ' οὐχ οὕτως ἂν κάλλιστά τις ἀρχόμενος, ὡς
τὸ εἰκός, καὶ κάλλιστα τελευτήσειεν; Πολύ γε, ἔφη. Βούλει
οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἡμεῖς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν ἄλλων
ἀμφισβητήσωμεν, ἵνα μὴ ἔρημα τὰ τοῦ ἑτέρου λόγου πολιορ-
κῆται; * Οὐδέν, ἔφη, κωλύει. Λέγωμεν δὴ ὑπὲρ αὐτῶν ὅτι B
Ὦ Σώκρατές τε καὶ Γλαύκων, οὐδὲν δεῖ ὑμῖν ἄλλους ἀμφις-
βητεῖν· αὐτοὶ γὰρ ἐν ἀρχῇ τῆς κατοικίσεως, ἣν ᾠκίζετε πόλιν,
ὡμολογεῖτε δεῖν κατὰ φύσιν ἕκαστον ἕνα ἓν τὸ αὑτοῦ πράττειν.
Ὡμολογήσαμεν, οἶμαι· πῶς γὰρ οὔ; Ἔστιν οὖν ὅπως οὐ
πάμπολυ διαφέρει γυνὴ ἀνδρὸς τὴν φύσιν; Πῶς δ' οὐ διαφέ-
ρει; Οὐκοῦν ἄλλο καὶ ἔργον ἑκατέρῳ προσήκει προστάττειν τὸ
κατὰ τὴν αὑτοῦ * φύσιν; Τί μήν; Πῶς οὖν οὐχ ἁμαρτάνετε C
νῦν καὶ τἀναντία ὑμῖν αὐτοῖς λέγετε, φάσκοντες αὖ τοὺς ἄν-
δρας καὶ τὰς γυναῖκας δεῖν τὰ αὐτὰ πράττειν πλεῖστον κεχω-
ρισμένην φύσιν ἔχοντας; Ἕξεις τι, ὦ θαυμάσιε, πρὸς ταῦτ'
ἀπολογεῖσθαι; Ὡς μὲν ἐξαίφνης, ἔφη, οὐ πάνυ ῥᾴδιον· ἀλλὰ

---

*) ἴσ. καὶ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρεῖ — ἢ σπουδάζει.

Graecis visum esse turpe et ridiculum, quod nunc plurimis barbarorum, nudos viros spectare; et quum inciperent gymnasia primi Cretenses, deinde Lacedaemonii, licuisse urbanis id temporis hominibus omnia haec perstringere; an non censes? Ego vero. At postquam, opinor, palaestra utentes melius esse nudare quam obvolvere omnia id genus perspexerant, etiam ridiculum illud quod ab oculorum approbatione abhorruerat evanuit prae optimo eo quod ratio declarabat; et patuit hoc, vanum esse qui ridiculum aliud quid habeat quam malum, et qui perstringere aliquid instituat aliam speciem ut ridiculam intuens quam insipientis et mali, vel qui seria agat alium sibi finem proponens quam boni. Prorsus sic se habet, inquit. Nonne primum quidem hoc inter nos convenire oportet, fierine possit necne, et potestas facienda est dubitandi, sive quis ioci amans sive seria colens velit dubitare, utrum naturae femineae communia esse possint cum virili sexu omnia opera an ne unum quidem, an alia quidem, alia non, resque bellica utrius propria sit? nonne ita optime quis incipiens, ut par est, etiam optime definiet? Sane quidem, inquit. Visne igitur, inquam, nos inter nos ipsos reliquorum loco dubitationes excitemus, ut ne altera oratio deserta oppugnetur? Nihil, inquit, impedit. Dicamus igitur illorum loco O Socrates et Glauco, nihil opus est vobis alios dubitationes excitare; ipsi enim civitatem condere exorsi confessi estis oportere secundum naturam unumquemque unum quod ipsius proprium esset agere. Confessi sumus, arbitror; quidni? Est igitur ut non permultum differat inter mulieris et viri naturam? Quidni differat? Nonne aliud etiam opus utrique oportet mandari pro cuiusque natura? Admodum. Est igitur ut non peccetis nunc et vobismet ipsis contradicatis, quippe ponentes vicissim viros ac mulieres debere eadem agere maxime separatam habentes naturam? Habebis, admirabilis, qua utaris defensionem? Ita subito, inquam,

σοῦ δεήσομαί τε καὶ δέομαι καὶ τὸν ὑπὲρ ἡμῶν λόγον, ὅςτις ποτ' ἐστὶν, ἑρμηνεῦσαι. Ταῦτ' ἐστὶν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, ἃ ἐγὼ πάλαι * προορῶν ἐφοβούμην D τε καὶ ὤκνουν ἅπτεσθαι τοῦ νόμου τοῦ περὶ τὴν τῶν γυναικῶν καὶ παίδων κτῆσιν καὶ τροφήν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, οὐ γὰρ εὐκόλῳ ἔοικεν. Οὐ γάρ, εἶπον. ἀλλὰ δὴ ὧδ' ἔχει· ἄν τέ τις εἰς κολυμβήθραν σμικρὰν ἐμπέσῃ ἄν τε εἰς τὸ μέγιστον πέλαγος μέσον, ὅμως γε νεῖ οὐδὲν ἧττον. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ ἡμῖν νευστέον καὶ πειρατέον σώζεσθαι ἐκ τοῦ λόγου, ἤτοι δελφῖνά τιν' ἐλπίζοντας ἡμᾶς ἀπολαβεῖν *) ἄν ἤ τινα ἄλλην ἄπορον σωτηρίαν; * Ἔοικεν, ἔφη. Φέρε δή, ἦν δ' ἐγώ, E ἐάν πῃ εὕρωμεν τὴν ἔξοδον. ὡμολογοῦμεν γὰρ δὴ ἄλλην φύσιν ἄλλο δεῖν ἐπιτηδεύειν, γυναικὸς δὲ καὶ ἀνδρὸς ἄλλην εἶναι· τὰς δὲ ἄλλας φύσεις τὰ αὐτά φαμεν νῦν δεῖν ἐπιτηδεῦσαι. ταῦτα ἡμῶν κατηγορεῖτε; Κομιδῇ γε. Ἦ γενναία, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, ἡ * δύναμις τῆς ἀντιλογικῆς τέχνης. Τί δή; Ὅτι, 454 εἶπον, δοκοῦσί μοι εἰς αὐτὴν καὶ ἄκοντες πολλοὶ ἐμπίπτειν, καὶ οἴεσθαι οὐκ ἐρίζειν, ἀλλὰ διαλέγεσθαι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι κατ' εἴδη διαιρούμενοι τὸ λεγόμενον ἐπισκοπεῖν, ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ ὄνομα διώκειν τοῦ λεχθέντος τὴν ἐναντίωσιν, ἔριδι, οὐ διαλέκτῳ πρὸς ἀλλήλους χρώμενοι. Ἔστι γὰρ δή, ἔφη, περὶ πολλοὺς τοῦτο τὸ πάθος· ἀλλὰ μῶν καὶ πρὸς ἡμᾶς τοῦτο τείνει ἐν τῷ παρόντι; Παντάπασι * μὲν οὖν, ἦν δ' ἐγώ· κιν- B δυνεύομεν γοῦν ἄκοντες ἀντιλογίας ἅπτεσθαι. Πῶς; Τὸ μὴ τὴν αὐτὴν φύσιν ὅτι οὐ τῶν αὐτῶν δεῖ ἐπιτηδευμάτων τυγχάνειν πάνυ ἀνδρείως τε καὶ ἐριστικῶς κατὰ τὸ ὄνομα διώκομεν, ἐπεσκεψάμεθα δὲ οὐδ' ὁπῃοῦν τί εἶδος τὸ τῆς ἑτέρας τε καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως καὶ πρὸς τί τεῖνον ὡριζόμεθα τότε, ὅτε τὰ ἐπιτηδεύματα ἄλλῃ φύσει ἄλλα, τῇ δὲ αὐτῇ τὰ αὐτὰ ἀπεδίδομεν. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη, ἐπεσκεψάμεθα. * Τοιγάρτοι, εἶ- C πον, ἔξεστιν ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ἀνερωτᾶν ἡμᾶς αὐτοὺς εἰ ἡ αὐτὴ φύσις φαλακρῶν καὶ κομητῶν καὶ οὐχ ἡ ἐναντία, καὶ

---

*) ἄλλ. ὑπολαβεῖν.

non ſane facile; at te orabo atque oro ut etiam noſtram quaecumque fuerit defenſionem exponas. Haec ſunt, inquam, Glauco, aliaque multa eiusdem generis, quae ego iamdiu proſpiciens verebar et cunctabar legem attingere ad mulieres ac pueros poſſidendos atque educandos ſpectantem. Mehercule, inquit, etiam haud facilis videtur. Haud facilis, inquam; ſed ita ſe res habet: ſive quis in piſcinam parvam inciderit ſeu in magnum mare medium, nihilo minus tamen natat. Sane quidem. Quocirca nobis quoque natandum eſt atque conandum ex oratione nos ſervare ſperantibus fore ut vel delphinus aliquis nos ſuscipiat ac ſublevet vel alia qua rara nos ſervet ſalus? Conſentaneum, inquit. Age dum, inquam, ſi forte inveniamus exitum. confeſſi enim ſumus aliam naturam aliud debere factitare, et mulieris ac viri diverſam eſſe; naturas autem has diverſas eadem nunc dicimus debere factitare. hoc nobis obiicitis? Sane quidem. Profecto ſtrenua, inquam, Glauco, vis artis verbis disceptandi. Cur tandem? Quia, inquam, videntur mihi in eam etiam inviti multi incidere ſeque putare non litigare, ſed disſerere, propterea quod nequeunt in ſpecies distribuere id quod agitur et ita conſiderare, ſed ad ipſum verbum perſequuntur eius quod dictum eſt contrarium, litem inter ſe facientes, non ſermonem conferentes. Sane quidem, inquit, multis hoc accidit; num vero etiam ad nos pertinet in praesentia? Admodum, inquam; videmur certe inviti contra dicere incepiſſe. Quomodo? Non eandem naturam non eadem debere ſtudia capeſſere, hoc admodum fortiter et litigioſo modo ad verbum perſequimur, nullo autem modo ſpectavimus quampam diverſae et eiusdem naturae ſpeciem et quorſum pertinentem tum definiverimus quum ſtudia alii naturae alia, eidem vero eadem tribueremus. Neque ſane, inquit, ſpectavimus. Iccirco, inquam, licet nobis, ut patet, quaerere e nobismet ipſis eademne natura ſit calvorum et comatorum, non contraria, et quum conceſſeri-

ἐπειδὰν ὁμολογῶμεν ἐναντίαν εἶναι, ἐὰν φαλακροὶ σκυτοτομῶσι, μὴ ἐᾶν κομήτας, ἐὰν δ' αὖ κομῆται, μὴ τοὺς ἑτέρους. Γέλοιον μέντ' ἂν εἴη, ἔφη. Ἆρα κατ' ἄλλο τι, εἶπον ἐγώ, γέλοιον, ἢ ὅτι τότε οὐ πάντως τὴν αὐτὴν καὶ τὴν ἑτέραν φύσιν ἐτιθέμεθα, ἀλλ' ἐκεινο τὸ εἶδος τῆς ἀλλοιώσεώς τε καὶ ὁμοιώσεως μόνον * ἐφυλάττομεν τὸ πρὸς αὐτὰ τεῖνον τὰ ἐπιτηδεύματα; D
οἷον ἰατρὸν μὲν καὶ ἰατρικὸν τὴν ψυχὴν ὄντα τὴν αὐτὴν φύσιν ἔχειν ἐλέγομεν· ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε. Ἰατρικὸν δὲ καὶ τεκτονικὸν ἄλλην; Πάντως που. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τὸ τῶν ἀνδρῶν καὶ τὸ τῶν γυναικῶν γένος, ἐὰν μὲν πρὸς τέχνην τινὰ ἢ ἄλλο ἐπιτήδευμα διαφέρον φαίνηται, τοῦτο δὴ φήσομεν ἑκατέρῳ δεῖν ἀποδιδόναι, ἐὰν δὲ αὐτῷ τούτῳ φαίνηται διαφέρειν, τῷ τὸ μὲν θῆλυ τίκτειν, τὸ δὲ ἄῤῥεν ὀχεύειν, οὐδέν τί
* πω φήσομεν μᾶλλον ἀποδεδεῖχθαι ὡς, πρὸς ὃ ἡμεῖς λέγο- E
μεν διαφέρει γυνὴ ἀνδρός, ἀλλ' ἔτι οἰησόμεθα δεῖν τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν τούς τε φύλακας ἡμῖν καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν; Καὶ ὀρθῶς, ἔφη. Οὐκοῦν μετὰ τοῦτο κελεύομεν τὸν τὰ ἐναντία λέγοντα τοῦτο αὐτὸ διδάσκειν * ἡμᾶς, πρὸς τίνα τέχνην 455
ἢ τί ἐπιτήδευμα τῶν περὶ πόλεως κατασκευὴν οὐχ ἡ αὐτή, ἀλλὰ ἑτέρα φύσις γυναικός τε καὶ ἀνδρός; Δίκαιον γοῦν. Τάχα τοίνυν ἄν, ὅπερ σὺ ὀλίγον πρότερον ἔλεγες, εἴποι ἂν καὶ ἄλλος, ὅτι ἐν μὲν τῷ παραχρῆμα ἱκανῶς εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον, ἐπισκεψαμένῳ δὲ οὐδὲν χαλεπόν. Εἴποι γὰρ ἄν. Βούλει οὖν δεώμεθα τοῦ τὰ τοιαῦτα ἀντιλέγοντος ἀκολουθῆσαι ἡμῖν, * ἐάν B
πως ἡμεῖς ἐκείνῳ ἐνδειξώμεθα ὅτι οὐδέν ἐστιν ἐπιτήδευμα ἴδιον γυναικὶ πρὸς διοίκησιν πόλεως; Πάνυ γε. Ἴθι δή, φήσομεν πρὸς αὐτόν, ἀποκρίνου. ἆρα οὕτως ἔλεγες τὸν μὲν εὐφυῆ πρός τι εἶναι, τὸν δὲ ἀφυῆ, ἐν ᾧ ὁ μὲν ῥᾳδίως τι μανθάνοι, ὁ δὲ χαλεπῶς; καὶ ὁ μὲν ἀπὸ βραχείας μαθήσεως ἐπὶ πολὺ εὑρετικὸς εἴη οὗ ἔμαθεν, ὁ δὲ πολλῆς μαθήσεως τυχὼν καὶ μελέτης μηδ' ἃ ἔμαθε σώζοιτο; καὶ τῷ μὲν τὰ τοῦ σώματος ἱκανῶς
* ὑπηρετοῖ τῇ διανοίᾳ, τῷ δὲ ἐναντιοῖτο; ἆρ' ἄλλ' ἄττα ἐστὶν C

mus contrariam esse, si calvi calceos conficiant, non sinamus comatos eosdem facere, sin comati, non sinamus alteros. Ridiculum autem foret, inquit. Num aliam ob causam, inquam, ridiculum, quam ob hanc quod tum non omnino eandem et diversam naturam posuimus, sed illam speciem diversitatis et aequalitatis tantum observavimus quae ad ipsa pertinet vitae studia? veluti medicum et medico ingenio praeditum eandem habere naturam diximus; an non putas? Ego sane. Medico autem et fabrili ingenio praeditos diversam? Prorsus vero. Nonne, inquam, etiam virorum ac mulierum genus si ad artem aliquam vel aliud vitae studium praestans reperietur, hoc dicemus utrique esse attribuendum, sin hoc ipso reperietur differre, quod muliebre gignit, virile autem salit, nihilo dum dicemus magis probatum esse eo quod nos dicimus differre mulierem a viro, sed adhuc arbitrabimur eadem esse factitanda custodibus nostris eorumque mulieribus. Ac recte quidem, inquit. Nonne deinde iubemus eum qui contraria dicit hoc ipsum nos docere, ad quamnam artem vel quodnam studium ad civitatis constitutionem spectans non eadem sed diversa sit natura mulieris ac viri? Par certe est. Forsitan autem, quod tu paullo ante dicebas, id subiecerit etiam alius, subito quidem id satis explicare non facile esse, quum vero perscrutatus id fueris, non difficile. Subiecerit vero. Visne igitur rogemus eum qui haec contradicat ut nos sequatur, si forte nos ei probemus nullum esse vitae studium proprium mulieris in civitate administranda? Sane quidem. Age igitur, dicemus ei, responde: itane dixisti unum bona esse indole praeditum ad aliquid, alterum non, quatenus unus facile aliquid disceret, alter vero difficile, et unus post brevem institutionem ad plura invenienda quam didicisset aptus esset, alter vero multum adeptus et institutionis et exercitationis ne ea quidem quae didicisset servaret, et alteri corporis habitus satis adiuvaret mentem, alteri vero adversaretur? alia-

ἢ ταῦτα, οἷς τὸν εὐφυῆ πρὸς ἕκαστα καὶ τὸν μὴ ὡρίζου; Οὐ-
δείς, ἦ δ' ὅς, ἄλλα φήσει. Οἶσθά τι οὖν ὑπὸ ἀνθρώπων
μελετώμενον, ἐν ᾧ οὐ πάντα ταῦτα τὸ τῶν ἀνδρῶν γένος δια-
φερόντως ἔχει ἢ τὸ τῶν γυναικῶν; ἢ μακρολογῶμεν τήν τε
ὑφαντικὴν λέγοντες καὶ τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἑψημάτων
θεραπείαν, ἐν οἷς δή τι δοκεῖ * τὸ γυναικεῖον γένος εἶναι, οὗ D
καὶ καταγελαστότατόν ἐστι πάντων ἡττώμενον; Ἀληθῆ, ἔφη,
λέγεις, ὅτι πολὺ κρατεῖται ἐν ἅπασιν ὡς ἔπος εἰπεῖν τὸ γένος
τοῦ γένους. γυναῖκες μέντοι πολλαὶ πολλῶν ἀνδρῶν βελτίους
εἰς πολλά· τὸ δὲ ὅλον ἔχει, ὡς σὺ λέγεις. Οὐδὲν ἄρα ἐστίν,
ὦ φίλε, ἐπιτήδευμα τῶν πόλιν διοικούντων γυναικός, διότι
γυνή, οὐδ' ἀνδρός, διότι ἀνήρ, ἀλλ' ὁμοίως διεσπαρμέναι αἱ
φύσεις ἐν ἀμφοῖν τοῖν ζώοιν, καὶ πάντων μὲν μετέχει γυνὴ
ἐπιτηδευμάτων κατὰ φύσιν, πάντων δὲ * ἀνήρ, ἐπὶ πᾶσι δὲ E
ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρός. Πάνυ γε. Ἦ οὖν ἀνδράσι πάντα
προστάξομεν, γυναικὶ δὲ οὐδέν; Καὶ πῶς; Ἀλλ' ἔστι γάρ,
οἶμαι, ὡς φήσομεν, καὶ γυνὴ ἰατρική, ἡ δ' οὔ, καὶ μουσική,
ἡ δ' ἄμουσος φύσει. Τί μήν; Καὶ γυμναστικὴ ἄρα καὶ πολε-
μική, * ἡ δὲ ἀπόλεμος καὶ οὐ φιλογυμναστική*); Οἶμαι ἔγωγε. 456
Τί δέ; φιλόσοφός τε καὶ μισόσοφος **); καὶ θυμοειδής, ἡ δ'
ἄθυμος; Ἔστι καὶ ταῦτα. Ἔστιν ἄρα καὶ φυλακικὴ γυνή, ἡ
δ' οὔ· ἢ οὐ τοιαύτην καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν φυλακικῶν φύσιν
ἐξελεξάμεθα; Τοιαύτην μὲν οὖν. Καὶ γυναικὸς ἄρα καὶ ἀν-
δρὸς ἡ αὐτὴ φύσις εἰς φυλακὴν πόλεως, πλὴν ὅσα ἀσθενεστέρα,
ἡ δὲ ***) ἰσχυροτέρα ἐστίν. Φαίνεται. Καὶ γυναῖκες ἄρα αἱ
τοιαῦται τοῖς * τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι ξυνοικεῖν τε καὶ B
ξυμφυλάττειν, ἐπείπερ εἰσὶν ἱκαναὶ καὶ ξυγγενεῖς αὐτοῖς τὴν
φύσιν. Πάνυ γε. Τὰ δ' ἐπιτηδεύματα οὐ τὰ αὐτὰ ἀποδοτέα
ταῖς αὐταῖς φύσεσιν; Τὰ αὐτά. Ἥκομεν ἄρα εἰς τὰ πρότερα
περιφερόμενοι, καὶ ὁμολογοῦμεν μὴ παρὰ φύσιν εἶναι ταῖς τῶν
φυλάκων γυναιξὶ μουσικήν τε καὶ γυμναστικὴν ἀποδιδόναι.
Παντάπασι μὲν οὖν. Οὐκ ἄρα * ἀδύνατά γε οὐδὲ εὐχαῖς ὅμοια C

*) ἄλλ. γυμναστική. ἴσ. φιλογυμναστής.
) ἴσ. φιλόσοφός τε, ἡ δὲ μισόσοφος, καὶ θυμοειδής κτλ. *) γρ. ἢ ἰσχ.

ne qua sunt an haec quibus bona indole ad quaeque praeditum et non praeditum definivisti? Nemo, inquit, alia dicet. Scin vero aliquid quod homines colant, in quo non omnia haec virorum genus multo magis habeat quam mulierum? an longi simus artem texendi proferentes et placentarum ciborumque coctorum confectionem, in quibus muliebris scilicet videtur sexus aliquid esse et si vincitur omnium maxime ridiculus reperitur? Vera, inquit, dicis, multo superius est in omnibus propemodum genus genere. mulieres tamen multae multis viris praestant multis rebus; in universum vero sic se habet ut tu dicis. Nullum igitur est, amice, opus eorum quae ad civitatem administrandam spectant mulieris proprium, quia mulier est, neque viri, quia vir est, sed aequaliter diffusae sunt naturae in utroque animante, et omnis communia sunt mulieri opera et studia naturâ, omnia viri, in omnibus vero imbecillior est mulier viro. Sane quidem. Num igitur viris omnia iniungemus, mulieri autem nihil? Quî potest? Immo est, opinor, ut dicemus, etiam mulier alia medica, alia non, musica una, altera naturâ a musica abhorret? Quidni? Etiam gymnastica et bellicosa una, altera imbellis nec gymnastica? Arbitror equidem. Quid vero? philosopha una, altera a philosophia abhorrens, et iracunda una, altera ab iracundia aliena? Sunt etiam ista. Est ergo etiam ad custodiam apta una, altera non; an non talem etiam virorum ad custodiam aptorum naturam selegimus? Talem vero. Etiam mulieris igitur et viri eadem natura ad custodiam civitatis, nisi quod imbecillior vel robustior est. Patet. Ergo mulieres tales eligendae sunt quae una cum talibus viris habitent atque custodiant, quum idoneae sint et natura illis cognatae. Sane quidem. Studia vero nonne eadem attribuenda eisdem naturis? Eadem. Ergo ad superiora revolvimur et confitemur non praeter naturam esse custodum mulieribus musicam et gymnasticam attribuere. Prorsus sic se res habet. Neque ergo quae fieri nequeunt,

ἐνομοθετοῦμεν, ἐπείπερ κατὰ φύσιν ἐτίθεμεν τὸν νόμον· ἀλλὰ τὰ νῦν παρὰ ταῦτα γιγνόμενα παρὰ φύσιν μᾶλλον, ὡς ἔοικε, γίγνεται. Ἔοικεν. Οὐκοῦν ἡ ἐπίσκεψις ἡμῖν ἦν εἰ δυνατά γε καὶ βέλτιστα λέγοιμεν; Ἦν γάρ. Καὶ ὅτι μὲν δὴ δυνατά, διωμολόγηται; Ναί. Ὅτι δὲ δὴ βέλτιστα, τὸ μετὰ τοῦτο δεῖ διομολογηθῆναι; Δῆλον. Οὐκοῦν πρός γε τὸ φυλακικὴν γυναῖκα γενέσθαι, οὐκ ἄλλη μὲν ἡμῖν ἄνδρας ποιήσει παιδεία, ἄλλη δὲ γυναῖκας, ἄλλως τε * καὶ τὴν αὐτὴν φύσιν D
παραλαβοῦσα; Οὐκ ἄλλη. Πῶς οὖν ἔχεις δόξης τοῦ τοιοῦδε πέρι; Τίνος δή; Τοῦ ὑπολαμβάνειν παρὰ σεαυτῷ τὸν μὲν ἀμείνω ἄνδρα, τὸν δὲ χείρω· ἢ πάντας ὁμοίους ἡγεῖ; Οὐδαμῶς. Ἐν οὖν τῇ πόλει ἣν ᾠκίζομεν, πότερον οἴει ἡμῖν ἀμείνους ἄνδρας ἐξειργάσθαι τοὺς φύλακας, τυχόντας ἧς διήλθομεν παιδείας, ἢ τοὺς σκυτοτόμους, τῇ σκυτικῇ παιδευθέντας; Γελοῖον, ἔφη, ἐρωτᾷς. Μανθάνω, ἔφην. τί δέ; τῶν ἄλλων πολιτῶν * οὐχ οὗτοι ἄριστοι; Πολύ γε. Τί δέ; αἱ γυναῖκες E
τῶν γυναικῶν οὐχ αὗται ἔσονται βέλτισται; Καὶ τοῦτο, ἔφη, πολύ. Ἔστι δέ τι πόλει ἄμεινον, ἢ γυναῖκάς τε καὶ ἄνδρας ὡς ἀρίστους ἐγγίγνεσθαι; Οὐκ ἔστιν. Τοῦτο δὲ μουσική τε καὶ γυμναστικὴ παραγιγνόμεναι, ὡς ἡμεῖς * διήλθομεν, ἀπεργά- 457
σονται. Πῶς δ' οὔ; Οὐ μόνον ἄρα δυνατόν, ἀλλὰ καὶ ἄριστον πόλει νόμιμον ἐτίθεμεν. Οὕτως. Ἀποδυτέον δὴ ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξίν, ἐπείπερ ἀρετὴν ἀντὶ ἱματίων ἀμφιέσονται, καὶ κοινωνητέον πολέμου τε καὶ τῆς ἄλλης φυλακῆς τῆς περὶ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἄλλα πρακτέον· τούτων δ' αὐτῶν τὰ ἐλαφρότερα ταῖς γυναιξὶν ἢ τοῖς ἀνδράσι δοτέον διὰ τὴν τοῦ γένους * ἀσθένειαν. ὁ δὲ γελῶν ἀνὴρ ἐπὶ γυμναῖς γυναιξί, B
τοῦ βελτίστου ἕνεκα γυμναζομέναις, ἀτελῆ τοῦ γελοίου σοφίας δρέπων καρπόν, οὐδὲν οἶδεν, ὡς ἔοικεν, ἐφ' ᾧ γελᾷ οὐδ' ὅ τι πράττει· κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλόν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. Παντάπασι μὲν οὖν.

Τοῦτο μὲν τοίνυν ἓν ὥσπερ κῦμα φῶμεν διαφεύγειν τοῦ

neque votis similia sanximus, quia naturae convenienter id sanximus; haec vero quae nunc contra fiunt praeter naturam potius, ut patet, fiunt. Patet vero. Nonne vero quaestio nostra haec erat an quae fieri possent et optima diceremus? Erat vero. Et fieri quidem ea posse inter nos convenit? Etiam. Optima autem esse, deinceps inter nos conveniat necesse est? Perspicuum. Nonne hoc, ut ad custodiam apta fiat mulier, non alia nobis efficiet institutio quam quae viros idoneos reddit, praesertim quum eandem illa naturam adepta sit? Non alia. Quamnam igitur sententiam tenes? De quanam re? Num tibi statuis unum meliorem esse virum, alterum deteriorem, an omnes aequales existimas? Haudquaquam. Iam in civitate quam constituimus utrum censes nobis meliores effici custodes, si adipiscantur quam descripsimus institutionem, an sutores ad sutrinam institutos? Ridiculum, inquit, quod rogas. Intelligo, inquam. quid vero? reliquorum civium nonne hi optimi? Longe vero. Quid porro? mulieres mulierum nonne hae erunt optimae? Etiam, inquit, longe. Estne vero aliquid civitati melius, quam si mulieres ac viri quam optimi in ea exsistunt? Nihil est. Hoc autem musica et gymnastica si accedunt, ut nos exposuimus, efficient. Quidni? Non solum igitur quod fieri potest, verum etiam quod optimum est civitati sanximus. Ita. Nudare igitur corpus oportet custodum mulieres, quia virtute pro vestimento indutae erunt, et in belli reliquaeque custodiae ad civitatem spectantis partem venire, nec alia factitare; ex his vero ipsis leviora mulieribus quam viris attribuenda sunt propter sexus imbecillitatem. vir autem qui ridet de nudis mulieribus optima de causa se exercentibus, inanem ex irrisione sapientiae fructum carpens, nescit, ut patet, quid rideat nec quid agat; optime enim hoc et dicitur et semper dicetur, utile esse pulchrum, perniciosum vero turpe. Ita prorsus existimo.

Hunc igitur unum quasi fluctum dicamus nos effu-

γυναικείου πέρι νόμου λέγοντες, ὥςτε μὴ παντάπασι κατακλυ-
σθῆναι, τιθέντας * ὡς δεῖ κοινῇ πάντα ἐπιτηδεύειν τούς τε C
φύλακας ἡμῖν καὶ τὰς φυλακίδας, ἀλλά πη τὸν λόγον αὐτὸν
αὑτῷ ὡμολογῆσθαι ὡς δυνατά τε καὶ ὠφέλιμα λέγει. Καὶ μάλα,
ἔφη, οὐ σμικρὸν κῦμα διαφεύγεις. Φήσεις γε, ἦν δ' ἐγώ,
οὐ μέγα αὐτὸ εἶναι, ὅταν τὸ μετὰ τοῦτο ἴδῃς. Λέγε δή, ἴδω,
ἔφη. Τούτῳ, ἦν δ' ἐγώ, ἕπεται νόμος καὶ τοῖς ἔμπροσθεν
τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐγῷμαι, ὅδε. Τίς; Τὰς γυναῖκας ταύτας τῶν
ἀνδρῶν τούτων πάντων πάσας εἶναι κοινάς, ἰδίᾳ δὲ * μηδενὶ D
μηδεμίαν ξυνοικεῖν· καὶ τοὺς παῖδας αὖ κοινούς, καὶ μήτε γο-
νέα ἔκγονον εἰδέναι τὸν αὑτοῦ μήτε παῖδα γονέα. Πολύ, ἔφη,
τοῦτο ἐκείνου μεῖζον πρὸς ἀπιστίαν καὶ τοῦ δυνατοῦ πέρι καὶ
τοῦ ὠφελίμου. Οὐκ οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, περί γε τοῦ ὠφελίμου
ἀμφιςβητεῖσθαι ἄν, ὡς οὐ μέγιστον ἀγαθὸν κοινὰς μὲν τὰς
γυναῖκας εἶναι, κοινοὺς δὲ τοὺς παῖδας, εἴπερ οἷόν τε· ἀλλ'
οἶμαι περὶ τοῦ εἰ δυνατὸν ἢ μὴ πλείστην ἀμφιςβήτησιν γενέ-
σθαι. * Περὶ ἀμφοτέρων, ἦ δ' ὅς, εὖ μάλα ἂν ἀμφιςβητη- E
θείη. Λέγεις, ἦν δ' ἐγώ, λόγων ξύστασιν· ἐγὼ δ' ᾤμην ἔκ
γε τοῦ ἑτέρου ἀποδράσεσθαι, εἴ σοι δόξειεν ὠφέλιμον εἶναι,
λοιπὸν δὲ δή μοι ἔσεσθαι περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή. Ἀλλ'
οὐκ ἔλαθες, ἦ δ' ὅς, ἀποδιδράσκων, ἀλλ' ἀμφοτέρων πέρι
δίδου λόγον. Ὑφεκτέον, ἦν δ' ἐγώ, δίκην. τοσόνδε μέντοι
χάρισαί μοι· ἔασόν με * ἑορτάσαι, ὥςπερ οἱ ἀργοὶ τὴν διάνοιαν 458
εἰώθασιν ἑστιᾶσθαι ὑφ' ἑαυτῶν, ὅταν μόνοι πορεύωνται. καὶ
γὰρ οἱ τοιοῦτοί που, πρὶν ἐξευρεῖν τίνα τρόπον ἔσται τι ὧν
ἐπιθυμοῦσι, τοῦτο παρέντες, ἵνα μὴ κάμνωσι βουλευόμενοι
περὶ τοῦ δυνατοῦ καὶ μή, θέντες ὡς ὑπάρχον *) ὃ βούλονται,
ἤδη τὰ λοιπὰ διατάττουσι καὶ χαίρουσι διεξιόντες οἷα δράσουσι
γενομένου, ἀργὸν καὶ ἄλλως ψυχὴν ἔτι ἀργοτέραν ποιοῦντες.
ἤδη * οὖν καὶ αὐτὸς μαλθακίζομαι, καὶ ἐκεῖνα μὲν ἐπιθυμῶ B
ἀναβαλέσθαι καὶ ὕστερον ἐπισκέψασθαι, ᾗ **) δυνατά, νῦν
δὲ ὡς δυνατῶν ὄντων θεὶς σκέψομαι, ἄν μοι παριῇς, πῶς

---

*) ἄλλ. ὑπάρχον εἶναι.

**) ἄλλ. εἰ.

gere muliebri de lege dicentes, ita ut non prorsus obruamur, ponentes oportere communiter omnia factitare custodes nostros tam viros quam mulieres, sed oratio quodammodo secum consentiat quae fieri possint et utilitatem habeant dicta esse. Sane, inquit, haud levem effugis fluctum. Dices certe, inquam, non magnum eum esse, quum id quod sequitur videris. Dic modo ut videam, inquit. Hanc, inquam, excipit lex et superiores reliquas, ut arbitror, haecce. Quaenam? Mulieres has virorum horum omnium omnes esse communes, nec ullum ullam propriam habere, atque etiam liberos esse communes, ut neque parens filium noscat suum neque filius parentem. Multo, inquit, hoc illo minorem habet fidem et fieri posse et utilitatem habere. Non puto, inquam, de utilitate dubitari posse, quin maximum bonum sit communes esse mulieres, communes etiam liberos, siquidem fieri id possit; et arbitror hoc maxima in controversia versari an fieri possit necne. De utroque, inquit, admodum dubitabitur. Nuncias, inquam, orationum coacervationem; ego vero putaram ab altera me subtracturum esse, si tibi visum fuerit utile esse; tum enim reliquum fore ut quaereretur possetne fieri necne. Nec vero nobis insciis, inquit, te subtrahere conatus es; itaque de utroque redde rationem. Solvenda, inquam, poena. tantum tamen mihi gratificare: sine me feriari, quemadmodum qui segni sunt animo solent cogitationibus suis pasci, quando soli incedunt. etenim tales, ut opinor, priusquam invenerint quomodo fieri possit aliquid eorum quae concupiscunt, hoc praetermittentes, ut ne quid negoti habeant in excogitando an fieri possit necne, et ponentes id fieri posse quod volunt, reliqua iam disponunt et gaudent animo percurrentes quae facturi sint si id evenerit, segnem iam per se animum etiam segniorem reddentes. iam enim ipse quoque languesco, et illa quidem cupio dilata seriusque considerata quo pacto fieri possint, nunc autem fieri ea posse ponens

διατάξουσιν αὐτὰ οἱ ἄρχοντες γιγνόμενα καὶ ὅτι πάντων ξυμ-
φορώτατ' ἂν εἴη πραχθέντα τῇ τε πόλει καὶ τοῖς φύλαξι. ταῦτα
πειράσομαί σοι πρότερα ξυνδιασκοπεῖσθαι, ὕστερα δ' ἐκεῖνα,
εἴπερ παρίης. Ἀλλὰ παρίημι, ἔφη, καὶ σκόπει.

Οἶμαι τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, εἴπερ ἔσονται οἱ ἄρχοντες ἄξιοι
τούτου * τοῦ ὀνόματος οἵ τε τούτοις ἐπίκουροι κατὰ ταὐτά, C
τοὺς μὲν ἐθελήσειν ποιεῖν τὰ ἐπιταττόμενα, τοὺς δὲ ἐπιτάξειν
τὰ μὲν αὐτοὺς πειθομένους τοῖς νόμοις, τὰ δὲ καὶ μιμουμένους
ὅσα ἂν ἐκείνοις ἐπιτρέψωμεν. Εἰκός, ἔφη. Σὺ μὲν τοίνυν,
ἦν δ' ἐγώ, ὁ νομοθέτης αὐτοῖς, ὥσπερ τοὺς ἄνδρας ἐξέλεξας,
οὕτω καὶ τὰς γυναῖκας ἐκλέξας παραδώσεις καθ' ὅσον οἷόν τε
ὁμοφυεῖς· οἱ δέ, ἅτε οἰκίας τε καὶ ξυσσίτια κοινῇ ἔχοντες,
ἰδίᾳ δὲ οὐδενὸς οὐδὲν τοιοῦτο κεκτημένου, ὁμοῦ δὴ * ἔσονται, D
ὁμοῦ δὲ ἀναμεμιγμένων καὶ ἐν γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τρο-
φῇ ὑπ' ἀνάγκης, οἶμαι, τῆς ἐμφύτου ἄξονται πρὸς τὴν ἀλλή-
λων μίξιν· ἢ οὐκ ἀναγκαῖά σοι δοκῶ λέγειν; Οὐ γεωμετρικαῖς
γε, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις, αἳ κινδυνεύουσιν ἐκεί-
νων δριμύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν τε καὶ ἕλκειν τὸν πολὺν
λεών. Καὶ μάλα, εἶπον. ἀλλὰ δὴ μετὰ ταῦτα, ὦ Γλαύκων,
ἀτάκτως μὲν μίγνυσθαι ἀλλήλοις ἢ * ἄλλο ὁτιοῦν ποιεῖν οὔτε E
ὅσιον ἐν εὐδαιμόνων πόλει οὔτ' ἐάσουσιν οἱ ἄρχοντες. Οὐ
γὰρ δίκαιον, ἔφη. Δῆλον δὴ ὅτι γάμους τὸ μετὰ τοῦτο ποιή-
σομεν ἱεροὺς εἰς δύναμιν ὅτι μάλιστα· εἶεν δ' ἂν ἱεροὶ οἱ ὠφε-
λιμώτατοι. Παντάπασι μὲν οὖν. * Πῶς οὖν δὴ ὠφελιμώ- 459
τατοι ἔσονται; τόδε μοι λέγε, ὦ Γλαύκων· ὁρῶ γάρ σου ἐν
τῇ οἰκίᾳ καὶ κύνας θηρευτικοὺς καὶ τῶν γενναίων ὀρνίθων
μάλα συχνούς· ἆρ' οὖν, ὦ πρὸς Διός, προσέσχηκάς τι τοῖς
τούτων γάμοις τε καὶ παιδοποιίαις; Τὸ ποῖον, ἔφη; Πρῶτον
μὲν αὐτῶν τούτων, καίπερ ὄντων γενναίων, ἆρ' οὐκ εἰσί τινες
καὶ γίγνονται ἄριστοι; Εἰσίν. Πότερον οὖν ἐξ ἁπάντων
ὁμοίως γεννᾷς, ἢ προθυμεῖ ὅτι μάλιστα ἐκ τῶν ἀρίστων; Ἐκ
τῶν ἀρίστων. * Τί δ'; ἐκ τῶν νεωτάτων ἢ ἐκ τῶν γεραιτά- B
των ἢ ἐξ ἀκμαζόντων ὅτι μάλιστα; Ἐξ ἀκμαζόντων. Καὶ ἐὰν

videbo, si mihi permittis, quomodo dispositari ea sint rectores si evenerint, omniumque utilissima illa esse si perficiantur tam civitati quam custodibus. haec conabor tecum ante perpendere, serius vero illa, si permittis. Sane permitto, inquit; iam indaga.

Arbitror igitur, inquam, si futuri sint rectores digni hac appellatione itemque eorum auxiliatores, hos quidem haud recusaturos esse quin exsequantur praescripta, illos vero praescripturos esse partim ipsos obtemperantes legibus, partim etiam imitando eas exprimentes in omnibus quorum potestatem nos eis fecerimus. Consentaneum, inquit. Tu vero, inquam, eorum legis lator, quemadmodum viros elegisti, ita etiam mulieres eligens exhibebis quoad eius fieri poterit consimiles; illi vero, quippe domicilia et convivia communia habentes, dum nullus privati quid possidet, una erunt, una autem inter se versantes in gymnasiis reliquoque victu a necessitate, ut opinor, natura insita ducentur ad mutuam mixtionem; an non necessaria tibi videor dicere? Non geometricis quidem, inquit, at amatoriis necessitatibus, quae sine dubio illis acriores sunt ad persuadendam ac trahendam multitudinem. Admodum, inquit. at dein, Glauco, extra ordinem eos inter se misceri vel aliud quid agere neque fas est in beatorum civitate neque permittent rectores. Neque enim iustum, inquit. Patet igitur nuptias nos deinde conciliaturos esse sacras quam possimus maxime; erunt autem sacrae utilissimae. Admodum. Quomodo igitur utilissimae erunt? hoc mihi dic, Glauco: video enim tua in domo canes venaticos aviumque generosarum magnam copiam; num igitur, per deos, animum adtendisti ad horum nuptias liberorumque procreationes? Quorsum hoc? inquit. Primum quidem ex his ipsis, licet generosi sint, sunt nonnulli et gignuntur optimi? Sunt vero. Utrum ex omnibus pariter generas, an studes quam maxime e praestantissimis? E praestantissimis. Quid porro? e tenerrimis an senectute confectis an ex maxime florentibus? Ex

μὴ οὕτω γεννᾶται, πολύ σοι ἡγεῖ χεῖρον ἔσεσθαι τό τε τῶν
ὀρνίθων καὶ τὸ τῶν κυνῶν γένος; Ἔγωγ', ἔφη. Τί δὲ ἵππων
οἴει, ἦν δ' ἐγώ, καὶ τῶν ἄλλων ζώων; ἢ ἄλλῃ πῃ ἔχειν; Ἄτο-
πον μέντ' ἄν, ἦ δ' ὅς, εἴη. Βαβαί, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε ἑταῖρε,
ὡς ἄρα σφόδρα ἡμῖν δεῖ ἄκρων εἶναι τῶν ἀρχόντων, εἴπερ καὶ
περὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὡσαύτως ἔχει. * Ἀλλὰ μὲν δὴ C
ἔχει, ἔφη· ἀλλὰ τί δή; Ὅτι ἀνάγκη αὐτοῖς, ἦν δ' ἐγώ, φαρ-
μάκοις πολλοῖς χρῆσθαι. ἰατρὸν δέ που *) μὴ δεομένοις μὲν
σώμασι φαρμάκων, ἀλλὰ διαίτῃ ἐθελόντων ὑπακούειν, καὶ
φαυλότερον ἐξαρκεῖν ἡγούμεθα εἶναι· **) ὅταν δὲ δὴ καὶ φαρ-
μακεύειν δέῃ, ἴσμεν ὅτι ἀνδρειοτέρου δεῖ τοῦ ἰατροῦ. Ἀληθῆ·
ἀλλὰ πρὸς τί λέγεις; Πρὸς τόδε, ἦν δ' ἐγώ· συχνῷ τῷ ψεύδει
καὶ τῇ ἀπάτῃ κινδυνεύει ἡμῖν δεήσειν χρῆσθαι τοὺς ἄρχοντας
* ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἀρχομένων· ἔφαμεν δέ που ἐν φαρμάκου D
εἴδει πάντα τὰ τοιαῦτα χρήσιμα εἶναι. Καὶ ὀρθῶς γε, ἔφη.
Ἐν τοῖς γάμοις τοίνυν καὶ παιδοποιίαις ἔοικε τὸ ὀρθὸν τοῦτο
γίγνεσθαι οὐκ ἐλάχιστον. Πῶς δή; Δεῖ μέν, εἶπον, ἐκ τῶν
ὡμολογημένων τοὺς ἀρίστους ταῖς ἀρίσταις ξυγγίγνεσθαι ὡς
πλειστάκις, τοὺς δὲ φαυλοτάτους ταῖς φαυλοτάταις τοὐναν-
τίον, καὶ τῶν μὲν τὰ ἔκγονα τρέφειν, * τῶν δὲ μή, εἰ μέλλει E
τὸ ποίμνιον ὅτι ἀκρότατον εἶναι· καὶ ταῦτα πάντα γιγνόμενα
λανθάνειν πλὴν αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας, εἰ αὖ ἡ ἀγέλη τῶν φυ-
λάκων ὅτι μάλιστα ἀστασίαστος ἔσται. Ὀρθότατα, ἔφη. Οὐκ-
οῦν δὴ ἑορταί τινες νομοθετητέαι ἔσονται, ἐν αἷς ξυνάξομεν
τάς τε νύμφας καὶ τοὺς νυμφίους, καὶ θυσίαι καὶ ὕμνοι ποιη-
τέοι τοῖς ἡμετέροις ποιηταῖς πρέποντες * τοῖς γιγνομένοις γά- 460
μοις; τὸ δὲ πλῆθος τῶν γάμων ἐπὶ τοῖς ἄρχουσι ποιήσομεν,
ἵν' ὡς μάλιστα διασῴζωσι τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν,
πρὸς πολέμους καὶ νόσους καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀποσκοποῦν-
τες, καὶ μήτε μεγάλη ἡμῖν ἡ πόλις κατὰ τὸ δυνατὸν μήτε σμικρὰ
γίγνηται; Ὀρθῶς, ἔφη. Κλῆροι δή τινες, οἶμαι, ποιητέοι
κομψοί, ὥστε τὸν φαῦλον ἐκεῖνον αἰτιᾶσθαι ἐφ' ἑκάστης ξυν-
έρξεως τύχην, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἄρχοντας. Καὶ μάλα, ἔφη. Καὶ

---

*) ἴσ. ἰατρόν γέ που.
**) ἴσ. ἡγούμεθα· ὅταν κτλ.

florentibus. Et si generatur non ita, multo tibi censes deterius futurum esse tam avium quam canum genus? Ego vero, inquit. Quid de equis censes, inquam, ceterisque animantibus? num aliam eorum rationem esse? Pugnans vero, inquit, hoc esset. Papae! inquam, care amice, quam praestantibus opus nobis erit rectoribus, si etiam hominum genus sic se habet. Sane quidem habet, inquit; cur autem istud? Quia necesse eis est, inquam, remediis multis uti. medicum enim, ni fallor, si corpora remediis non indigent, sed aegroti praescriptam vivendi rationem non recusant sequi, etiam viliorem iudicamus satis esse; sin autem remediis opus est, scimus fortiorem requiri medicum. Vera; at quorsum istud dicis? Huc spectans, inquam: multis mendaciis ac fraudibus videtur rectores nostri utantur necesse fore, ut imperio subiectorum commodis serviant; diximus autem remedii loco omnia haec utilia esse. Ac recte quidem, inquit. In nuptiis igitur liberorumque procreationibus haud scio an maxime hoc rectum usu veniat. Qui tandem? Oportet, inquam, ex eis quae inter nos convenerunt, optimos cum optimis mulieribus consuescere quam saepissime, vilissimos autem cum vilissimis contra, et illorum quidem prolem nutriri, horum vero non, si futurum est ut grex quam maxime excellat; et haec omnia fieri nescientibus omnibus praeter ipsos rectores, si grex custodum futurus est a seditione alienissimus. Rectissime, inquit. Nonne igitur dies quidam festi sanciendi erunt, quibus conducamus sponsas ac sponsos, et sacra carminaque facienda nostris poëtis convenientia nuptiis celebrandis? nuptiarum vero multitudinem rectoribus permittemus, ut quam maxime servent eundem virorum numerum, bella et morbos omniaque generis eiusdem respicientes, et civitas nostra, quoad eius fieri possit, neque magna neque parva exsistat? Recte, inquit. Sortes igitur aliquae, opinor, faciendae sunt scitae, ut vilis ille cuiusque coniugii culpam forti fortunae attribuat, non rectoribus. Sane quidem, inquit. Ac bonis quidem

τοῖς * ἀγαθοῖς γέ που τῶν νέων ἐν πολέμῳ ἢ ἄλλοθί που γέρα δοτέον καὶ ἆθλα ἄλλα τε καὶ ἀφθονεστέρα ἡ ἐξουσία τῆς τῶν γυναικῶν ξυγκοιμήσεως, ἵνα καὶ ἅμα μετὰ προφάσεως ὡς πλεῖστοι τῶν παίδων ἐκ τῶν τοιούτων σπείρωνται. Ὀρθῶς. Οὐκοῦν καὶ τὰ ἀεὶ γιγνόμενα ἔκγονα παραλαμβάνουσαι αἱ ἐπὶ τούτων ἐφεστηκυῖαι ἀρχαὶ εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν εἴτε ἀμφότερα — κοιναὶ μὲν γάρ που καὶ ἀρχαὶ γυναιξί τε καὶ ἀνδράσιν. Ναί. — * Τὰ μὲν δὴ τῶν ἀγαθῶν, δοκῶ, λαβοῦσαι C εἰς τὸν σηκὸν οἴσουσι παρά τινας τροφούς, χωρὶς οἰκούσας ἔν τινι μέρει τῆς πόλεως· τὰ δὲ τῶν χειρόνων, καὶ ἐάν τι τῶν ἑτέρων ἀνάπηρον γίγνηται, ἐν ἀποῤῥήτῳ τε καὶ ἀδήλῳ κατακρύψουσιν, ὡς πρέπει. Εἴπερ μέλλει, ἔφη, καθαρὸν τὸ γένος τῶν φυλάκων ἔσεσθαι. Οὐκοῦν καὶ τροφῆς οὗτοι ἐπιμελήσονται, τάς τε μητέρας ἐπὶ τὸν σηκὸν ἄγοντες, ὅταν σπαργῶσι, πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενοι ὅπως μηδεμία τὸ * αὑ- D τῆς αἰσθήσεται, καὶ ἄλλας γάλα ἐχούσας ἐκπορίζοντες, ἐὰν μὴ αὗται ἱκαναὶ ὦσι; καὶ αὐτῶν τούτων ἐπιμελήσονται, ὅπως μέτριον χρόνον θηλάσονται, ἀγρυπνίας δὲ καὶ τὸν ἄλλον πόνον τιτθαῖς τε καὶ τροφοῖς παραδώσουσιν; Πολλὴν ῥᾳστώνην, ἔφη, λέγεις τῆς παιδοποιίας ταῖς τῶν φυλάκων γυναιξίν. Πρέπει γάρ, ἦν δ' ἐγώ. τὸ δ' ἐφεξῆς διέλθωμεν ὃ προθυμούμεθα. Ἔφαμεν γὰρ δὴ ἐξ ἀκμαζόντων δεῖν τὰ ἔκγονα γίγνεσθαι. Ἀληθῆ. * Ἆρ' οὖν σοι ξυνδοκεῖ μέτριος χρόνος ἀκμῆς τὰ E εἴκοσιν ἔτη γυναικί, ἀνδρὶ δὲ τὰ τριάκοντα; Τὰ ποῖα αὐτῶν; ἔφη. Γυναικὶ μέν, ἦν δ' ἐγώ, ἀρξαμένη ἀπὸ εἰκοσαετίδος μέχρι τετταρακονταετίδος τίκτειν τῇ πόλει, ἀνδρὶ δέ, ἐπειδὰν τὴν ὀξυτάτην δρόμου ἀκμὴν παρῇ, τὸ ἀπὸ τούτου γεννᾶν τῇ πόλει μέχρι πεντεκαιπεντηκονταέτους. Ἀμφοτέρων * γοῦν, 461 ἔφη, αὕτη ἀκμὴ σώματός τε καὶ φρονήσεως. Οὐκοῦν ἐάν τε πρεσβύτερος τούτων ἐάν τε νεώτερος τῶν εἰς τὸ κοινὸν γεννήσεων ἅψηται, οὔτε ὅσιον οὔτε δίκαιον φήσομεν τὸ ἁμάρτημα, ὡς παῖδα φυτεύοντες *) τῇ πόλει ὅς, ἂν λάθῃ, γενήσεται οὐχ ὑπὸ θυσιῶν οὐδ' ὑπὸ εὐχῶν φύς, ἃς ἐφ' ἑκάστοις τοῖς γάμοις

---

*) ἄλλ. φιτύοντες.

iuvenibus in bello aliisve rebus quum alia munera ac praemia tribuenda ſunt tum copioſior cum mulieribus conſueſcendi licentia, ut videlicet ſimul hoc praetextu quam plurimi liberi ex talibus ferantur. Recte. Nonne etiam prolem quaecumque nata erit ſuscipient magiſtratus ad hoc munus conſtituti ſive virorum ſive mulierum ſive utriusque ſexus? communes enim, ni fallor, etiam magiſtratus mulierum ac virorum. Vero. Bonorum igitur prolem, opinor, ſuscipientes in ſeptum portabunt ad nutrices quasdam ſeparatim habitantes in parte aliqua urbis, deteriorum vero prolem, et ſi quae ex aliis mutila procreata fuerit, in locum arcanum et obſcurum abscondent, ut par eſt. Sane ſi purum, inquit, futurum eſt cuſtodum genus. Nonne etiam ut nutriantur hi curabunt, tam matres in ſeptum ducentes, quando lacte turgeant, omni autem opera caventes ne ulla ſuam agnoſcat prolem, quam alias lacte plenas adhibentes, ſi illae non ſint ſatis; hisque ipſis providebunt, ut modicum tempus ponant in nutricando, vigilias autem reliquumque laborem altricibus permittent nutricibusque? Facilem reddis, inquit, liberorum procreationem cuſtodum mulieribus. Par eſt enim, inquam; dein vero perſequamur quo tendimus. diximus enim e florentibus debere prolem gigni. Vera. Iamne tibi quoque videtur commodum floris tempus eſſe viginti annos mulieri, viro autem triginta? Quomodo iſtud? inquit. Ita videlicet ut mulier quidem, inquam, ab anno aetatis viceſimo ad quadrageſimum pariat civitati, vir autem, poſtquam acerrimum florentis aetatis curſum confecerit, ab hoc tempore procreet civitati ad annum quinquageſimum quintum. Utriusque certe, inquit, hic flos eſt, et corporis et mentis. Quocirca ſi quis ſenior vel iunior procreationem pro re publica attigerit, eum committere dicemus quod neque fas neque iuſtum ſit, quippe ſerentem civitati liberum, qui, ſi lateat, naſcatur non inter ſacrificia neque inter vota ſatus, quae quidem

εὔξονται καὶ ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς καὶ ξύμπασα ἡ πόλις, ἐξ ἀγαθῶν ἀμείνους καὶ ἐξ ὠφελίμων ὠφελιμωτέρους ἀεὶ τοὺς ἐκγόνους γίγνεσθαι, * ἀλλ' ὑπὸ σκότου μετὰ δεινῆς ἀκρατίας γεγονώς. B 'Ορθῶς, ἔφη. Ὁ αὐτὸς δέ γ', εἶπον, νόμος, ἐάν τις τῶν ἔτι γεννώντων μὴ ξυνέρξαντος ἄρχοντος ἅπτηται τῶν ἐν ἡλικίᾳ γυναικῶν· νόθον γὰρ καὶ ἀνέγγυον καὶ ἀνίερον φήσομεν αὐτὸν παῖδα τῇ πόλει καθιστάναι. 'Ορθότατα, ἔφη. Ὅταν δὲ δή, οἶμαι, αἵ τε γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, ἀφήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς ξυγγίγνεσθαι ᾗ ἂν ἐθέλωσι, πλὴν θυγατρὶ καὶ * μητρὶ καὶ ταῖς τῶν θυγατέρων παισὶ καὶ ταῖς ἄνω μητρός, καὶ τὰς γυναῖκας αὖ, πλὴν υἱεῖ καὶ πατρὶ καὶ τοῖς τῶν τοιούτων *) εἰς τὸ κάτω καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω, καὶ ταῦτά γ' ἤδη πάντα διακελευσάμενοι προθυμεῖσθαι μάλιστα μὲν μηδ' **) εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδέν, ἐὰν γένηται, ἐὰν δέ τι βιάσηται, οὕτω τιθέναι ὡς οὐκ οὔσης τροφῆς τῷ τοιούτῳ. Καὶ ταῦτα μέν γ', ἔφη, μετρίως λέγεται· πατέρας δὲ καὶ θυγατέρας καὶ ἃ νῦν δὴ ἔλεγες, * πῶς D διαγνώσονται ἀλλήλων; Οὐδαμῶς, ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας τις αὐτῶν νυμφίος γένηται, μετ' ἐκείνην δεκάτῳ μηνὶ καὶ ἑβδόμῳ δὴ ἃ ἂν γένηται ἔκγονα, ταῦτα πάντα προσερεῖ τὰ μὲν ἄῤῥενα υἱεῖς, τὰ δὲ θήλεα θυγατέρας, καὶ ἐκεῖνα ἐκεῖνον πατέρα· καὶ οὕτω δὴ τὰ τούτων ἔκγονα παίδων παῖδας, καὶ ἐκεῖνα αὖ ἐκείνους πάππους τε καὶ τήθας ***), τὰ δ' ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γεγονότα ἐν ᾧ αἱ μητέρες καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν ἐγέννων, ἀδελφάς τε καὶ ἀδελφούς, ὥστε, ὃ * νῦν δὴ E ἐλέγομεν, ἀλλήλων μὴ ἅπτεσθαι. ἀδελφοὺς δὲ καὶ ἀδελφὰς δώσει ὁ νόμος ξυνοικεῖν, ἐὰν ὁ κλῆρος ταύτῃ ξυμπίπτῃ καὶ ἡ Πυθία προσαναιρῇ. 'Ορθότατα, ἦ δ' ὅς.

Ἡ μὲν δὴ κοινωνία, ὦ Γλαύκων, αὕτη τε καὶ τοιαύτη γυναικῶν τε καὶ παίδων τοῖς φύλαξί σοι τῆς πόλεως· ὡς δὲ ἑπομένη τε τῇ ἄλλῃ πολιτείᾳ καὶ μακρῷ βελτίστη, δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου· ἢ πῶς ποιοῦμεν †);

---

*) ἄλλ. τούτων.
**) ἴσ. μή.
***) γρ. τίτθας. ἄλλ. τηθάς.
†) γρ. ποιῶμεν.

singulis in nuptiis facient sacerdotes utriusque generis et universa civitas, ut e bonis meliores et ex utilibus utiliores semper liberi gignantur, sed tenebris dira ex incontinentia susceptus. Recte, inquit. Eadem vero, inquam, lex, si quis ex eis qui adhuc generant, non coniugante rectore attigerit mulieres adultas; neque enim germanam, legitimam sacramque dicemus eum prolem civitati exhibere. Rectissime, inquit. Quando vero, ut arbitror, mulieres ac viri generandi excesserint aetatem, libertatem eis sine dubio dabimus ut consuescant cum quacumque velint, exceptis filia et matre et filiarum liberis et matris cognatis superioribus, et mulieribus quoque, exceptis filio et patre horumque tam inferioribus quam superioribus cognatis; et haec quidem omnia praescribemus cohortatione adiuncta ut operam dent maxime quidem ut ne in lucem proferant fetum ullum, si natus fuerit, si quid autem coëgerit, ita exponant ac si nulla tali proli nutricatio sit. Atque haec quidem, inquit, convenienter dicuntur; patres vero et filias et quos modo memorasti quomodo inter se discernent? Nullo modo, inquam, sed a quo die aliquis eorum sponsus fuerit, post hunc decimo mense vel septimo quicumque nati fuerint, hos omnes nuncupabit mares quidem filios, feminas autem filias, et illi ipsum patrem; itemque horum liberos illi nepotes, hi vero illos avos et avias, et eo tempore natos, quo matres ac patres ipsorum generabant, fratres et sorores, ut, quod modo dicebamus, inter se non sint tacturi: fratribus vero ac sororibus permittet lex ut una habitent, si sors ita contigerit et Pythia quoque oraculo ediderit. Rectissime, inquit.

Atque communitas quidem, Glauco, haec et talis est, quod ad mulieres ac liberos attinet, inter custodes tuos civitatis; consentaneam vero eam esse reliquae civitati longeque optimam, oportet dein confirmari oratione; an quomodo faciemus? Ita hercle, in-

* Οὕτω νὴ Δία, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν οὐχ ἥδε ἀρχὴ τῆς ὁμολογίας, 462
ἐρέσθαι ἡμᾶς αὐτοὺς τί ποτε τὸ μέγιστον ἀγαθὸν ἔχομεν εἰπεῖν εἰς πόλεως κατασκευήν, οὗ δεῖ στοχαζόμενον τὸν νομοθέτην τιθέναι τοὺς νόμους, καὶ τί μέγιστον κακόν, εἶτα ἐπισκέψασθαι, ἆρα, ἃ νῦν δὴ διήλθομεν, εἰς μὲν τὸ τοῦ ἀγαθοῦ ἴχνος ἡμῖν ἁρμόττει, τῷ δὲ τοῦ κακοῦ ἀναρμοστεῖ; Πάντων μάλιστα, ἔφη. Ἔχομεν οὖν τι μεῖζον κακὸν πόλει ἢ ἐκεῖνο ὃ ἂν αὐτὴν διασπᾷ καὶ ποιῇ * πολλὰς ἀντὶ μιᾶς; ἢ μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ ὃ ἂν ξυνδῇ B
τε καὶ ποιῇ μίαν; Οὐκ ἔχομεν. Οὐκοῦν ἡ μὲν ἡδονῆς τε καὶ λύπης κοινωνία ξυνδεῖ, ὅταν ὅτι μάλιστα πάντες οἱ πολῖται τῶν αὐτῶν γιγνομένων τε καὶ ἀπολλυμένων παραπλησίως χαίρωσι καὶ λυπῶνται; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Ἡ δέ γε τῶν τοιούτων ἰδίωσις διαλύει, ὅταν οἱ μὲν περιαλγεῖς, οἱ δὲ περιχαρεῖς γίγνωνται ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς παθήμασι * τῆς πόλεώς τε καὶ C
τῶν ἐν τῇ πόλει. Τί δ' οὔ; Ἆρ' οὖν ἐκ τοῦδε τὸ τοιόνδε γίγνεται, ὅταν μὴ ἅμα φθέγγωνται ἐν τῇ πόλει τὰ τοιάδε ῥήματα, τό τε ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν; καὶ περὶ τοῦ ἀλλοτρίου κατὰ ταὐτά; Κομιδῇ μὲν οὖν. Ἐν ἧτινι δὴ πόλει οἱ πλεῖστοι πρὸς ταὐτὸν *) κατὰ ταὐτὰ τοῦτο λέγουσι τὸ ἐμὸν καὶ τὸ οὐκ ἐμόν, αὕτη ἄριστα διοικεῖται. Πολύ γε. Καὶ ἥτις δὴ ἐγγύτατα ἑνὸς ἀνθρώπου ἔχει, οἷον, ὅταν που ἡμῶν δάκτυλός του πληγῇ, πᾶσα ἡ κοινωνία ἡ κατὰ τὸ σῶμα πρὸς τὴν ψυχὴν τεταμένη εἰς μίαν ξύνταξιν τὴν * τοῦ ἄρχοντος ἐν αὐτῇ ᾔσθετό τε καὶ πᾶσα D
ἅμα ξυνήλγησε μέρους πονήσαντος ὅλη, καὶ οὕτω δὴ λέγομεν ὅτι ὁ ἄνθρωπος τὸν δάκτυλον ἀλγεῖ· καὶ περὶ ἄλλου ὁτουοῦν τῶν τοῦ ἀνθρώπου ὁ αὐτὸς λόγος, περί τε λύπης πονοῦντος μέρους καὶ περὶ ἡδονῆς ῥαΐζοντος. Ὁ αὐτὸς γάρ, ἔφη· καὶ τοῦτο, ὃ ἐρωτᾷς, τοῦ τοιούτου ἐγγύτατα ἡ ἄριστα πολιτευομένη πόλις οἰκεῖ. Ἑνὸς δή, οἶμαι, πάσχοντος τῶν πολιτῶν ὁτιοῦν ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἡ τοιαύτη πόλις μάλιστά * τε φήσει ἑαυτῆς E
εἶναι τὸ πάσχον, καὶ ἢ ξυνησθήσεται ἅπασα ἢ ξυλλυπήσεται. Ἀνάγκη, ἔφη, τήν γε εὔνομον.

---

*) ἄλλ. πόλει πλεῖστοι ἐπὶ τὸ αὐτό.

quit. Nonne igitur ita exordienda est confirmatio ut nosmet ipsos interrogemus quodnam summum possimus bonum dicere ad civitatem constituendam, quod respicientem legis latorem oporteat facere leges, et quodnam summum malum, et dein videamus, an, quae modo exposuerimus, in boni quidem vestigium quadrent, in mali vero non quadrent? Omnium maxime, inquit. Habemusne igitur maius malum civitati quam id quod eam divellit multasque pro una efficit? an maius bonum quam hoc quod eam copulat unamque efficit? Non habemus. Nonne voluptatis ac doloris communitas nectit, quando quam maxime omnes cives eisdem si eveniunt vel pereunt pariter gaudent ac dolent? Prorsus ita se habet, inquit. Separatio vero talibus in rebus dissolvit, quando alteri vehementer dolent, alteri vehementer gaudent eisdem civitatis rerumque civilium casibus. Quidni? Nonne hoc ex eo exsistit, quando non simul pronunciantur in civitate hae voces, meum et non meum, et similiter alienum? Sane quidem. In quacumque igitur civitate plurimi in eodem eadem ratione hoc dicunt meum et non meum, haec optime gubernatur? Longe vero. Et quae proxime ad unius hominis similitudinem accedit, velut, si cui nostrum digitus laesus est, tota corporis et animi communitas tendens ad unam constitutionem ab eo quod principatum in illa tenet proficiscentem id sentit totaque simul dolore angitur parte laborante, et iccirco dicimus hominem digiti dolore corripi; et in alia quacumque humani corporis parte idem dicitur, sive dolore vexatur sive voluptate perfunditur. Idem vero, inquit; et, id quod quaeris, ad talis hominis similitudinem proxime accedit civitas optime administrata. Unus igitur, opinor, si patitur civium quippiam vel bonum vel malum, huiusmodi civitas maxime suum vindicabit eum qui patitur et vel una laetabitur universa vel una dolebit. Necesse est, inquit, si quidem bonis legibus temperatur.

Ὥρα ἂν εἴη, ἦν δ' ἐγώ, ἐπανιέναι ἡμῖν ἐπὶ τὴν ἡμετέ-
ραν πόλιν, καὶ τὰ τοῦ λόγου ὁμολογήματα σκοπεῖν ἐν αὐτῇ,
εἰ αὐτὴ μάλιστ' ἔχει εἴτε καὶ ἄλλη τις μᾶλλον. Οὐκοῦν χρή,
ἔφη. Τί οὖν; ἔστι μέν * που καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν ἄρ- 463
χοντές τε καὶ δῆμος, ἔστι δὲ καὶ ἐν αὐτῇ; Ἔστιν. Πολίτας
μὲν δὴ πάντες οὗτοι ἀλλήλους προσεροῦσιν. Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ
πρὸς τῷ πολίτας τί ὁ ἐν ταῖς ἄλλαις δῆμος τοὺς ἄρχοντας προσ-
αγορεύει; Ἐν μὲν ταῖς πολλαῖς δεσπότας, ἐν δὲ ταῖς δημοκρα-
τουμέναις αὐτὸ τοὔνομα τοῦτο, ἄρχοντας. Τί δ' ὁ ἐν τῇ ἡμε-
τέρᾳ δῆμος; πρὸς τῷ πολίτας τί τοὺς ἄρχοντάς φησιν εἶναι;
Σωτῆράς * τε καὶ ἐπικούρους, ἔφη. Τί δ' οὗτοι τὸν δῆμον; B
Μισθοδότας τε καὶ τροφέας. Οἱ δ' ἐν ταῖς ἄλλαις ἄρχοντες
τοὺς δήμους; Δούλους, ἔφη. Τί δ' οἱ ἄρχοντες ἀλλήλους;
Ξυνάρχοντάς, ἔφη. Τί δ' οἱ ἡμέτεροι; Ξυμφύλακας. Ἔχεις
οὖν εἰπεῖν τῶν ἀρχόντων τῶν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν εἴ τίς τινα
ἔχει προσειπεῖν τῶν ξυναρχόντων τὸν μὲν ὡς οἰκεῖον, τὸν δὲ
ὡς ἀλλότριον; Καὶ πολλούς γε. Οὐκοῦν τὸν μὲν οἰκεῖον ὡς
ἑαυτοῦ νομίζει τε καὶ λέγει, * τὸν δ' ἀλλότριον ὡς οὐχ ἑαυ- C
τοῦ; Οὕτως. Τί δὲ οἱ παρὰ σοὶ φύλακες; ἔσθ' ὅστις αὐτῶν
ἔχοι ἂν τῶν ξυμφυλάκων νομίσαι τινὰ ἢ προσειπεῖν ὡς ἀλλό-
τριον; Οὐδαμῶς, ἔφη· παντὶ γὰρ ᾧ ἂν ἐντυγχάνῃ τις, ἢ ὡς
ἀδελφῷ ἢ ὡς ἀδελφῇ ἢ ὡς πατρὶ ἢ ὡς μητρὶ ἢ ὡς υἱεῖ ἢ θυ-
γατρὶ ἢ τούτων ἐκγόνοις ἢ προγόνοις νομιεῖ ἐντυγχάνειν. Κάλ-
λιστα, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις· ἀλλ' ἔτι καὶ τόδε εἰπέ. πότερον
αὐτοῖς τὰ ὀνόματα μόνον οἰκεῖα νομοθετήσεις, ἢ καὶ τὰς πρά-
ξεις πάσας * κατὰ τὰ ὀνόματα πράττειν, περί τε τοὺς πατέρας, D
ὅσα νόμος περὶ πατέρας αἰδοῦς τε πέρι καὶ κηδεμονίας καὶ τοῦ
ὑπήκοον δεῖν εἶναι τῶν γονέων, ἢ μήτε πρὸς θεῶν μήτε πρὸς
ἀνθρώπων αὐτῷ ἄμεινον ἔσεσθαι, ὡς οὔτε ὅσια οὔτε δίκαια
πράττοντος ἄν, εἰ ἄλλα πράττοι ἢ ταῦτα; αὗταί σοι ἢ ἄλλαι
φῆμαι ἐξ ἁπάντων τῶν πολιτῶν ὑμνήσουσιν εὐθὺς περὶ τὰ τῶν
παίδων ὦτα καὶ περὶ πατέρων, οὓς ἂν αὐτοῖς τις ἀποφήνῃ,
καὶ περὶ τῶν ἄλλων ξυγγενῶν; * Αὗται, ἔφη· γελοῖον γὰρ ἂν E

Tempus iam erit, inquam, reverti nos ad civitatem nostram, et quae inter nos convenerunt in ea spectare, ipsane maxime illa habeat an alia qua magis. Sane oportet, inquit. Quid iam? sunt quidem sine dubio etiam in reliquis civitatibus rectores et populus, sunt vero etiam in hac? Sunt. Et civium quidem nomine omnes hi inter se appellabunt? Quidni? Praeter civium appellationem quonam in ceteris civitatibus populus rectores afficit? In plurimis dominatorum, in popularibus vero gubernationibus hoc ipso nomine, rectorum. Quid vero in nostra civitate, populus praeter cives quidnam rectores dicit esse? Servatores auxiliatoresque, inquit. Et quidnam hi populum? Mercedis largitores et altores. Rectores vero in reliquis civitatibus populum? Servos, inquit. Quid vere rectores inter se? Collegas regni. Et nostri? Collegas custodiae. Potesne iam dicere rectorum in reliquis civitatibus num quis aliquem regni collegarum possit vel proprium vel alienum appellare? Et multos quidem. Nonne proprium quidem suum et existimat et dicit, alienum vero non suum? Ita. Quid vero tui custodes? estne ut aliquis eorum possit custodiae collegarum quemquam existimare vel appellare alienum? Minime vero, inquit; cuicumque enim obviam fiet aliquis, ei velut fratri vel sorori vel patri vel matri vel filio vel filiae vel natis parentibusve horum se existimabit obviam fieri. Praeclare, inquam, loqueris; at hoc praeterea dic. utrum nominibus tantum ut propriis et cognatis inter se appellent sancies, an etiam ut omnia quae agant secundum nomina agant, veluti parentibus praestent quae lex praescribat, ut reverentiam, curationem et obedientiam, quas nisi praestent neque apud deos neque apud homines bene cum eis agatur, quia neque pie neque iuste faciat qui aliter faciat quam ita? his tibi an aliis sermonibus omnium ad unum civium circumsonabunt puerorum statim aures et de patribus, quoscunque aliquis eis indicaverit, et de reliquis cognatis? Hi vero, inquit;

εἴη, εἰ ἄνευ ἔργων οἰκεῖα ὀνόματα διὰ τῶν στομάτων μόνον
φθέγγοιντο. Πασῶν ἄρα πόλεων μάλιστα ἐν αὐτῇ ξυμφωνή-
σουσιν, ἑνός τινος ἢ εὖ ἢ κακῶς πράττοντος, ὃ νῦν δὴ ἐλέ-
γομεν τὸ ῥῆμα, τὸ ὅτι τὸ ἐμὸν εὖ πράττει ἢ ὅτι τὸ ἐμὸν κακῶς.
Ἀληθέστατα, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν μετὰ * ταύτου τοῦ δόγματός 464
τε καὶ ῥήματος ἔφαμεν ξυνακολουθεῖν τάς τε ἡδονὰς καὶ τὰς
λύπας κοινῇ; Καὶ ὀρθῶς γε ἔφαμεν. Οὐκοῦν μάλιστα τοῦ αὐ-
τοῦ κοινωνήσουσιν ἡμῖν οἱ πολῖται, ὃ δὴ ἐμὸν ὀνομάσουσι;
τούτου δὲ κοινωνοῦντες οὕτω δὴ λύπης τε καὶ ἡδονῆς μάλιστα
κοινωνίαν ἕξουσιν; Πολύ γε. Ἆρ' οὖν τούτων αἰτία πρὸς
τῇ ἄλλῃ καταστάσει ἡ τῶν γυναικῶν τε καὶ παίδων κοινωνία
τοῖς φύλαξιν; Πολὺ μὲν οὖν μάλιστα, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν μέγι-
στόν γε * πόλει αὐτὸ ὡμολογήσαμεν ἀγαθόν, ἀπεικάζοντες εὖ B
οἰκουμένην πόλιν σώματι πρὸς μέρος αὐτοῦ λύπης τε πέρι καὶ
ἡδονῆς ὡς ἔχει. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη, ὡμολογήσαμεν. Τοῦ
μεγίστου ἄρα ἀγαθοῦ τῇ πόλει αἰτία ἡμῖν πέφανται ἡ κοινω-
νία τοῖς ἐπικούροις τῶν τε παίδων καὶ τῶν γυναικῶν. Καὶ
μάλ', ἔφη. Καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς πρόσθεν γε ὁμολογοῦμεν·
ἔφαμεν γάρ που οὔτε οἰκίας τούτοις ἰδίας δεῖν εἶναι οὔτε γῆν
οὔτε τι κτῆμα, ἀλλὰ παρὰ τῶν * ἄλλων τροφὴν λαμβάνοντας, C
μισθὸν τῆς φυλακῆς, κοινῇ πάντας ἀναλίσκειν, εἰ μέλλοιεν
ὄντως φύλακες εἶναι. Ὀρθῶς, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐχ, ὅπερ
λέγω, τά τε πρόσθεν εἰρημένα καὶ τὰ νῦν λεγόμενα ἔτι μᾶλ-
λον ἀπεργάζεται αὐτοὺς ἀληθινοὺς φύλακας, καὶ ποιεῖ μὴ
διασπᾶν τὴν πόλιν τὸ ἐμὸν ὀνομάζοντας μὴ τὸ αὐτό, ἀλλ' ἄλ-
λον ἄλλο, τὸν μὲν εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἕλκοντα ὅ τι ἂν δύνη-
ται χωρὶς τῶν ἄλλων κτήσασθαι, τὸν δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἑτέραν
* οὖσαν, καὶ γυναῖκά τε καὶ παῖδας ἑτέρους, ἡδονάς τε καὶ D
ἀλγηδόνας ἐμποιοῦντας ἰδίων ὄντων ἰδίας, ἀλλ' ἑνὶ δόγματι
τοῦ οἰκείου πέρι ἐπὶ τὸ αὐτὸ τείνοντας πάντας εἰς τὸ δυνατὸν
ὁμοπαθεῖς *) λύπης τε καὶ ἡδονῆς εἶναι; Κομιδῇ μὲν οὖν,
ἔφη. Τί δέ; δίκαι τε καὶ ἐγκλήματα πρὸς ἀλλήλους οὐκ οἰχή-

---

*) Ed. ὁμοιοπαθεῖς.

ad risum enim esset si propria nomina sine operibus ab oribus tantum pronunciarentur. Ex omnibus ergo civitatibus maxime in hac consentient, uno aliquo vel bene vel male rem gerente, dicentes, id quod modo memoravimus, ego rem bene gero vel ego male. Verissime, inquit. Nonne cum hac sententia et dictione coniunctas esse diximus voluptates et dolores communes? Ac recte quidem diximus. Nonne maxime eiusdem participes erunt cives nostri, quod videlicet meum appellabunt? huius vero participes dolores quoque ac voluptates maxime communes habebunt? Sane quidem. Num vero horum causa praeter reliquam constitutionem mulierum est liberorumque communitas qua custodes fruuntur? Longe vero maxime, inquit. Iam vero maximum civitati hoc concessimus bonum esse, comparantes civitatem bene administratam cum corpore eodem quo pars et dolore et voluptate affecto. Ac recte quidem, inquit, concessimus. Summi ergo civitatis boni causam nobis patuit esse communitatem liberorum ac mulierum inter auxiliatores. Sane quidem, inquit. Atque etiam superioribus haec consentiunt; diximus enim, ni fallor, neque domos his proprias debere esse neque terram neque possessionem ullam, sed a ceteris nutrimentum, custodiae mercedem, accipientes communiter omnes id consumere, si futuri essent veri custodes. Recte, inquit. Nonne vero, quod dico, quae supra prolata sunt et nunc ponuntur etiam magis ipsos reddunt veros custodes, atque efficiunt ut civitatem non divellant suum vocantes non idem, sed alius aliud, dum unus in domum suam trahat quodcumque possit separatim a ceteris sibi acquirere, alter vero in suam quippe diversam, tam mulieres quam liberos diversos, voluptates ac dolores iniicientes privatis privatas, sed ut unum iudicium sequentes de proprio eodemque tendentes omnes quoad eius fieri possit aequaliter et dolore et voluptate afficiantur. Prorsus sic se habet, inquit. Quid vero? lites et accusationes mutuae nonne

σεται ἐξ αὐτῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διὰ τὸ μηδένα μηδὲν ἴδιον ἐκτῆσθαι πλὴν τὸ σῶμα, τὰ δ᾽ ἄλλα κοινά; ὅθεν δὴ ὑπάρχει τούτοις ἀστασιάστοις εἶναι, ὅσα * γε διὰ χρημάτων ἢ παίδων E
καὶ ξυγγενῶν κτῆσιν ἄνθρωποι στασιάζουσιν; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, ἀπηλλάχθαι. Καὶ μὴν οὐδὲ βιαίων γε οὐδ᾽ αἰκίας δίκαι δικαίως ἂν εἶεν ἐν αὐτοῖς· ἥλιξι μὲν γὰρ ἥλικας ἀμύνεσθαι καλὸν καὶ δίκαιόν που φήσομεν, ἀνάγκην σωμάτων ἐπιμέλειαν*) τιθέντες. Ὀρθῶς, ἔφη. Καὶ γὰρ τόδε ὀρθὸν ἔχει, * ἦν δ᾽ 465
ἐγώ, οὗτος ὁ νόμος· εἴ πού τίς τῳ θυμοῖτο, ἐν τῷ τοιούτῳ πληρῶν τὸν θυμὸν ἧττον ἐπὶ μείζους ἂν ἴοι στάσεις. Πάνυ μὲν οὖν. Πρεσβυτέρῳ μὴν νεωτέρων πάντων ἄρχειν τε καὶ κολάζειν προστετάξεται. Δῆλον. Καὶ μὴν ὅτι γε **) νεώτερος πρεσβύτερον, ἂν μὴ οἱ ἄρχοντες προστάττωσιν, οὔτε ἄλλο βιάζεσθαι ἐπιχειρήσει ποτὲ οὔτε τύπτειν, ὡς τὸ εἰκός· οἶμαι δ᾽ οὐδὲ ἄλλως ἀτιμάσει· ἱκανὼ γὰρ τὼ φύλακε * κωλύοντε, δέος B
τε καὶ αἰδώς, αἰδὼς μὲν ὡς γονέων μὴ ἅπτεσθαι εἴργουσα, δέος δὲ τὸ τῷ πάσχοντι τοὺς ἄλλους βοηθεῖν, τοὺς μὲν ὡς υἱεῖς, τοὺς δὲ ὡς ἀδελφούς, τοὺς δὲ ὡς πατέρας. Ξυμβαίνει γὰρ οὕτως, ἔφη. Πανταχῇ δὴ ἐκ τῶν νόμων εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους οἱ ἄνδρες ἄξουσιν. Πολλήν γε. Τούτων μὴν ἐν ἑαυτοῖς μὴ στασιαζόντων, οὐδὲν δεινὸν μή ποτε ἡ ἄλλη πόλις πρὸς τούτους ἢ πρὸς ἀλλήλους διχοστατήσῃ. Οὐ γὰρ οὖν. Τά γε μὴν * σμικρότατα τῶν κακῶν δι᾽ ἀπρέπειαν ὀκνῶ καὶ λέγειν, C
ὧν ἀπηλλαγμένοι ἂν εἶεν, κολακείας τε πλουσίων πένητες, ἀπορίας ***) τε καὶ ἀλγηδόνας ὅσας ἐν παιδοτροφίαις †) καὶ χρηματισμοῖς διὰ τροφὴν οἰκετῶν ἀναγκαῖον ἴσχουσι, τὰ μὲν δανειζόμενοι, τὰ δὲ ἐξαρνούμενοι, τὰ δὲ πάντως ποριζάμενοι θέμενοι παρὰ γυναῖκάς τε καὶ οἰκέτας, ταμιεύειν παραδόντες, ὅσα τε, ὦ φίλε, περὶ αὐτὰ καὶ οἷα πάσχουσι δειλά ††) τε δὴ καὶ ἀγεννῆ καὶ οὐκ ἄξια * λέγειν. Δῆλα γάρ, ἔφη, καὶ D
τυφλῷ. Πάντων τε δὴ τούτων ἀπαλλάξονται, ζήσουσί τε τοῦ μακαριστοῦ βίου ὃν οἱ ὀλυμπιονῖκαι ζῶσι μακαριώτερον. Πῇ; Διὰ σμικρόν που μέρος εὐδαιμονίζονται ἐκεῖνοι ὧν τούτοις

---

*) ἄλλ. ἐπιμέλεια. **) ἴσ. ὅ γε.
***) ἴσ. πλουσίων, ἀπορίας κτλ.
†) ἄλλ. παιδοτροφίᾳ. ††) ἄλλ. δῆλά τε.

paene evanescent ex eis quia nullus proprii quid possidet praeter corpus, reliqua vero communia? quo quidem fit ut abhorreant hi a dissidiis omnibus quae ex pecuniae vel liberorum vel cognatorum possessione hominibus oriuntur? Prorsus necesse est, inquit, ab illis eos abesse. Neque etiam violentiae neque contumeliae actiones iure intendentur inter eos; aequalibus enim aequales auxiliari pulchrum et iustum sine dubio dicemus necessitatem corporis tutandi imponentes. Recte, inquit. Etiam hoc rectum habet, inquam, haec lex: si quis cui irascetur, in eo explens animum minus ad maiores progredietur seditiones. Sane quidem. Seniori vero ut iunioribus omnibus imperet eosque castiget praescriptum erit. Patet. Atque etiam ut iunior seniori, nisi rectores iusserint, neque aliam vim afferre conetur neque plagam infligere, ut par est; opinor, nec alia eum ignominia afficiet; validi enim sunt custodes id impedientes, metus et reverentia, ac reverentia quidem a parentibus attingendis cohibens, metus vero, ne male tractato reliqui succurrant, hi ut filii, illi ut fratres, alii ut patres. Ita vero usu venit, inquit. Omnino igitur his ex legibus pacem inter se viri habebunt. Multam vero. His igitur inter se non dissidentibus, haud verendum ne umquam reliqua civitatis pars adversus hos vel inter se seditionem concitet. Haudquaquam. Minima vero malorum quippe a decentia abhorrentia vereor etiam dicere, a quibus liberi illi erunt, pauperum adulationes in divites, sollicitudines et anxietates quibus in liberorum educatione pecuniaque acquirenda propter necessitatem servorum nutriendorum vexantur, alia mutua sumentes, alia infitiantes, alia omni modo sibi comparantes, eaque deponentes apud mulieres et servos et condenda tradentes: et alia, amice, multa quae et qualia eis accidunt abiecta illa quidem et illiberalia nec digna quae memorentur. Manifesta vero, inquit, etiam caeco. Ab omnibus igitur his liberi erunt vitamque degent celebratissima illa quam olympionicae vivunt beatiorem. Quomodo? Exiguam, opinor, ob partem eorum

ὑπάρχει· ἥ τε γὰρ τῶνδε νίκη καλλίων, ἥ τ' ἐκ τοῦ δημοσίου
τροφὴ τελεωτέρα. νίκην τε γὰρ νικῶσι ξυμπάσης τῆς πόλεως
σωτηρίαν, τροφῇ τε καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ὅσων βίος δεῖται
αὐτοί τε καὶ παῖδες ἀναδοῦνται καὶ γέρα δέχονται παρὰ * τῆς E
αὐτῶν πόλεως ζῶντές τε καὶ τελευτήσαντες ταφῆς ἀξίας μετέ-
χουσιν. Καὶ μάλα, ἔφη, καλά. Μέμνησαι οὖν, ἦν δ' ἐγώ,
ὅτι ἐν τοῖς πρόσθεν οὐκ οἶδα ὅτου λόγος ἡμῖν ἐπέπληξεν ὅτι
τοὺς φύλακας οὐκ εὐδαίμονας * ποιοῖμεν, οἷς ἐξὸν πάντα ἔχειν 466
τὰ τῶν πολιτῶν οὐδὲν ἔχοιεν; ἡμεῖς δὲ *) εἴπομεν ὅτι τοῦτο
μέν, εἴ που παραπίπτοι, ἐσαῦθις σκεψόμεθα, νῦν δὲ τοὺς
μὲν φύλακας φύλακας ποιοῖμεν, τὴν δὲ πόλιν ὡς οἷοί τ' εἶμεν
εὐδαιμονεστάτην, ἀλλ' οὐκ εἰς ἓν ἔθνος ἀποβλέποντες ἐν αὐτῇ
τοῦτο εὔδαιμον πλάττοιμεν; Μέμνημαι, ἔφη. Τί οὖν; νῦν
ἡμῖν ὁ τῶν ἐπικούρων βίος, ὅσπερ τοῦ γε τῶν ὀλυμπιονικῶν
πολύ τε καλλίων καὶ ἀμείνων φαίνεται, μή πῃ * κατὰ τὸν τῶν B
σκυτοτόμων φαίνεται βίον ἤ τινων ἄλλων δημιουργῶν ἢ τὸν
τῶν γεωργῶν; Οὔ μοι δοκεῖ, ἔφη. Ἀλλὰ μέντοι, ὅ γε καὶ
ἐκεῖ ἔλεγον, δίκαιον κἀνταῦθα εἰπεῖν, ὅτι, εἰ οὕτως ὁ φύλαξ
ἐπιχειρήσει εὐδαίμων γίγνεσθαι ὥστε μηδὲ φύλαξ εἶναι, μηδ'
ἀρκέσει αὐτῷ βίος οὕτω μέτριος καὶ βέβαιος καί, ὡς ἡμεῖς
φαμέν, ἄριστος, ἀλλ' ἀνόητός τε καὶ μειρακιώδης δόξα ἐμπε-
σοῦσα εὐδαιμονίας πέρι ὁρμήσει αὐτὸν διὰ δύναμιν ἐπὶ τὸ ἅπαν-
τα * τὰ ἐν τῇ πόλει οἰκειοῦσθαι, γνώσεται τὸν Ἡσίοδον ὅτι C
τῷ ὄντι ἦν σοφὸς λέγων πλέον εἶναί πως ἥμισυ παντός. Ἐμοὶ
μέν, ἔφη, ξυμβούλῳ χρώμενος μενεῖ ἐπὶ τούτῳ τῷ βίῳ. Ξυγ-
χωρεῖς ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, τὴν τῶν γυναικῶν κοινωνίαν τοῖς ἀν-
δράσιν ἣν διεληλύθαμεν παιδείας τε πέρι καὶ παίδων **) καὶ
φυλακῆς τῶν ἄλλων πολιτῶν, κατά τε πόλιν μενούσας εἰς πό-
λεμόν τε ἰούσας καὶ ξυμφυλάττειν δεῖν καὶ ξυνθηρεύειν ὥσπερ
κύνας, καὶ * πάντα πάντῃ κατὰ τὸ δυνατὸν κοινωνεῖν; καὶ D
ταῦτα πραττούσας τά τε βέλτιστα πράξειν καὶ οὐ παρὰ φύσιν
τὴν τοῦ θήλεος πρὸς τὸ ἄῤῥεν, ᾗ πεφύκατον πρὸς ἀλλήλω
κοινωνεῖν; Ξυγχωρῶ, ἔφη.

---

*) ἄλλ. δέ που.
**) ἴσ. πέρι παίδων.

quae his adſunt beati illi indicantur; etenim horum victoria pulchrior et nutrimentum de publico amplius; victoria enim quam conſequuntur univerſae civitatis eſt ſalus, nutrimento aliisque omnibus quibus vita indiget et ipſi et liberi coronantur, munera accipiunt a civitate ſua viventes et mortui ſepultura afficiuntur ipſis digna. Admodum pulchra, inquit, haec ſunt munera. Meminiſtine vero, inquam, in ſuperioribus neſcio cuius orationem nobis obieciſſe cuſtodes nos non beatos reddidiſſe, quippe quum poſſent omnes habere civium facultates nihil haberent? nos ni fallor repoſuimus, hoc quidem nos, ſicubi incidiſſet, alias eſſe in quaeſtionem vocaturos, nunc autem cuſtodes nos reddere cuſtodes et civitatem quam poſſemus beatiſſimam, non unam in ea partem reſpicientes hanc fingere beatam? Memini vero, inquit. Quid vero? nobis nunc auxiliatorum vita, quae olympionicarum vita longe pulchrior ac melior reperitur, numquid comparanda videtur eſſe cum ſutorum vita vel aliorum opificum vel cum agricolarum vita? Non mihi videtur, inquit. Verumtamen, quod ibi diximus, hic quoque par eſt dici, ſi cuſtos ita ſtudeat beatus fieri ut nec cuſtos ſit neque acquieſcat in vita tam modica et ſtabili et ut nos dicimus optima, ſed inſipiens ac puerilis felicitatis opinio incidens eum impellat ad omnes in civitate facultates vi vindicandas, cogniturum eum eſſe Heſiodum vere ſapientem fuiſſe dicentem plus eſſe quodammodo dimidium quam totum. Meum quidem, inquit, ſi conſilium ſequitur, manebit in hac vita. Concedis ergo, inquam, communionem, quam expoſuimus inter mulieres ac viros inſtitutionis liberorum et cuſtodiae reliquorum civium, easque et in urbe manentes et in bellum exeuntes una cum viris cuſtodire debere et venari inſtar canum et in omnium omnino pro viribus partem venire? et haec facientes optima eas facturas eſſe, nec praeter naturam feminei ſexus ad virilem, qua communio inter utrumque comparata ſit? Concedo, inquit.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἐκεῖνο λοιπὸν διελέσθαι, εἰ ἄρα καὶ ἐν ἀνθρώποις δυνατόν, ὥςπερ ἐν ἄλλοις ζώοις, ταύτην τὴν κοινωνίαν ἐγγενέσθαι, καὶ ὅπη δυνατόν; Ἔφθης, ἔφη, εἰπὼν ὃ *) ἔμελλον ὑπολήψεσθαι. Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἐν τῷ πολέμῳ, οἶμαι, * ἔφην], δῆλον ὃν τρόπον πολεμήσουσιν. Πῶς; ἦ δ' E
ὅς. Ὅτι κοινῇ στρατεύσονται, καὶ πρός γε ἄξουσι τῶν παίδων εἰς τὸν πόλεμον ὅσοι ἁδροί, ἵν', ὥςπερ οἱ τῶν ἄλλων δημιουργῶν, θεῶνται ταῦτα ἃ τελεωθέντας δεήσει δημιουργεῖν, πρὸς δὲ τῇ θέᾳ διακονεῖν καὶ * ὑπηρετεῖν πάντα τὰ περὶ τὸν 467
πόλεμον, καὶ θεραπεύειν πατέρας τε καὶ μητέρας· ἢ οὐκ ᾔσθησαι τὰ περὶ τὰς τέχνας, οἷον τοὺς τῶν κεραμέων παῖδας, ὡς πολὺν χρόνον διακονοῦντες θεωροῦσι πρὶν ἅπτεσθαι τοῦ κεραμεύειν; Καὶ μάλα. Ἦ οὖν ἐκείνοις ἐπιμελέστερον παιδευτέον ἢ τοῖς φύλαξι τοὺς αὑτῶν ἐμπειρίᾳ τε καὶ θέᾳ τῶν προςηκόντων; Καταγέλαστον μέντ' ἄν, ἔφη, εἴη. Ἀλλὰ μὴν καὶ μαχεῖταί γε πᾶν ζῶον διαφερόντως * παρόντων ὧν ἂν τέκῃ. B
Ἔστιν οὕτως. κίνδυνος δέ, ὦ Σώκρατες, οὐ σμικρὸς σφαλεῖσιν, οἷα δὴ ἐν πολέμῳ φιλεῖ, πρὸς ἑαυτοῖς παῖδας ἀπολέσαντας ποιῆσαι καὶ τὴν ἄλλην πόλιν ἀδύνατον ἀναλαβεῖν. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις· ἀλλὰ σὺ πρῶτον μὲν ἡγεῖ παρασκευαστέον τὸ μή ποτε κινδυνεῦσαι; Οὐδαμῶς. Τί δ'; εἴ που κινδυνευτέον, οὐκ ἐν ᾧ βελτίους ἔσονται κατορθοῦντες; Δῆλον δή. * Ἀλλὰ σμικρὸν οἴει διαφέρειν καὶ οὐκ ἄξιον κινδύνου C
θεωρεῖν ἢ μὴ τὰ περὶ τὸν πόλεμον τοὺς παῖδας τοὺς ἄνδρας πολεμικοὺς ἐσομένους; Οὔκ, ἀλλὰ διαφέρει πρὸς ὃ λέγεις. Τοῦτο μὲν ἄρα ὑπαρκτέον, θεωροὺς πολέμου τοὺς παῖδας ποιεῖν, προςμηχανᾶσθαι δ' αὐτοῖς ἀσφάλειαν· καὶ καλῶς ἕξει· ἦ γάρ; Ναί. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν αὐτῶν οἱ πατέρες, ὅσα ἄνθρωποι, οὐκ ἀμαθεῖς ἔσονται, ἀλλὰ γνωμονικοὶ

---

*) ἄλλ. ἤ.

Nonne, inquam, hoc restat ut explicemus, possitne etiam in hominibus, quemadmodum in aliis animantibus, haec communio exsistere, et quomodo possit exsistere? Praeoccupasti, inquit, dicere quod ego eram subiecturus. De re quidem bellica, opinor, inquam, patet quo pacto sint bellaturi. Quomodo? inquit. Communiter eos militaturos et praeterea acturos esse in bellum omnes qui adoleverint liberos, ut, quemadmodum reliquorum opificum liberi, spectent ea quae aetate confirmata ipsis factitanda sint, nec spectent modo, verum etiam ministrent ac procurent omnia ad bellum pertinentia, et officia praestent patribus ac matribus; an non animadvertisti quae in artibus fiunt, veluti figulorum filii quamdiu ministrantes spectent priusquam ex argilla fingere incipiant? Admodum. Num vero illos curiosius instituere oportet liberos suos quam custodes experientia et spectatione eius quod convenit? Ridiculum vero, inquit, esset. Atque etiam dimicabit quodque animans fortius praesentibus eis quos genuit. Est ita. periculum tamen, Socrate, haud leve ne, si forte, ut solet in bello, cadant, praeter se ipsos liberos perdant et reliquam civitatem facultate privent sese in integrum restituendi. Vera, inquam, dicis; tu autem primum censes eos ita se comparare oportere ut ne umquam periclitentur? Haudquaquam. Quid vero? si periculum suscipiendum, nonne id subire eos oportebit, in quo meliores evasuri sint rem bene gerentes? Perspicuum vero. At non multum arbitraris interesse nec periculo dignum esse utrum spectent necne res bellicas liberi qui viri futuri sint bellicosi? Non, sed interest ad id quod dicis. Hoc igitur ante omnia faciendum est ut spectatores belli sint liberi, praeterea autem securitas excogitanda, et recte se res habebit; nonne? Etiam. Itaque, inquam, primum quidem patres, in quantum homines possunt, non ignari erunt, sed intelligentes quae expeditiones

τῶν στρατειῶν ὅσαι * τε καὶ μὴ ἐπικίνδυνοι; Εἰκός, ἔφη. D
Εἰς μὲν ἄρα τὰς ἄξουσιν, εἰς δὲ τὰς εὐλαβήσονται. Ὀρθῶς.
Καὶ ἄρχοντάς γέ που, ἦν δ' ἐγώ, οὐ τοὺς φαυλοτάτους αὐτοῖς
ἐπιστήσουσιν, ἀλλὰ τοὺς ἐμπειρίᾳ τε καὶ ἡλικίᾳ ἱκανοὺς ἡγε-
μόνας τε καὶ παιδαγωγοὺς εἶναι. Πρέπει γάρ. Ἀλλὰ γάρ,
φήσομεν, καὶ παρὰ δόξαν πολλὰ πολλοῖς δὴ ἐγένετο. Καὶ
μάλα. Πρὸς τοίνυν τὰ τοιαῦτα, ὦ φίλε, πτεροῦν χρὴ παιδία
ὄντα εὐθύς, ἵν', ἄν τι δέῃ, πετόμενοι ἀποφεύγωσιν. * Πῶς E
λέγεις; ἔφη. Ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἦν δ' ἐγώ, ἀναβιβαστέον
ὡς νεωτάτους, καὶ διδαξαμένους ἱππεύειν ἐφ' ἵππων ἀκτέον
ἐπὶ τὴν θέαν, μὴ θυμοειδῶν μηδὲ μαχητικῶν, ἀλλ' ὅτι ποδω-
κεστάτων καὶ εὐηνιωτάτων· οὕτω γὰρ κάλλιστά τε θεάσονται
τὸ αὑτῶν ἔργον, καὶ ἀσφαλέστατα, ἄν τι δέῃ, σωθήσονται
μετὰ πρεσβυτέρων ἡγεμόνων ἑπόμενοι. Ὀρθῶς, ἔφη, μοι
δοκεῖς * λέγειν. 468

Τί δὲ δή, εἶπον, τὰ περὶ τὸν πόλεμον; πῶς ἑκτέον σοι
τοὺς στρατιώτας πρὸς αὑτούς τε καὶ τοὺς πολεμίους; ἆρ' ὀρ-
θῶς μοι καταφαίνεται, ἢ οὔ; Λέγ', ἔφη, ποῖον *). Αὐτῶν
μέν, εἶπον, τὸν λιπόντα τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλόντα ἤ τι τῶν
τοιούτων ποιήσαντα διὰ κάκην ἆρα οὐ δημιουργόν τινα δεῖ
καθιστάναι ἢ γεωργόν; Πάνυ μὲν οὖν. Τὸν δὲ ζῶντα εἰς τοὺς
πολεμίους ἁλόντα ἆρ' οὐ δωρεὰν διδόναι τοῖς θέλουσι χρῆσθαι
τῇ ἄγρᾳ ὅ τι ἂν * βούλωνται; Κομιδῇ γε. Τὸν δὲ ἀριστεύσαντά B
τε καὶ εὐδοκιμήσαντα οὐ πρῶτον μὲν ἐπὶ στρατείας ὑπὸ τῶν
ξυστρατευομένων μειρακίων τε καὶ παίδων ἐν μέρει ὑπὸ ἑκά-
στου δοκεῖ σοι χρῆναι στεφανωθῆναι; ἢ οὔ; Ἔμοιγε. Τί δέ;
δεξιωθῆναι; Καὶ τοῦτο. Ἀλλὰ τόδ', οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, οὐκέτι
σοι δοκεῖ. Τὸ ποῖον; Τὸ φιλῆσαί τε καὶ φιληθῆναι ὑπὸ ἑκά-
στου. Πάντων, ἔφη, μάλιστα· καὶ προστίθημί γε τῷ νόμῳ,
ἕως ἂν ἐπὶ ταύτης ὦσι τῆς στρατείας, * μηδενὶ ἐξεῖναι ἀπαρ- C
νηθῆναι ὃν ἂν βούληται φιλεῖν, ἵνα καί, ἐάν τίς του τύχῃ
ἐρῶν ἢ ἄῤῥενος ἢ θηλείας, προθυμότερος ᾖ πρὸς τὸ τἀριστεῖα
φέρειν. Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ· ὅτι μὲν γὰρ ἀγαθῷ ὄντι γάμοι
τε ἕτοιμοι πλείους ἢ τοῖς ἄλλοις καὶ αἱρέσεις τῶν τοιούτων

---

*) ἄλλ. ποῖ' ἄν.

periculosae quae non. Consentaneum, inquit. In has igitur educent, in illas vero cavebunt. Recte. Et rectores, ni fallor, inquam, non vilissimos eis praeficient, sed qui experientia et aetate valebunt ad ducum ac paedagogorum munus sustinendum. Decet vero. Attamen, dicemus, etiam praeter opinionem multa multis accidunt. Sane quidem. Hanc vero ob causam, amice, pennis instrui oportet pueros a teneris unguiculis, ut, si opus fuerit, volantes aufugiant. Quomodo dicis? inquit. In equos, inquam, imponendi sunt ab ineunte aetate, et quum didicerint equitare in equis ducendi ad spectationem non ferocibus nec bellicosis, sed quam velocissimis facillimisque ad regendum; ita enim optime spectabunt rem ad se pertinentem et tutissime, si opus fuerit, servabuntur seniores duces sequentes. Recte, inquit, mihi videris dicere.

Quid vero, inquam, de bello? quamnam milites tuos sequi oportebit rationem et inter se et ad hostes? an recte iudico necne? Dic, inquit, quale istud. Quicumque eorum, inquam, deseruit ordinem vel arma abiecit vel tale quid commisit propter ignaviam, nonne eum opificem oportet constitui vel agricolam? Sane quidem. Qui autem vivus ab hostibus captus fuerit nonne gratis is tradendus est cuilibet ut faciat praeda quodcumque lubeat? Admodum. Qui vero excelluerit gloriamque consequutus fuerit, nonne is primum in expeditione a commilitonibus pueris et adolescentibus singulis videtur tibi coronandus esse? an non? Mihi vero. Quid porro? dextrane ei danda? Etiam hoc. At hoc, opinor, tibi videtur non item. Quidnam? Ut oscula det et accipiat a quoque. Omnium, inquit, maxime; et addo legi, dum in hac sint expeditione, nemini licere recusare, quemcumque voluerit osculari, ut, si quem amore amplectatur vel marem vel feminam, cupidior sit palmae ferendae. Praeclare, inquam; etenim ei qui bonus sit nuptias esse paratas plures quam reliquis hos-

πολλάκις παρὰ τοὺς ἄλλους ἔσονται, ἵν' ὅτι πλεῖστοι ἐκ τοῦ
τοιούτου γίγνωνται, εἴρηται ἤδη. Εἴπομεν γάρ, ἔφη. Ἀλλὰ
μὴν καὶ καθ' Ὅμηρον τοῖς τοιοῖσδε δίκαιον τιμᾶν τῶν νέων
ὅσοι ἀγαθοί· καὶ * γὰρ Ὅμηρος τὸν εὐδοκιμήσαντα ἐν τῷ πο- D
λέμῳ νώτοισιν Αἴαντα ἔφη διηνεκέεσσι γεραίρεσθαι, ὡς ταύ-
την οἰκείαν οὖσαν τιμὴν τῷ ἡβῶντί τε καὶ ἀνδρείῳ, ἐξ ἧς ἅμα
τῷ τιμᾶσθαι καὶ τὴν ἰσχὺν αὐξήσει. Ὀρθότατα, ἔφη. Πει-
σόμεθα ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ταῦτά γε Ὁμήρῳ· καὶ γὰρ ἡμεῖς ἔν
τε θυσίαις καὶ τοῖς τοιούτοις πᾶσι τοὺς ἀγαθούς, καθ' ὅσον
ἂν ἀγαθοὶ φαίνωνται, καὶ ὕμνοις καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν τι-
μήσομεν, πρὸς δὲ τούτοις ἕδραις τε * καὶ κρέασιν ἰδὲ πλείοις E
δεπάεσσιν, ἵνα ἅμα τῷ τιμᾶν ἀσκῶμεν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας
τε καὶ γυναῖκας. Κάλλιστα, ἔφη, λέγεις. Εἶεν, τῶν δὲ δὴ
ἀποθανόντων ἐπὶ στρατείας ὃς ἂν εὐδοκιμήσας τελευτήσῃ, ἆρ'
οὐ πρῶτον μὲν φήσομεν τοῦ χρυσοῦ γένους εἶναι; Πάντων γε
μάλιστα. Ἀλλ' οὐ πεισόμεθα Ἡσιόδῳ, ἐπειδάν τινες τοῦ
τοιούτου γένους τελευτήσωσιν, ὡς ἄρα

* Οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν, 469
Ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες μερόπων ἀνθρώπων;

Πεισόμεθα μὲν οὖν. Διαπυθόμενοι ἄρα τοῦ θεοῦ πῶς χρὴ
τοὺς δαιμονίους τε καὶ θείους τιθέναι καὶ τίνι διαφόρῳ, οὕτω
καὶ ταύτῃ θήσομεν ᾗ ἂν ἐξηγῆται. Τί δ' οὐ μέλλομεν; Καὶ
τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον ὡς δαιμόνων, οὕτω θεραπεύσομέν τε
καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν * τὰς θήκας· ταὐτὰ δὲ ταῦτα νο- B
μιοῦμεν ὅταν τις γήρᾳ ἤ τινι ἄλλῳ τρόπῳ τελευτήσῃ τῶν ὅσοι
ἂν διαφερόντως ἐν τῷ βίῳ ἀγαθοὶ κριθῶσιν. Δίκαιον
γοῦν, ἔφη.

Τί δέ; πρὸς τοὺς πολεμίους πῶς ποιήσουσιν ἡμῖν οἱ στρα-
τιῶται; Τὸ ποῖον δή; Πρῶτον μὲν ἀνδραποδισμοῦ πέρι, δο-
κεῖ δίκαιον Ἕλληνας Ἑλληνίδας πόλεις ἀνδραποδίζεσθαι, ἢ
μηδ' ἄλλῳ *) ἐπιτρέπειν κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ τοῦτο ἐθίζειν,
τοῦ Ἑλληνικοῦ γένους φείδεσθαι, εὐλαβουμένους * τὴν ὑπὸ C
τῶν βαρβάρων δουλείαν; Ὅλῳ καὶ παντί, ἔφη, διαφέρει τὸ

---

*) ἄλλ. ἄλλῳ.

que saepius eligendos esse quam ceteros, ut quam plurimi e talibus gignerentur, iam dictum est. Diximus vero, inquit. Atque etiam secundum Homerum huiusmodi honoribus par est decorari iuvenes omnes qui boni; etenim Homerus Aiacem qui in pugna excelluisset dorso narravit integro honoratum esse, quippe qui proprius esset honor puberis ac fortis, quo non solum decoraretur sed etiam robur suum augeret. Rectissime, inquit. Obtemperabimus igitur, inquam, in hoc Homero; atque nos quoque in sacrificiis omnibusque id genus bonos, quatenus boni reperti fuerint, et carminibus et eis quae modo memoravimus, honorabimus, praeterea sedibus et carnibus plenisque poculis, ut non honoremus modo verum etiam exerceamus bonos viros ac mulieres. Praeclare, inquit, dicis. Iam caesorum in pugna quicumque fortiter dimicans mortem occubuit, nonne primum dicemus hunc aurei generis esse? Omnium vero maxime. Et credemus Hesiodo, si qui huius generis mortem occubuerint, hos fieri *daemones puros in terra versantes, probos, averruncos, custodes mortalium hominum.* Credemus vero. Consulentes ergo deum, quomodo oporteat viros in daemonum ac deorum numero relatos condi et quibusnam insignibus, ita et hoc modo condemus eos quo ille responderit. Quidni ita faciamus? Et reliquum in tempus ut daemonum colemus ac venerabimur eorum sepulcra; eadem autem haec sanciemus, si quis senectute confectus vel alio modo mortuus fuerit eorum qui insigni in vita bonitate fuerint censi. Par certe est, inquit.

Quid vero? adversus hostes quomodo se gerent nostri milites? Quanam in re? Primum quidem de servitute, videtur iustum esse Graecos graecas urbes servitute opprimere, an nec alii, quantum possint, id permittere et adsuescere graecae genti parcere, caventes ne a barbaris servitutem patiantur? Plane atque omnino, inquit,

φείδεσθαι. Μηδὲ Ἕλληνα ἄρα δοῦλον ἐκτῆσθαι μήτε αὐτούς,
τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν οὕτω ξυμβουλεύειν; Πάνυ μὲν οὖν,
ἔφη· μᾶλλόν γ' ἂν οὖν οὕτω πρὸς τοὺς βαρβάρους τρέποιντο,
ἑαυτῶν δ' ἀπέχοιντο. Τί δέ; σκυλεύειν, ἦν δ' ἐγώ, τοὺς τε-
λευτήσαντας πλὴν ὅπλων, ἐπειδὰν νικήσωσιν, ἦ καλῶς ἔχει;
ἢ οὐ πρόφασιν μὲν τοῖς δειλοῖς ἔχει μὴ πρὸς τὸν * μαχόμενον D
ἰέναι, ὥς τι τῶν δεόντων δρῶντας ὅταν περὶ τὸν τεθνεῶτα κυ-
πτάζωσι, πολλὰ δὲ ἤδη στρατόπεδα διὰ τὴν τοιαύτην ἁρπαγὴν
ἀπώλετο; Καὶ μάλα. Ἀνελεύθερον δὲ οὐ δοκεῖ καὶ φιλοχρή-
ματον νεκρὸν συλᾶν, καὶ γυναικείας τε καὶ σμικρᾶς διανοίας
πολέμιον νομίζειν τὸ σῶμα τοῦ τεθνεῶτος, ἀποπταμένου τοῦ
ἐχθροῦ, λελοιπότος δὲ ᾧ ἐπολέμει; ἢ οἴει τι διάφορον δρᾶν
τοὺς * τοῦτο ποιοῦντας τῶν κυνῶν, αἳ τοῖς λίθοις οἷς ἂν E
βληθῶσι χαλεπαίνουσι τοῦ βαλόντος οὐχ ἁπτόμεναι; Οὐδὲ σμι-
κρόν, ἔφη. Ἐατέον ἄρα τὰς νεκροσυλίας καὶ τὰς τῶν ἀναι-
ρέσεων διακωλύσεις. Ἐατέον μέντοι, ἔφη, νὴ Δία. Οὐδὲ
μήν που πρὸς τὰ ἱερὰ τὰ ὅπλα οἴσομεν ὡς ἀναθήσοντες, ἄλ-
λως τε καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων, ἐάν τι ἡμῖν μέλῃ τῆς πρὸς τοὺς
* ἄλλους Ἕλληνας εὐνοίας· μᾶλλον δὲ καὶ φοβηθησόμεθα μή 470
τι μίασμα ᾖ πρὸς ἱερὸν τὰ τοιαῦτα ἀπὸ τῶν οἰκείων φέρειν,
ἐὰν μή τι δὴ ὁ θεὸς ἄλλο λέγῃ. Ὀρθότατα, ἔφη. Τί δέ;
γῆς τε τμήσεως τῆς Ἑλληνικῆς καὶ οἰκιῶν ἐμπρήσεως, ποῖόν
τί σοι δράσουσιν οἱ στρατιῶται πρὸς τοὺς πολεμίους; Σοῦ,
ἔφη, δόξαν ἀποφαινομένου ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι. Ἐμοὶ μὲν
τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, δοκεῖ τούτων * μηδέτερα ποιεῖν, ἀλλὰ B
τὸν ἐπέτειον καρπὸν ἀφαιρεῖσθαι· καὶ ὧν ἕνεκα, βούλει σοι
λέγω; Πάνυ γε. Φαίνεταί μοι, ὥσπερ καὶ ὀνομάζεται δύο
ταῦτα ὀνόματα, πόλεμός τε καὶ στάσις, οὕτω καὶ εἶναι δύο,
ὄντα ἐπὶ δυεῖν τινοῖν διαφοραῖν. λέγω δὲ τὰ δύο, τὸ μὲν
οἰκεῖον καὶ ξυγγενές, τὸ δὲ ἀλλότριον καὶ ὀθνεῖον. ἐπὶ μὲν
οὖν τῇ τοῦ οἰκείου ἔχθρᾳ στάσις κέκληται, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ ἀλ-
λοτρίου πόλεμος. Καὶ οὐδέν γ', ἔφη, ἀπὸ τρόπου λέγεις.
Ὅρα δὴ καὶ εἰ τόδε * πρὸς τρόπου λέγω· φημὶ γὰρ τὸ μὲν C

praestat parcere. Graecum igitur servum neque ipsi possidebunt et reliquis Graecis idem suadebunt? Sane quidem, inquit; magis enim ita ad barbaros se convertent et a se abstinebunt. Quid porro? spoliare, inquam, caesos praeter arma, quum victoriam reportaverint, num bene habet? an non causam ignavis id praebet pugnantem non adoriendi, quasi necessarii quid faciant mortuum perscrutantes, et multi iam exercitus huiusmodi rapina perierunt? Admodum. Illiberale autem nonne videtur quaestusque cupidum mortuum depeculari, et muliebris pusillique animi pro hostili habere corpus mortui, quum avolaverit inimicus et id reliquerit quo pugnarat? an censes aliud quid facere qui ita agant quam canes qui in lapides in se coniectos saeviant eum qui illos coniecerit non attingentes? Minime vero, inquit. Mittendae ergo sunt mortuorum spoliationes nec impediendum quominus tollantur. Sane quidem hercle, inquit. Neque etiam, ut opinor, in templa portabimus arma suspensuri, minime vero omnium Graecorum arma, si quid curamus reliquorum Graecorum benivolentiam; magis etiam verebimur ne piaculum sit in templum talia cognatis ablata ferre, nisi quid deus aliud dixerit. Rectissime, inquit. Quod porro ad terrae depopulationem Graecae et domorum exustionem attinet, quid facient milites tui adversus hostes? Te, inquit, quid sentias declarantem libenter audierim. Mihi igitur, inquam, videtur neutrum illorum esse faciendum, sed annuae fruges auferendae; et quam ob causam, vis tibi dicam? Sane quidem. Videntur, quemadmodum duo haec nomina usurpantur, bellum et seditio, ita etiam duo esse, ad duas res diversas pertinentia. dico autem duo, quorum unum propinquum et cognatum est, alterum alienum et peregrinum. ac propinqui quidem dissidium seditio appellatur, alieni vero bellum. Convenienter, inquit, dicis. Vide dum an hoc quoque convenienter dicam; statuo enim Graecum

Ἑλληνικὸν γένος αὐτὸ αὑτῷ οἰκεῖον εἶναι καὶ ξυγγενές, τῷ δὲ
βαρβαρικῷ ὀθνεῖόν τε καὶ ἀλλότριον. Καλῶς γε, ἔφη. Ἕλ-
ληνας μὲν ἄρα βαρβάροις καὶ βαρβάρους Ἕλλησι πολεμεῖν
μαχομένους τε φήσομεν καὶ πολεμίους φύσει εἶναι, καὶ πόλε-
μον τὴν ἔχθραν ταύτην κλητέον· Ἕλληνας δὲ Ἕλλησιν, ὅταν
τι τοιοῦτο δρῶσι, φύσει μὲν φίλους εἶναι, νοσεῖν δ' ἐν τῷ
τοιούτῳ τὴν Ἑλλάδα καὶ στασιάζειν, * καὶ στάσιν τὴν τοι- D
αύτην ἔχθραν κλητέον. Ἐγὼ μέν, ἔφη, ξυγχωρῶ οὕτω νομί-
ζειν. Σκόπει δή, εἶπον, ὅτι ἐν τῇ νῦν ὁμολογουμένῃ στάσει,
ὅπου ἄν τι τοιοῦτον γένηται καὶ διαστῇ πόλις, ἐὰν ἑκάτεροι
ἑκατέρων τέμνωσιν ἀγροὺς καὶ οἰκίας ἐμπιπρῶσιν, ὡς ἀλιτη-
ριώδης τε δοκεῖ ἡ στάσις εἶναι καὶ οὐδέτεροι αὐτῶν φιλοπόλι-
δες· οὐ γὰρ ἄν ποτε ἐτόλμων τὴν τροφόν τε καὶ μητέρα κεί-
ρειν· ἀλλὰ μέτριον εἶναι τοὺς καρποὺς ἀφαιρεῖσθαι τοῖς * κρα- E
τοῦσι τῶν κρατουμένων, καὶ διανοεῖσθαι ὡς διαλλαγησομένων
καὶ οὐκ ἀεὶ πολεμησόντων. Πολὺ γάρ, ἔφη, ἡμερωτέρων
αὕτη ἡ διάνοια ἐκείνης. Τί δὲ δή; ἔφην· ἣν σὺ πόλιν οἰκί-
ζεις, οὐχ Ἑλληνὶς ἔσται; Δεῖ γ' αὐτήν, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἀγα-
θοί τε καὶ ἥμεροι ἔσονται; Σφόδρα γε. Ἀλλ' οὐ φιλέλληνες;
οὐδὲ οἰκείαν τὴν Ἑλλάδα ἡγήσονται, οὐδὲ κοινωνήσουσιν ὧν-
περ οἱ ἄλλοι ἱερῶν; Καὶ σφόδρα γε. Οὐκοῦν τὴν πρὸς τοὺς
Ἕλληνας διαφοράν, * ὡς οἰκείους, στάσιν ἡγήσονται καὶ οὐδὲ 471
ὀνομάσουσι πόλεμον; Οὐ γάρ. Καὶ ὡς διαλλαγησόμενοι ἄρα
διοίσονται; Πάνυ μὲν οὖν. Εὐμενῶς δὴ σωφρονιοῦσιν, οὐκ
ἐπὶ δουλείᾳ κολάζοντες οὐδ' ἐπ' ὀλέθρῳ, σωφρονισταὶ ὄντες,
οὐ πολέμιοι. Οὕτως, ἔφη. Οὐδ' ἄρα τὴν Ἑλλάδα Ἕλληνες
ὄντες κεροῦσιν, οὐδὲ οἰκήσεις ἐμπρήσουσιν, οὐδὲ ὁμολογήσου-
σιν ἐν ἑκάστῃ πόλει πάντας ἐχθροὺς αὐτοῖς εἶναι, καὶ ἄνδρας
καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, ἀλλ' ὀλίγους ἀεὶ ἐχθροὺς τοὺς * αἰ- B
τίους τῆς διαφορᾶς· καὶ διὰ ταῦτα πάντα οὔτε τὴν γῆν ἐθε-
λήσουσι κείρειν αὐτῶν, ὡς φίλων τῶν πολλῶν, οὔτε οἰκίας
ἀνατρέπειν, ἀλλὰ μέχρι τούτου ποιήσονται τὴν διαφοράν, μέχρι
οὗ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναιτίων ἀλγούντων

genus fibimet ipfi propinquum effe atque cognatum, barbarico autem peregrinum et alienum. Recte, inquit. Graecos igitur cum barbaris et barbaros cum Graecis bellare, fi pugnent, dicemus et natura effe hoftes, bellumque effe vocandum hoc disfidium; Graecos autem Graecis, fi tale quid faciant, natura quidem amicos effe, aegrotare autem tum Graeciam et feditiofam effe, et feditionem effe hoc disfidium vocandum. Equidem, inquit, confiteor ita ftatuendum effe. Reputa igitur, inquam, in disfidio nunc dicto, ubicumque tale quid exfiftat et disfideat urbs, fi utrique inter fe agros amputent et domos incendant, perquam exitiabilem videri feditionem effe neutrosque eorum patriae amantes; neque enim auderent nutricem ac matrem tondere, fed fatis haberent fruges auferre victores victorum, et cogitare fore ut in gratiam redeant nec femper bellum agant. Longe fane, inquit, mitior eft haec fententia illa. Iam vero, inquam, quam tu civitatem condis, nonne Graeca erit? Oportet vero, inquit. Nonne etiam boni ac mites erunt? Admodum. Et Graecorum amantes? et propinquam fibi Graeciam exiftimabunt facraque habebunt cum reliquis communia? Sane quidem. Nonne igitur disfidium in Graecos quippe propinquos feditionem habebunt nec appellabunt bellum? Minime vero. Et disfidebunt igitur cogitantes fore ut in gratiam redeant? Admodum. Benivole ergo ad temperantiam eos redigent, non fervitutem in caftigando fpectantes nec interitum, quippe qui correctores fint, non hoftes. Ita, inquit. Neque igitur Graeciam Graeci qui funt tondebunt, neque domicilia incendent neque confitebuntur in quaque civitate omnes fibi inimicos effe, et viros et mulieres et pueros, fed paucos femper inimicos auctores effe disfidii; et has omnes ob caufas neque terram fuftinebunt eorum tondere, quippe quum amici fint plerique, neque domos evertere; fed usque disfidebunt dum auctores coacti fuerint ab afflictis culpaque carentibus poenas dare.

δοῦναι δίκην. Ἐγὼ μέν, ἔφη, ὁμολογῶ οὕτω δεῖν πρὸς τοὺς
ἐναντίους τοὺς ἡμετέρους πολίτας προσφέρεσθαι· πρὸς δὲ τοὺς
βαρβάρους, ὡς νῦν οἱ Ἕλληνες πρὸς ἀλλήλους. Τιθῶμεν δὴ
καὶ τοῦτον τὸν νόμον, τοῖς φύλαξι * μήτε γῆν τέμνειν μήτε C
οἰκίας ἐμπιπράναι; Θῶμεν, ἔφη, καὶ ἔχειν γε καλῶς ταῦτά τε
καὶ τὰ πρόσθεν.

Ἀλλὰ γάρ μοι δοκεῖς, ὦ Σώκρατες, ἐάν τίς σοι τὰ τοι-
αῦτα ἐπιτρέπῃ λέγειν, οὐδέποτε μνησθήσεσθαι ὃ ἐν τῷ πρό-
σθεν παρωσάμενος πάντα ταῦτα εἴρηκας, τὸ ὡς δυνατὴ αὕτη
ἡ πολιτεία γενέσθαι καὶ τίνα τρόπον ποτὲ δυνατή· ἐπεὶ ὅτι γε,
εἰ γένοιτο, πάντ' ἂν εἴη ἀγαθὰ πόλει ᾗ γένοιτο, καὶ ἃ σὺ
παραλείπεις ἐγὼ λέγω, ὅτι καὶ τοῖς πολεμίοις ἄριστ' * ἂν μά- D
χοιντο τῷ ἥκιστα ἀπολείπειν ἀλλήλους, γιγνώσκοντές τε καὶ
ἀνακαλοῦντες ταῦτα τὰ ὀνόματα ἑαυτούς, ἀδελφούς, πατέρας,
υἱεῖς· εἰ δὲ καὶ τὸ θῆλυ ξυστρατεύοιτο, εἴτε καὶ ἐν τῇ αὐτῇ
τάξει εἴτε καὶ ὄπισθεν ἐπιτεταγμένον, φόβων τε ἕνεκα τοῖς
ἐχθροῖς καὶ εἴ ποτέ τις ἀνάγκη βοηθείας γένοιτο, οἶδ' ὅτι ταύτῃ
πάντῃ ἄμαχοι ἂν εἶεν· καὶ οἴκοι γε ἃ παραλείπεται ἀγαθά,
ὅσα ἂν εἴη αὐτοῖς, ὁρῶ. ἀλλ' ὡς ἐμοῦ * ὁμολογοῦντος πάντα E
ταῦτα ὅτι εἴη ἄν, καὶ ἄλλα γε μυρία, εἰ γένοιτο ἡ πολιτεία
αὕτη, μηκέτι πλείω περὶ αὐτῆς λέγε, ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ ἤδη
πειρώμεθα ἡμᾶς αὐτοὺς πείθειν, ὡς δυνατὸν καὶ ᾗ δυνατόν,
τὰ δ' ἄλλα χαίρειν ἐῶμεν. * Ἐξαίφνης γε σύ, ἦν δ' ἐγώ, 472
ὥςπερ καταδρομὴν ἐποιήσω ἐπὶ τὸν λόγον μου, καὶ οὐ ξυγγι-
γνώσκεις στρατευομένῳ *)· ἴσως γὰρ οὐκ οἶσθα ὅτι μόγις μοι
τὼ δύο κύματε ἐκφυγόντι νῦν τὸ μέγιστον καὶ χαλεπώτατον τῆς
τρικυμίας ἐπάγεις, ὃ ἐπειδὰν ἴδῃς τε καὶ ἀκούσῃς, πάνυ ξυγ-
γνώμην ἕξεις, ὅτι εἰκότως ἄρα ὤκνουν τε καὶ ἐδεδοίκη οὕτω
παράδοξον λέγειν λόγον τε καὶ ἐπιχειρεῖν διασκοπεῖν. Ὅσῳ
ἄν, ἔφη, τοιαῦτα πλείω λέγῃς, ἧττον ἀφεθήσει ὑφ' ἡμῶν
* πρὸς τὸ μὴ εἰπεῖν πῇ δυνατὴ γίγνεσθαι αὕτη ἡ πολιτεία. B
ἀλλὰ λέγε καὶ μὴ διάτριβε.

Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν τόδε χρὴ ἀναμνησθῆναι,
ὅτι ἡμεῖς ζητοῦντες δικαιοσύνην οἷόν ἐστι καὶ ἀδικίαν δεῦρο
ἥκομεν. Χρή· ἀλλὰ τί τοῦτο **); ἔφη. Οὐδέν· ἀλλ' ἐὰν

*) ἴσ. στρεφομένῳ. **) ἄλλ. τοῦτό γ';

Equidem, inquit, confiteor ita oportere adversus inimicos nostros cives se gerere, adversus barbaros vero, ut nunc Graeci inter se. Imponamus igitur hanc quoque legem custodibus, ut neque terram tondeant neque domos incendant? Imponamus, inquit, et bene se habere iudicemus et haec et superiora.

At mihi videris, Socrate, si quis tibi haec permiserit explicare, numquam recordaturus esse quod supra reiecisti omniaque haec protulisti, fieri posse ut haec exsistat civitas et quo pacto possit exsistere; ceterum per se patet, civitati, si exstiterit, omnia fore bona, et dico etiam quae tu praetermittis, cum hostibus optime eos pugnaturos esse, quippe qui minime inter se relinquant, se cognoscant hisque se nominibus appellent, fratrum, patrum, filiorum; atque etiam si mulieres una militaturae sint, sive in eodem ordine sive a tergo constitutae, tam ut hostes terreant quam si quo auxilio opus fuerit, scio hac eos ratione fore inexpugnabiles; et domi quanta sint bona eis relicta, video. sed quum confitear omnia haec fore aliaque innumerabilia, si exstiterit haec civitas, iam non plura de ea memora, sed hoc ipsum nunc conemur nobis persuadere exsistere eam posse et quomodo exsistere possit, reliqua autem missa faciamus. Repente quidem tu, inquam, quasi incursionem fecisti in orationem meam nec parcis effugium quaerenti; fortasse enim nescis te mihi aegre e duobus illis fluctibus elapso nunc maximum et gravissimum adducere, quem si videris et audiveris, plane veniam dabis et cognosces, me non sine causa cunctatum ac veritum esse tam admirabilem proferre orationem eamque aggredi perscrutari. Quo plura, inquit, talia dicis, eo minus dimitteris a nobis prius quam exposueris quomodo exsistere possit haec civitas. itaque dic nec moram infer.

Itaque, inquam, primum hoc oportet in memoriam reduci, nos quaerentes qualis esset iustitia et iniustitia huc venisse. Oportet vero; at quid hoc? Nihil; sed quum invene-

εὕρωμεν οἷόν ἐστι δικαιοσύνη, ἆρα καὶ ἄνδρα τὸν δίκαιον ἀξιώ-
σομεν μηδὲν δεῖν αὐτῆς ἐκείνης διαφέρειν, ἀλλὰ πανταχῇ τοιοῦ-
τον εἶναι οἷον δικαιοσύνη * ἐστίν; ἢ ἀγαπήσομεν ἐὰν ὅτι ἐγ- C
γύτατα αὐτῆς ᾖ καὶ πλεῖστα τῶν ἄλλων ἐκείνης μετέχῃ; Οὕτως,
ἔφη· ἀγαπήσομεν. Παραδείγματος ἄρα ἕνεκα, ἦν δ' ἐγώ,
ἐζητοῦμεν αὐτό τε δικαιοσύνην οἷόν ἐστι, καὶ ἄνδρα τὸν τε-
λέως δίκαιον, ἢ γένοιτο καὶ οἷος ἂν εἴη γενόμενος, καὶ ἀδι-
κίαν αὖ καὶ τὸν ἀδικώτατον, ἵνα εἰς ἐκείνους ἀποβλέποντες,
οἷοι ἂν ἡμῖν φαίνωνται εὐδαιμονίας τε πέρι καὶ τοῦ ἐναντίου,
ἀναγκαζώμεθα καὶ περὶ ἡμῶν αὐτῶν ὁμολογεῖν, ὃς ἂν * ἐκεί- D
νοις ὅτι ὁμοιότατος ᾖ, τὴν ἐκείνοις μοῖραν ὁμοιοτάτην ἕξειν,
ἀλλ' οὐ τούτου ἕνεκα, ἵν' ἀποδείξωμεν ὡς δυνατὰ ταῦτα γί-
γνεσθαι. Τοῦτο μέν, ἔφη, ἀληθὲς λέγεις. Οἴει ἂν οὖν ἧττόν
τι ἀγαθὸν ζωγράφον εἶναι ὃς ἂν γράψας παράδειγμα, οἷον
ἂν εἴη ὁ κάλλιστος ἄνθρωπος, καὶ πάντα εἰς τὸ γράμμα ἱκα-
νῶς ἀποδοὺς μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι ὡς καὶ δυνατὸν γενέσθαι τοι-
οῦτον ἄνδρα; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη. Τί οὖν; οὐ καὶ ἡμεῖς,
φαμέν, παράδειγμα * ἐποιοῦμεν λόγῳ ἀγαθῆς πόλεως; Πάνυ E
γε. Ἧττόν τι οὖν οἴει ἡμᾶς εὖ λέγειν τούτου ἕνεκα, ἐὰν μὴ
ἔχωμεν ἀποδεῖξαι ὡς δυνατὸν οὕτω πόλιν οἰκῆσαι ὡς ἐλέγετο;
Οὐ δῆτα, ἔφη. Τὸ μὲν τοίνυν ἀληθές, ἦν δ' ἐγώ, οὕτως·
εἰ δὲ δὴ καὶ τοῦτο προθυμηθῆναι δεῖ σὴν χάριν, ἀποδεῖξαι
πῇ μάλιστα καὶ κατὰ τί δυνατώτατ' ἂν εἴη, πάλιν μοι πρὸς
τὴν τοιαύτην ἀπόδειξιν τὰ αὐτὰ διομολόγησαι. Τὰ ποῖα; Ἆρ'
οἷόν τέ τι * πραχθῆναι ὡς λέγεται, ἢ φύσιν ἔχει πρᾶξιν λέξεως 473
ἧττον ἀληθείας ἐφάπτεσθαι, κἂν εἰ μή τῳ δοκεῖ; ἀλλὰ σὺ
πότερον ὁμολογεῖς οὕτως ἢ οὔ; Ὁμολογῶ, ἔφη. Τοῦτο μὲν
δὴ μὴ ἀνάγκαζέ με, οἷα τῷ λόγῳ διήλθομεν, τοιαῦτα παν-
τάπασι καὶ τῷ ἔργῳ δὴ *) γιγνόμενα ἀποφαίνειν· ἀλλ' ἐὰν
οἷοί τε γενώμεθα εὑρεῖν ὡς ἂν ἐγγύτατα τῶν εἰρημένων πόλις
οἰκήσειε, φάναι ἡμᾶς ἐξευρηκέναι ὡς δυνατὰ ταῦτα γίγνεσθαι
ἃ σὺ ἐπιτάττεις· * ἢ οὐκ ἀγαπήσεις τούτων τυγχάνων; ἐγὼ μὲν B
γὰρ ἂν ἀγαπῴην. Καὶ γὰρ ἐγώ, ἔφη. Τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο,
ὡς ἔοικε, πειρώμεθα ζητεῖν τε καὶ ἀποδεικνύναι, τί ποτε νῦν

---

*) γρ. δεῖ. ἄλλ. δεῖν.

rimus qualis sit iustitia, nonne etiam virum iustum censebimus nihil oportere ab ipsa illa differre, sed plane talem esse qualis iustitia sit? an satis habebimus si quam proxime ab ea absit et prae ceteris maxime eius sit particeps? Ita, inquit; satis habebimus. Exempli ergo causa, inquam, quaesivimus iustitia per se qualis esset et vir perfecte iustus quomodo exsisteret et qualis esset si exstitisset, itemque iniustitia et iniustissimus, ut in hos intuentes, quales nobis reperirentur ratione felicitatis et contrarii, cogeremur etiam de nobismet ipsis confiteri eum, qui illis quam simillimus esset, illis etiam sortem simillimam esse habiturum, non eam ob causam ut probaremus posse haec fieri. Hoc quidem, inquit, vere dicis. Censesne vero minus bonum fore pictorem qui, quum pinxerit exemplum qualis sit pulcherrimus homo omniaque in imagine picta satis expresserit, non possit probare etiam posse exsistere talem virum? Haudquaquam hercle, inquit. Quid igitur? nonne nos quoque, dicimus, exemplum exhibuimus oratione bonae civitatis? Sane quidem. Minus igitur censes nos dicere bene propterea quod nequeamus probare posse civitatem ita institui ut diximus? Minime vero, inquit. Veritas igitur, inquam, sic se habet; si vero etiam conari oportet tua causa probare quomodo maxime et quatenus facillime possit esse, rursus mihi ad hanc demonstrationem eadem confitere. Qualia? Num fieri potest ut aliquid agatur sicut oratione exponitur, an natura ita fert ut actio dictione minus veritatem attingat, etiamsi cui non videatur? tu igitur utrum concedis hoc necne? Concedo, inquit. Hoc ergo ne coge me probare, qualia oratione persequuti simus, talia prorsus etiam re debere exsistere; potius si potuerimus invenire quomodo proxime ab eis quae exposita sunt civitas constituatur, dicemus nos invenisse quomodo fieri possint ea quae tu postulas; an non satis habebis haec impetrare? ego enim satis habuerim. Ego quoque, inquit. Iam deinceps, ut patet, conemur quaerere et probare,

κακῶς ἐν ταῖς πόλεσι πράττεται δι' ὃ οὐχ οὕτως οἰκοῦνται, καὶ
τίνος ἂν σμικροτάτου μεταβαλόντος ἔλθοι εἰς τοῦτον τὸν τρό-
πον τῆς πολιτείας πόλις, μάλιστα μὲν ἑνός, εἰ δὲ μή, δυεῖν,
εἰ δὲ μή, ὅτι ὀλιγίστων τὸν ἀριθμὸν καὶ σμικροτάτων τὴν δύ-
ναμιν. Παντάπασι * μὲν οὖν, ἔφη. Ἑνὸς μὲν τοίνυν, ἦν C
δ' ἐγώ, μεταβαλόντος δοκοῦμέν μοι ἔχειν δεῖξαι ὅτι μεταπέσοι
ἄν, οὐ μέντοι σμικροῦ γε οὐδὲ ῥᾳδίου, δυνατοῦ δέ. Τίνος;
ἔφη. Ἐπ' αὐτὸ δή, ἦν δ' ἐγώ, εἶμι ὃ τῷ μεγίστῳ παρεικά-
ζομεν κύματι. εἰρήσεται δ' οὖν, εἰ καὶ μέλλει γέλωτί τε ἀτεχνῶς
ὥσπερ κῦμα ἐκγελῶν καὶ ἀδοξίᾳ κατακλύσειν *). σκόπει δὲ ὃ
μέλλω λέγειν. Λέγε, ἔφη. Ἐὰν μή, ἦν δ' ἐγώ, ἢ οἱ φιλό-
σοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς * πόλεσιν ἢ οἱ βασιλῆς τε νῦν λε- D
γόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς,
καὶ τοῦτο εἰς ταὐτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλο-
σοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ
φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ
φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσι, δοκῶ δὲ οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει,
οὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μήποτε πρότερον φυῇ * τε εἰς τὸ δυνα- E
τὸν καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ, ἣν νῦν λόγῳ διεληλύθαμεν. ἀλλὰ
τοῦτό ἐστιν ὃ μοι πάλαι ὄκνον ἐντίθησι λέγειν, ὁρῶντι ὡς
πολὺ παρὰ δόξαν ῥηθήσεται· χαλεπὸν γὰρ πείθειν **) ὅτι οὐκ
ἂν ἄλλη τις εὐδαιμονήσειεν οὔτε ἰδίᾳ οὔτε δημοσίᾳ. Καὶ ὅς,
Ὦ Σώκρατες, ἔφη, τοιοῦτον ἐκβέβληκας ῥῆμά τε καὶ λόγον,
ὃν εἰπὼν ἡγοῦ ἐπὶ σὲ πάνυ πολλούς τε καὶ οὐ φαύλους νῦν
οὕτως, οἷον ῥίψαντας τὰ ἱμάτια, * γυμνοὺς λαβόντας ὅ τι 474
ἑκάστῳ παρέτυχεν ὅπλον, θεῖν διατεταμένους ὡς θαυμάσια
ἐργασομένους· οὓς εἰ μὴ ἀμυνεῖ τῷ λόγῳ καὶ ἐκφεύξει, τῷ ὄντι
τωθαζόμενος δώσεις δίκην. Οὐκοῦν σύ μοι, ἦν δ' ἐγώ, τού-
των αἴτιος; Καλῶς γ', ἔφη, ἐγὼ ποιῶν, ἀλλά τοί σε οὐ προ-
δώσω, ἀλλ' ἀμυνῶ οἷς δύναμαι, δύναμαι δὲ εὐνοίᾳ τε καὶ τῷ
παρακελεύεσθαι, καὶ ἴσως ἂν ἄλλου του ἐμμελέστερόν σοι * ἀπο- B

---

*) ἴσ. γελῶν τις ἀτεχνῶς ὥσπερ κῦμα ἀδοξίᾳ κατακλύσειν. **) γρ. ἰδεῖν.

quid tandem sit quod nunc male in civitatibus agatur quod impediat quominus ita gubernentur, et quonam minimo mutato perveniat ad hanc rei publicae rationem civitas, potissimum quidem uno, sin minus, duobus, sin aliter, quam paucissimis ad numerum et minimis ad vim. Prorsus sic se habet, inquit. Uno igitur, inquam, mutato videmur mihi posse ostendere quomodo convertatur civitas, neque exiguo illo quidem neque facili, ita tamen comparato ut fieri possit. Quonam? inquit. Ad id iam, inquam, progredior quod cum maximo comparavimus fluctu. dicetur igitur, etiam si futurum est, ut risu prorsus atque infamia obruatur. considera vero quod sum dicturus. Dic, inquit. Nisi, inquam, aut philosophi regnant in civitatibus aut reges qui nunc vocantur et dominatores philosophantur vere ac satis haeque concurrunt, vis civilis et philosophia, plurimae vero eorum qui nunc separatim ad alterutrum accedunt naturae, necessitate excluduntur, non est malorum finis, care Glauco, civitatibus, nec, ut arbitror, humano generi, neque haec civitas prius nascetur ita ut poterit solisque lucem adspiciet, quam nunc oratione descripsimus. at hoc est quod mihi iamdudum verecundiam iniicit dicendi, quum videam quantam habiturum sit admirationem si prolatum fuerit; difficile est enim perspectu nullam aliam felicitate esse usuram neque privatim neque publice. Tum ille O Socrates, inquit, tale emisisti dictum et vocem, quam si protuleris existima fore ut in te admodum multi nec illi quidem viles sic statim tamquam vestibus abiectis nudati sumptisque quae cuique fors obtulerit armis citato gradu incurrant mira facturi, quos nisi propulsaveris oratione aut in fugam te contuleris, profecto convicio verberatus poenas dabis. Nonne tu mihi, inquam, hoc conflasti? Ac recte quidem, inquit, ego feci. attamen te non prodam, sed defendam quo possum, possum autem benivolentia et cohortatione, et fortasse alio quo curiosius tibi respondebo. talem

κρινοίμην. ἀλλ' ὡς ἔχων τοιοῦτον βοηθὸν πειρῶ τοῖς ἀπι-
στοῦσιν ἐνδείξασθαι ὅτι ἔχει ᾗ σὺ λέγεις. Πειρατέον, ἦν δ'
ἐγώ, ἐπειδὴ καὶ σὺ οὕτω μεγάλην ξυμμαχίαν παρέχει. ἀναγ-
καῖον οὖν μοι δοκεῖ, εἰ μέλλομέν πῃ ἐκφεύξεσθαι οὓς λέγεις,
διορίσασθαι πρὸς αὐτοὺς τοὺς φιλοσόφους τίνας λέγοντες τολ-
μῶμεν φάναι δεῖν ἄρχειν, ἵνα διαδήλων γενομένων δύνηταί
τις ἀμύνεσθαι ἐνδεικνύμενος ὅτι τοῖς μὲν προσήκει φύσει
ἅπτεσθαί τε φιλοσοφίας ἡγεμονεύειν τ' ἐν πόλει, τοῖς δ' ἄλ- C
λοις μήτε ἅπτεσθαι ἀκολουθεῖν τε τῷ ἡγουμένῳ. Ὥρα ἂν
εἴη, ἔφη, ὁρίζεσθαι. Ἴθι δή, ἀκολούθησόν μοι τῇδε, ἐὰν
αὐτὸ ἀμηγέπῃ ἱκανῶς ἐξηγησώμεθα. Ἄγε δή, ἔφη. Ἀνα-
μιμνήσκειν οὖν σε, ἦν δ' ἐγώ, δεήσει, ἢ μέμνησαι, ὅτι ὃν
ἂν φῶμεν φιλεῖν τι, δεῖ φανῆναι αὐτόν, ἐὰν ὀρθῶς λέγηται,
οὐ τὸ μὲν φιλοῦντα ἐκείνου, τὸ δὲ μή, ἀλλὰ πᾶν στέργοντα;
Ἀναμιμνήσκειν, ἔφη, ὡς ἔοικε, δεῖ· οὐ γὰρ * πάνυ γε ἐν- D
νοῶ. Ἄλλῳ, εἶπον, ἔπρεπεν, ὦ Γλαύκων, λέγειν ἃ λέγεις·
ἀνδρὶ δ' ἐρωτικῷ οὐ πρέπει ἀμνημονεῖν ὅτι πάντες οἱ ἐν ὥρᾳ
τὸν φιλόπαιδα καὶ ἐρωτικὸν ἀμηγέπῃ δάκνουσί τε καὶ κινοῦσι,
δοκοῦντες ἄξιοι εἶναι ἐπιμελείας τε καὶ τοῦ ἀσπάζεσθαι· ἢ οὐχ
οὕτω ποιεῖτε πρὸς τοὺς καλούς; ὁ μέν, ὅτι σιμός, ἐπίχαρις
κληθεὶς ἐπαινεθήσεται ὑφ' ὑμῶν, τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικόν
φατε εἶναι, τὸν δὲ δὴ διὰ μέσου τούτων ἐμμετρώτατα ἔχειν,
* μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ἰδεῖν, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας εἶναι· E
μελιχλώρους δὲ καὶ τοὔνομα οἴει τινὸς ἄλλου ποίημα εἶναι ἢ
ἐραστοῦ ὑποκοριζομένου τε καὶ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρό-
τητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ᾖ; καὶ ἑνὶ λόγῳ πάσας προφάσεις προφα-
σίζεσθέ τε * καὶ πάσας φωνὰς ἀφίετε, ὥστε μηδένα ἀποβάλ- 475
λειν τῶν ἀνθούντων ἐν ὥρᾳ. Εἰ βούλει, ἔφη, ἐπ' ἐμοῦ λέγειν
περὶ τῶν ἐρωτικῶν ὅτι οὕτω ποιοῦσι, ξυγχωρῶ τοῦ λόγου χά-
ριν. Τί δ', ἦν δ' ἐγώ, τοὺς φιλοίνους οὐ τὰ αὐτὰ ταῦτα
ποιοῦντας ὁρᾷς, πάντα οἶνον ἐπὶ πάσης προφάσεως ἀσπαζο-
μένους; Καὶ μάλα. Καὶ μὴν φιλοτίμους γε, ὡς ἐγῷμαι, κα-

igitur quum auxiliatorem habeas conare diffidentibus demonſtrare rem ſe ſic habere ut tu dicis. Conandum vero, inquam, quum tu tanto me auxilio iuves. neceſſarium autem mihi videtur, ſi futurum ſit ut effugiamus quos ſignificas, declarare eis quosnam philoſophos dicamus, ſi audeamus dicere eos oportere regnare, ut hoc patefacto poſſit quis ſe defendere demonſtrans nonnullis convenire natura philoſophiam attingere et in civitate principatum tenere, ceteris vero non attingere et obedire regenti. Tempus ſane erit, inquit, id definire. Age igitur, ſequere me huc, ſi fortaſſe aliquo modo poſſimus id ſatis explicare. Duc, inquit. Recordari igitur, inquam, te oportebit, an recordaris, eum quem dicamus aliquid amare, oportere reperiri, ſi recte dicatur, non aliud in eo amantem, aliud non, ſed totum diligentem? Recordari, inquit, ut patet, oportet; neque enim plane perſpicio. Alii, inquam, conveniat, Glauco, dicere quae dicis, viro autem amatorio non convenit deponere ex memoria omnes formoſos hominem pueros diligentem amorique deditum quoquo modo mordere ac movere, quippe qui videantur digni eſſe quos curet et amplexetur; annon ita vos geritis adverſus formoſos? hic quidem, qui ſimus, venuſtus appellatus laudabitur a vobis, illius naſum aduncum dicitis regium eſſe, qui medius eſt inter hos, eum modum habere pulcherrimum, nigros autem virili eſſe adſpectu et candidos deorum filios eſſe, de eis vero qui mellei dicuntur coloris, hoc iam nomen cenſesne ab alio quo factum eſſe niſi ab amatore extenuante facileque ferente pallorem ſi florente ſit aetate? atque, uno verbo ut dicam, omnes cauſas reperitis omnesque voces mittitis, ut ne quem eorum qui pulchritudine floreant reiiciatis. Si vis, inquit, de me dicere exponens amatorios ita facere, concedo ſermonis gratia. Quid vero, inquam, vinoſos nonne eadem haec facientes vides, quodque vinum quamque per cauſam diligentes? Sane quidem. Atque etiam honoris cupi-

φορᾶς, ὅτι, ἂν μὴ στρατηγῆσαι δύνωνται, τριττυαρχοῦσι, κἂν μὴ ὑπὸ μειζόνων καὶ σεμνοτέρων * τιμῶνται, ὑπὸ σμικροτέρων B καὶ φαυλοτέρων τιμώμενοι ἀγαπῶσιν, ὡς ὅλως τιμῆς ἐπιθυμηταὶ ὄντες. Κομιδῇ μὲν οὖν. Τοῦτο δὴ φαθὶ ἢ μή· ἆρ' ὃν ἄν τινος ἐπιθυμητικὸν λέγωμεν, παντὸς τοῦ εἴδους τούτου φήσομεν ἐπιθυμεῖν, ἢ τοῦ μέν, τοῦ δὲ οὔ; Παντός, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὸν φιλόσοφον σοφίας φήσομεν ἐπιθυμητὴν εἶναι, οὐ τῆς μέν, τῆς δ' οὔ, ἀλλὰ πάσης; Ἀληθῆ. Τὸν ἄρα περὶ τὰ * μαθήματα δυσχεραίνοντα, ἄλλως τε καὶ νέον ὄντα καὶ μήπω C λόγον ἔχοντα τί τε χρηστὸν καὶ μή, οὐ φήσομεν φιλομαθῆ οὐδὲ φιλόσοφον εἶναι, ὥσπερ τὸν περὶ τὰ σιτία δυσχερῆ οὔτε πεινῆν φαμὲν οὔτ' ἐπιθυμεῖν σιτίων οὐδὲ φιλόσιτον, ἀλλὰ κακόσιτον εἶναι. Καὶ ὀρθῶς γε φήσομεν. Τὸν δὲ δὴ εὐχερῶς ἐθέλοντα παντὸς μαθήματος γεύεσθαι καὶ ἀσμένως ἐπὶ τὸ μανθάνειν ἰόντα καὶ ἀπλήστως ἔχοντα, τοῦτον δ' ἐν δίκῃ φήσομεν φιλόσοφον· ἦ γάρ; Καὶ ὁ Γλαύκων ἔφη Πολλοὶ ἄρα καὶ ἄτοποι * ἔσονταί σοι τοιοῦτοι· οἵ τε γὰρ φιλοθεάμονες D πάντες ἔμοιγε δοκοῦσι τῷ καταμανθάνειν χαίροντες τοιοῦτοι εἶναι, οἵ τε φιλήκοοι ἀτοπώτατοί τινές εἰσιν, ὥς γ' ἐν φιλοσόφοις τιθέναι, οἳ πρὸς μὲν λόγους καὶ τοιαύτην διατριβὴν ἑκόντες οὐκ ἂν ἐθέλοιεν ἐλθεῖν, ὥσπερ δὲ ἀπομεμισθωκότες τὰ ὦτα ἐπακοῦσαι πάντων χορῶν περιθέουσι τοῖς Διονυσίοις, οὔτε τῶν κατὰ πόλεις οὔτε τῶν κατὰ κώμας ἀπολειπόμενοι. τούτους οὖν πάντας καὶ ἄλλους τοιούτων τινῶν * μαθητικοὺς E καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων φιλοσόφους φήσομεν; Οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' ὁμοίους μὲν φιλοσόφοις. Τοὺς δὲ ἀληθινούς, ἔφη, τίνας λέγεις; Τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν δ' ἐγώ, φιλοθεάμονας. Καὶ τοῦτο μέν γ', ἔφη, ὀρθῶς· ἀλλὰ πῶς αὐτὸ λέγεις; Οὐδαμῶς, ἦν δ' ἐγώ, ῥᾳδίως πρός γε ἄλλον· σὲ δὲ οἶμαι ὁμολογήσειν μοι τὸ τοιόνδε. Τὸ ποῖον; Ἐπειδή ἐστιν ἐναντίον καλὸν αἰσχρῷ, δύο αὐτὼ * εἶναι. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν 476

dos, ut arbitror, conspicis, si exercitui praeesse nequeant, tertiae tribus parti praeesse, et, nisi a maioribus et honoratioribus colantur, a minoribus ac vilioribus satis habere coli, quippe qui in universum honoris sint cupidi. Admodum. Hoc igitur dic vel nega: quemcumque alicuius rei cupidum dicimus, totamne hanc speciem eum dicemus concupiscere, an hoc quidem, illud vero non? Totam, inquit. Nonne etiam philosophum sapientiae dicemus cupidum esse, non huius quidem, illius vero non, sed universae? Vero. Eum ergo, qui disciplinas aversatur, praesertim si iuvenis est caretque adhuc notione eius quod utile est et contra, non dicemus discendi cupidum nec philosophum esse, quemadmodum eum qui cibos aversatur neque esurire dicimus neque concupiscere cibos, ciborumque non appetentem, sed fastidiosum esse. Ac recte quidem dicemus. Cuius contra animus est promptus ad quamlibet disciplinam degustandam, qui libenter ad discendum aggreditur nec satiari potest, hunc iure dicemus philosophum; nonne? Tum Glauco Multi sane, inquit, et inepti tibi erunt tales; etenim spectandi cupidi omnes mihi quidem videntur quia discendo gaudent tales esse, et audiendi cupidos ineptissimum quodammodo foret in philosophorum numerum reponere, qui ad orationes quidem et huiusmodi studium nolint sua sponte aggredi, sed, quasi locaverint aures ad omnes choros audiendos, obeant Dionysiis, neque urbana neque rustica praetermittentes. hos igitur omnes aliosque talium rerum percipiendarum cupidos artibusque minutis deditos philosophos dicemus? Minime vero, inquam, sed similes philosophorum. Veros autem, inquit, quosnam dicis? Eos qui veri spectandi, inquam, cupidi sunt. Et hoc quidem, inquit, recte habet; at quomodo id ponis? Minime, inquam, facile hoc est alii expositu; te autem arbitror concessurum mihi esse hocce. Quale istud? Quia contrarium sit pulchrum turpis, duo haec esse. Quidni? Nonne etiam, quia duo,

ἐπειδὴ δύο, καὶ ἓν ἑκάτερον; Καὶ τοῦτο. Καὶ περὶ δικαίου καὶ ἀδίκου καὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ καὶ πάντων τῶν εἰδῶν πέρι ὁ αὐτὸς λόγος, αὐτὸ μὲν ἓν ἕκαστον εἶναι, τῇ δὲ τῶν πράξεων καὶ σωμάτων καὶ ἀλλήλων κοινωνίᾳ πανταχοῦ φανταζόμενα πολλὰ φαίνεσθαι ἕκαστον. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Ταύτῃ τοίνυν, ἦν δ᾽ ἐγώ, διαιρῶ, χωρὶς μὲν οὓς νῦν δὴ ἔλεγες φιλοθεάμονάς τε καὶ φιλοτέχνους καὶ πρακτικούς, καὶ χωρὶς * αὖ B
περὶ ὧν ὁ λόγος, οὓς μόνους ἄν τις ὀρθῶς προςείποι φιλοσόφους. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Οἱ μέν που, ἦν δ᾽ ἐγώ, φιλήκοοι καὶ φιλοθεάμονες τάς τε καλὰς φωνὰς ἀσπάζονται καὶ χρόας καὶ σχήματα καὶ πάντα τὰ ἐκ τῶν τοιούτων δημιουργούμενα, αὐτοῦ δὲ τοῦ καλοῦ ἀδύνατος αὐτῶν ἡ διάνοια τὴν φύσιν ἰδεῖν τε καὶ ἀσπάσασθαι. Ἔχει γὰρ οὖν δή, ἔφη, οὕτως. Οἱ δὲ δὴ ἐπ᾽ αὐτὸ τὸ καλὸν δυνατοὶ ἰέναι τε καὶ ὁρᾶν καθ᾽ αὑτὸ ἆρα οὐ σπάνιοι ἂν * εἶεν; Καὶ μάλα. Ὁ οὖν καλὰ μὲν C
πράγματα νομίζων, αὐτὸ δὲ κάλλος μήτε νομίζων μήτε, ἄν τις ἡγῆται ἐπὶ τὴν γνῶσιν αὐτοῦ, δυνάμενος ἕπεσθαι, ὄναρ ἢ ὕπαρ δοκεῖ σοι ζῆν; σκόπει δέ· τὸ ὀνειρώττειν ἆρα οὐ τόδε ἐστίν, ἐάν τ᾽ ἐν ὕπνῳ τις ἐάν τε ἐγρηγορὼς τὸ ὅμοιόν τῳ μὴ ὅμοιον, ἀλλ᾽ αὐτὸ ἡγῆται εἶναι ᾧ ἔοικεν; Ἐγὼ γοῦν ἄν, ἦ δ᾽ ὅς, φαίην ὀνειρώττειν τὸν τοιοῦτον. Τί δέ; ὁ τἀναντία τούτων ἡγούμενός τέ τι αὐτὸ καλὸν καὶ δυνάμενος * καθορᾶν D
καὶ αὐτὸ καὶ τὰ ἐκείνου μετέχοντα, καὶ οὔτε τὰ μετέχοντα αὐτὸ οὔτε αὐτὸ τὰ μετέχοντα ἡγούμενος, ὕπαρ ἢ ὄναρ αὖ καὶ οὗτος δοκεῖ σοι ζῆν; Καὶ μάλα, ἔφη, ὕπαρ. Οὐκοῦν τούτου μὲν τὴν διάνοιαν ὡς γιγνώσκοντος γνώμην ἂν ὀρθῶς φαῖμεν εἶναι, τοῦ δὲ δόξαν ὡς δοξάζοντος; Πάνυ μὲν οὖν. Τί οὖν, ἐὰν ἡμῖν χαλεπαίνῃ οὗτος, ὅν φαμεν δοξάζειν, ἀλλ᾽ οὐ γιγνώσκειν, καὶ ἀμφισβητῇ ὡς οὐκ ἀληθῆ λέγομεν, ἕξομέν τι παραμυθεῖσθαι * αὐτὸν καὶ πείθειν ἠρέμα ἐπικρυπτόμενοι ὅτι E
οὐχ ὑγιαίνει; Δεῖ γέ τοι δή, ἔφη. Ἴθι δή, σκόπει τί ἐροῦμεν πρὸς αὐτόν· ἢ βούλει ὧδε πυνθανώμεθα παρ᾽ αὐτοῦ, λέγοντες ὡς, εἴ τι οἶδεν, οὐδεὶς αὐτῷ φθόνος, ἀλλ᾽ ἄσμενοι ἂν

etiam unum utrumque? Etiam hoc. Iusti quoque et iniusti et boni et mali omniumque formarum eadem est ratio, ut ipsa quidem una quaeque sit, quia vero actionum et corporum mutuaque inter se communione ubique sese exhibeant, multiplicem reperiri quamque. Recte, inquit, dicis. Ita igitur, inquam, distinguo ut separem quos modo dixisti spectandi cupidos, artium studiosos agendoque deditos, ab eis de quibus agitur, quosque solos recte quispiam dixerit philosophos. Quomodo, inquit, dicis? Illi enim sine dubio, inquam, audiendi spectandique cupidi pulchras voces amplectuntur et colores et figuras omniaque ex his ficta, ipsius vero pulchri non potest eorum animus naturam spectare atque amplecti. Habet sane, inquit, sic se res. Qui autem ad ipsum pulchrum possint accedere idque spectare per se, nonne rari sint? Admodum. Iam qui pulchras quidem res esse putat, ipsam vero pulchritudinem neque putet esse neque, si quis duxerit ad eius cognitionem, possit sequi, somnians an vigilans videtur tibi vivere? considera vero: somniare nonne hoc est, si quis in somnis vel etiam vigilans simile alicui non simile, sed idem iudicet esse atque id ad cuius similitudinem accedit? Ego certe, inquit, dixerim somniare talem. Quid? qui contra existimat aliquid ipsum pulchrum et potest spectare tam ipsum quam quod eius particeps est, et neque particeps pro ipso neque ipsum pro participe habet, vigilansne an somnians hic videtur tibi vivere? Et sane quidem, inquit, vigilans. Nonne igitur huius quidem intelligentiam quippe cognoscentis cognitionem recte dixerimus esse, illius vero opinionem quippe opinantis? Admodum. Quid igitur, si nobis succenseat is quem dicimus opinari, non cognoscere, et dubitet an vera dicamus, poterimusne eum placare eique persuadere leniter celantes eum haud sanae esse mentis? Oportet certe id fieri, inquit. Age dum, considera quid dicturi ei simus; an vis ita ex eo quaeramus ut dicamus, si quid sciat, nos ei

ἴδοιμεν εἰδότα τι; ἀλλ' ἡμῖν εἰπὲ τόδε· ὁ γιγνώσκων γιγνώσκει
τὶ ἢ οὐδέν; σὺ οὖν μοι ὑπὲρ ἐκείνου ἀποκρίνου. Ἀποκρινοῦ-
μαι, ἔφη, ὅτι γιγνώσκει τί. Πότερον ὂν ἢ οὐκ ὄν; Ὄν· πῶς
γὰρ * ἂν μὴ ὄν γέ τι γνωσθείη; Ἱκανῶς οὖν τοῦτο ἔχομεν, 477
κἂν εἰ πλεοναχῇ σκοποῖμεν *), ὅτι τὸ μὲν παντελῶς ὂν παν-
τελῶς γνωστόν, μὴ ὂν δὲ μηδαμῇ πάντῃ ἄγνωστον; Ἱκανώ-
τατα. Εἶεν, εἰ δὲ δή τι οὕτως ἔχει ὡς εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι,
οὐ μεταξὺ ἂν κέοιτο τοῦ εἰλικρινῶς ὄντος καὶ τοῦ αὖ μηδαμῇ
ὄντος; Μεταξύ. Οὐκοῦν ἐπὶ μὲν τῷ ὄντι γνῶσις ἦν, ἀγνω-
σία δ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τῷ μὴ ὄντι, ἐπὶ τῷ μεταξὺ δὲ τούτων
* μεταξύ τι καὶ ζητητέον ἀγνοίας τε καὶ ἐπιστήμης, εἴ τι τυγ- B
χάνει ὂν τοιοῦτον; Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν λέγομέν τι δόξαν
εἶναι; Πῶς γὰρ οὔ; Πότερον ἄλλην δύναμιν ἐπιστήμης ἢ τὴν
αὐτήν; Ἄλλην. Ἐπ' ἄλλῳ ἄρα τέτακται δόξα καὶ ἐπ' ἄλλῳ
ἐπιστήμη, κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἑκατέρα τὴν αὑτῆς. Οὕ-
τως. Οὐκοῦν ἐπιστήμη μὲν ἐπὶ τῷ ὄντι πέφυκε γνῶναι ὡς ἔστι
τὸ ὄν; μᾶλλον δὲ ὧδέ μοι δοκεῖ πρότερον ἀναγκαῖον εἶναι διε-
λέσθαι. Πῶς; Φήσομεν * δυνάμεις εἶναι γένος τι τῶν ὄντων, C
αἷς δὴ καὶ ἡμεῖς δυνάμεθα ἃ δυνάμεθα, καὶ ἄλλο πᾶν ὅ τίπερ
ἂν δύνηται, οἷον λέγω ὄψιν καὶ ἀκοὴν τῶν δυνάμεων εἶναι,
εἰ ἄρα μανθάνεις ὃ βούλομαι λέγειν τὸ εἶδος. Ἀλλὰ μανθάνω,
ἔφη. Ἄκουσον δὴ ὅ μοι φαίνεται περὶ αὐτῶν. δυνάμεως
γὰρ ἐγὼ οὔτε τινὰ χρόαν ὁρῶ οὔτε σχῆμα οὔτε τι τῶν τοιούτων
οἷον καὶ ἄλλων πολλῶν, πρὸς ἃ ἀποβλέπων ἔνια διορίζομαι
παρ' ἐμαυτῷ τὰ μὲν ἄλλα εἶναι, τὰ δὲ ἄλλα· δυνάμεως δ' * εἰς D
ἐκεῖνο μόνον βλέπω ἐφ' ᾧ τε ἔστι καὶ ὃ ἀπεργάζεται, καὶ ταύτῃ
ἑκάστην αὐτῶν δύναμιν ἐκάλεσα, καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῷ αὐτῷ **)
τεταγμένην καὶ τὸ αὐτὸ ἀπεργαζομένην τὴν αὐτὴν καλῶ, τὴν
δὲ ἐπὶ ἑτέρῳ καὶ ἕτερον ἀπεργαζομένην ἄλλην. τί δὲ σύ; πῶς
ποιεῖς; Οὕτως, ἔφη. Δεῦρο δὴ πάλιν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ ἄριστε·
ἐπιστήμην πότερον δύναμίν τινά φῂς εἶναι αὐτήν, ἢ εἰς τί

---

*) Ισ. ἢ καὶ πλεοναχῇ σκοπῶμεν. ἢ κἂν οὐ πλεοναχῇ σκοπῶμεν.

**) γρ. ἐπὶ τὸ αὐτό.

minime invidere, sed cum voluptate percepturos esse eum aliquid scire? at nobis hoc dic: qui cognoscit isne cognoscit aliquid an nihil? tu mihi pro illo responde. Respondebo, inquit, eum cognoscere aliquid. Utrum quod est an quod non est? Quod est; quomodo enim quod non est cognoscatur? Satisne iam hoc tenemus, an saepius anquiramus, id quod omnino sit omnino posse cognosci, quod vero nullo modo sit, id nullo omnino modo posse cognosci? Prorsus satis. Iam si quid ita habet ut et sit et non sit, nonne id interiectum erit inter id quod vere est et id quod nullo omnino modo est? Erit vero. Nonne igitur in eo quod est cognitio exstat, necessario autem haec abest ab eo quod non est, et in eo quod interiectum est medium quoddam quaerendum inter inscientiam et scientiam, si quid exstat huiusmodi? Sane quidem. Num igitur dicimus aliquid opinionem esse? Quidni? Utrum rem a scientia diversam an eandem? Diversam. In alio igitur posita est opinio et in alio scientia, pro sua quaeque facultate. Ita. Et nonne scientia ita comparata est ut cognoscat id quod est quale sit? potius vero ita mihi videtur prius distinguendum esse. Quomodo? Dicemus facultates genus esse aliquod eorum quae sint, quibus quidem et nos possimus ea quae possimus et aliud quidque quodcumque possit, veluti dico visum et auditum facultatum esse, si intelligis quod volo dicere genus. Sane intelligo, inquit. Audi igitur quod mihi videtur de his. facultatis enim neque colorem aliquem video neque figuram neque tale quid quale in aliis multis, in quod intuens apud animum meum statuo res alias atque alias esse; in facultate autem illud tantum intueor ad quod pertinet et quod efficit, et hac ratione quamque earum facultatem voco, ut, quae ad idem pertineat idemque efficiat, eandem appellem, quae vero alio aliudque efficiat aliam. quid vero tu? quomodo facis? Ita, inquit. Huc iam rursus, inquam, mi optime: scientiam utrum facultatem aliquam dicis esse, an in quodnam genus

γένος τίθης; Εἰς * τοῦτο, ἔφη, πασῶν γε δυνάμεων ἐῤῥωμε- E
νεστάτην. Τί δέ; δόξαν εἰς δύναμιν ἢ εἰς ἄλλο εἶδος οἴσο-
μεν; Οὐδαμῶς, ἔφη· ᾧ γὰρ δοξάζειν δυνάμεθα, οὐκ ἄλλο
τι ἢ δόξα ἐστίν. Ἀλλὰ μὲν δὴ ὀλίγον γε πρότερον ὡμολόγεις
μὴ τὸ αὐτὸ εἶναι ἐπιστήμην τε καὶ δόξαν. Πῶς γὰρ ἄν, ἔφη,
τό γε ἀναμάρτητον τῷ μὴ ἀναμαρτήτῳ ταὐτόν ποτέ τις νοῦν
ἔχων τιθείη; Καλῶς, ἦν δ' ἐγώ· καὶ δῆλον ὅτι ἕτερον * ἐπι- 478
στήμης δόξα ὁμολογεῖται ἡμῖν. Ἕτερον. Ἐφ' ἑτέρῳ ἄρα ἕτε-
ρόν τι δυναμένη ἑκατέρα αὐτῶν πέφυκεν. Ἀνάγκη. Ἐπι-
στήμη μέν γέ που ἐπὶ τῷ ὄντι, τὸ ὂν γνῶναι ὡς ἔχει. Ναί.
Δόξα δέ, φαμέν, δοξάζειν. Ναί. Ἦ ταὐτὸν ὅπερ ἐπιστήμη
γιγνώσκει, καὶ ἔσται γνωστόν τε καὶ δοξαστὸν τὸ αὐτό; ἢ ἀδύ-
νατον; Ἀδύνατον, ἔφη, ἐκ τῶν ὡμολογημένων, εἴπερ ἐπ'
ἄλλῳ ἄλλη δύναμις πέφυκε, δυνάμεις δὲ ἀμφότεραί ἐστον, δόξα
τε * καὶ ἐπιστήμη, ἄλλη δὲ ἑκατέρα, ὥς φαμεν· ἐκ τούτων δὴ B
οὐκ ἐγχωρεῖ γνωστὸν καὶ δοξαστὸν ταὐτὸν εἶναι. Οὐκοῦν εἰ τὸ ὂν
γνωστόν, ἄλλο τι ἂν δοξαστὸν ἢ τὸ ὂν εἴη; Ἄλλο. Ἆρ' οὖν τὸ
μὴ ὂν δοξάζει; ἢ ἀδύνατον καὶ δοξάσαι τό γε μὴ ὄν; ἐννόει
δέ· οὐχ ὁ δοξάζων ἐπί τι φέρει τὴν δόξαν; ἢ οἷόν τε *) αὖ
δοξάζειν μέν, δοξάζειν δὲ μηδέν; Ἀδύνατον. Ἀλλ' ἕν γέ τι
δοξάζει ὁ δοξάζων; Ναί. Ἀλλὰ μὴν μὴ ὄν γε οὐχ ἕν τι, ἀλλὰ
μηδὲν ὀρθότατ' ἂν * προσαγορεύοιτο. Πάνυ γε. Μὴ ὄντι C
μὴν ἄγνοιαν ἐξ ἀνάγκης ἀπέδομεν, ὄντι δὲ γνῶσιν. Ὀρθῶς,
ἔφη. Οὐκ ἄρα ὂν οὐδὲ μὴ ὂν δοξάζει. Οὐ γάρ. Οὔτε ἄρα
ἄγνοια οὔτε γνῶσις δόξα ἂν εἴη. Οὐκ ἔοικεν. Ἆρ' οὖν ἐκ-
τὸς τούτων ἐστὶν ὑπερβαίνουσα ἢ γνῶσιν σαφηνείᾳ ἢ ἄγνοιαν
ἀσαφείᾳ; Οὐδέτερα. Ἀλλ' ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, γνώσεως μὲν
σοὶ φαίνεται δόξα σκοτωδέστερον, ἀγνοίας δὲ φανότερον **);
Καὶ πολύ γε, ἔφη. Ἐντὸς δ' * ἀμφοῖν κεῖται ***); Ναί. D

---

*) γρ. οἷός τε.

**) γρ. φανερώτερον.

***) γρ. Εἰ δ' ἀμφοῖν μεταξὺ κεῖται; Ἴσ. Ἐντὸς δὴ ἀμφοῖν κεῖται;

eam refers? In hoc, inquit, quod omnium facultatum validissimam complectitur. Quid vero? opinionem in facultatum vel alium quem numerum referemus? Minime vero, inquit; nam id quo opinari possumus, nihil aliud nisi opinio est. Iam vero paullo supra concessisti non idem esse scientiam et opinionem. Quî enim, inquit, ponere umquam quis poterit intelligens idem esse errore vacuum et errori subiectum? Praeclare, inquam; et patet inter nos convenire diversam a scientia esse opinionem. Diversam vero. Ad diversum igitur utraque earum diversam habens facultatem nata est. Necessario. Ac scientia quidem ad id quod est, ut cognoscat quomodo habeat. Etiam. Opinio autem, dicimus, ad opinandum. Vero. Num idem quod scientia cognoscit, et erit quod cognoscitur et quod opinamur idem? an fieri id non potest? Non potest, inquit, ex eis quae inter nos convenerunt, si quidem ad aliud alia facultas nata est, facultates vero utraeque sunt, opinio et scientia, alia autem quaeque, ut posuimus; ex his enim non potest id quod cognoscitur et opinabile idem esse. Nonne igitur, si id quod est cognoscitur, aliud quid erit opinabile quam id quod est? Aliud vero. Num vero id quod non est opinatur qui opinatur? an fieri nequit ut opinetur id quod non est? reputa tecum: nonne is qui opinatur ad aliquid refert opinionem? an potest fieri ut opinetur quidem, opinetur vero nihil? Non potest. Itaque unum aliquid opinatur is qui opinatur. Etiam. Iam vero id quod non est non unum aliquid, sed nihil rectissime dicetur. Sane quidem. Ei vero quod non est inscientiam necessario tribuimus, ei contra quod est scientiam. Recte, inquit. Neque igitur quod est neque quod non est opinatur. Minime vero. Neque igitur inscientia neque scientia opinio erit. Non, ut patet. Num vero extra has est superans vel scientiam perspicuitate vel inscientiam obscuritate? Neutrum. Igitur, inquam, scientiâ quidem tibi videtur opinio obscurior, inscientiâ vero clarior? Ac longe quidem, inquit. Intra utramque

Μεταξὺ ἄρα ἂν εἴη τούτοιν δόξα. Κομιδῇ μὲν οὖν. Οὐκοῦν ἔφαμεν ἐν τοῖς πρόσθεν, εἴ τι φανείη οἷον ἅμα ὄν τε καὶ μὴ ὄν, τὸ τοιοῦτον μεταξὺ κεῖσθαι τοῦ εἰλικρινῶς ὄντος τε καὶ τοῦ πάντως μὴ ὄντος, καὶ οὔτε ἐπιστήμην οὔτε ἄγνοιαν ἐπ᾿ αὐτῷ ἔσεσθαι, ἀλλὰ τὸ μεταξὺ αὖ φανὲν ἀγνοίας καὶ ἐπιστήμης; Ὀρθῶς. Νῦν δέ γε πέφανται μεταξὺ τούτοιν ὃ δὴ καλοῦμεν δόξαν. Πέφανται. Ἐκεῖνο * δὴ λείποιτ᾿ ἂν ἡμῖν εὑ- E
ρεῖν, ὡς ἔοικε, τὸ ἀμφοτέρων μετέχον, τοῦ εἶναί τε καὶ μὴ εἶναι, καὶ οὐδέτερον εἰλικρινὲς ὀρθῶς ἂν προσαγορευόμενον, ἵνα, ἐὰν φανῇ δοξαστὸν αὐτὸ εἶναι, ἐν δίκῃ προσαγορεύωμεν, τοῖς μὲν ἄκροις τὰ ἄκρα, τοῖς δὲ μεταξὺ τὰ μεταξὺ ἀποδιδόντες· ἢ οὐχ οὕτως; Οὕτως. Τούτων δὴ ὑποκειμένων λεγέτω μοι, φήσω, καὶ ἀποκρινέσθω * ὁ χρηστός, ὃς αὐτὸ μὲν κα- 479
λὸν καὶ ἰδέαν τινὰ αὐτοῦ κάλλους μηδεμίαν ἡγεῖται ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ἔχουσαν, πολλὰ δὲ τὰ καλὰ νομίζει [ἐκεῖνος ὁ φιλοθεάμων, καὶ] οὐδαμῇ ἀνεχόμενος, ἄν τις ἓν τὸ καλὸν φῇ εἶναι καὶ δίκαιον καὶ τἆλλα οὕτω. τούτων γὰρ δή, ὦ ἄριστε, φήσομεν, τῶν πολλῶν καλῶν μῶν τι ἔστιν ὃ οὐκ αἰσχρὸν φανήσεται; καὶ τῶν δικαίων, ὃ οὐκ ἄδικον, καὶ τῶν ὁσίων, ὃ οὐκ ἀνόσιον; Οὔκ, ἀλλ᾿ ἀνάγκη, ἔφη, καὶ καλά πως αὐτὰ * καὶ αἰσχρὰ φανῆναι, καὶ ὅσα ἄλλα ἐρωτᾷς. Τί δέ; τὰ πολ- B
λὰ διπλάσια ἧττόν τι ἡμίσεα ἢ διπλάσια φαίνεται; Οὐδέν. Καὶ μεγάλα δὴ καὶ σμικρὰ καὶ κοῦφα καὶ βαρέα μή τι μᾶλλον, ἃ ἂν φήσωμεν, ταῦτα προσρηθήσεται, ἢ τἀναντία; Οὔκ, ἀλλ᾿ ἀεί, ἔφη, ἕκαστον ἀμφοτέρων ἕξεται. Πότερον οὖν ἔστι μᾶλλον ἢ οὐκ ἔστιν ἕκαστον τῶν πολλῶν τοῦτο ὃ ἄν τις φῇ αὐτὸ εἶναι; Τοῖς ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, ἔφη, ἐπαμφοτερίζουσιν ἔοικε, καὶ τῷ * τῶν παίδων αἰνίγματι τῷ περὶ τοῦ εὐνούχου τῆς βολῆς C
πέρι τῆς νυκτερίδος, ᾧ *) καὶ ἐφ᾿ οὗ αὐτὸν αὐτὴν αἰνίττονται

---

*) γρ. ως.

igitur posita est? Etiam. Media ergo erit inter has opinio. Admodum. Nonne diximus in superioribus, si quid reperiretur ita comparatum ut simul esset et non esset, id interiectum esse inter id quod vere esset et id quod omnino non esset, in eoque neque scientiam neque inscientiam fore, sed id quod medium reperiretur inter inscientiam ac scientiam? Recte. Nunc vero reperta est media inter has quam quidem vocamus opinionem. Reperta est. Illud iam relinquetur nobis ut inveniamus, ut patet, id quod utriusque partem habet, eius quod est et eius quod non est, et neutrum verum esse recte dicetur, ut, si reperiatur id esse opinabile, iure hoc id nomine afficiamus, summis quidem summa, mediis vero media attribuentes; an non ita? Ita. His iam tamquam fundamento positis dicito mihi, pronunciabo, et respondeto bonus ille, qui ipsum quidem pulchrum et speciem aliquam ipsius pulchritudinis nullam esse existimat semper eadem se ratione habentem, multa vero esse pulchra arbitratur [ille spectandi cupidus et] nullo modo admittens, si quis unum pulchrum dicit esse atque iustum reliquaque similiter, in his enim, optime, dicemus, multis pulchris num quid est quod non turpe reperiri possit, et in iustis quod non iniustum, et in sacris quod non profanum? Non, sed necesse est, inquit, et pulchra illa et quodammodo turpia reperiri, et quaecumque alia interrogas. Quid vero? multa illa dupla minus fere dimidia quam dupla reperiuntur? Minime vero. Et magna quoque et parva, levia et gravia numquid magis ea dicentur quae a nobis vocabuntur, quam contraria? Non, sed semper, inquit, utrorumque quodque partem habebit. Utrum igitur est magis an non est quodque multorum illorum hoc quod quis dixerit id esse? Eis quae in epulis proferuntur, inquit, ambiguitatibus hoc simile est et puerorum aenigmati de vespertilione ab eunucho icto obscure significanti, quonam et in quo ille ictus fuerit; nam haec

βαλεῖν· καὶ γὰρ ταῦτα ἐπαμφοτερίζει *), καὶ οὔτ' εἶναι οὔτε μὴ εἶναι οὐδὲν αὐτῶν δυνατὸν παγίως νοῆσαι, οὔτ' ἀμφότερα οὔτε οὐδέτερον. Ἔχεις οὖν αὐτοῖς, ἦν δ' ἐγώ, ὅ τι χρήσει, ἢ ὅποι θήσεις καλλίω θέσιν τῆς μεταξὺ οὐσίας τε καὶ τοῦ μὴ εἶναι; οὔτε γάρ που σκοτωδέστερα μὴ ὄντος πρὸς τὸ μᾶλλον μὴ εἶναι φανήσεται, οὔτε * φανότερα ὄντος πρὸς τὸ μᾶλλον D
εἶναι. Ἀληθέστατα, ἔφη. Εὑρήκαμεν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὅτι τὰ τῶν πολλῶν πολλὰ νόμιμα καλοῦ τε πέρι καὶ τῶν ἄλλων μεταξύ που κυλινδεῖται τοῦ τε μὴ ὄντος καὶ τοῦ ὄντος εἰλικρινῶς. Εὑρήκαμεν. Προωμολογήσαμεν δέ γε, εἴ τι τοιοῦτον φανείη, δοξαστὸν οὐτό, ἀλλ' οὐ γνωστὸν δεῖν λέγεσθαι, τῇ μεταξὺ δυνάμει τὸ μεταξὺ πλανητὸν ἁλισκόμενον. Ὡμολογήκαμεν. Τοὺς ἄρα πολλὰ καλὰ θεωμένους, * αὐτὸ δὲ τὸ καλὸν μὴ ὁρῶντας E
μηδ' ἄλλῳ ἐπ' αὐτὸ ἄγοντι δυναμένους ἕπεσθαι, καὶ πολλὰ δίκαια, αὐτὸ δὲ τὸ δίκαιον μή, καὶ πάντα οὕτω, δοξάζειν φήσομεν ἅπαντα, γιγνώσκειν δὲ ὧν δοξάζουσιν οὐδέν. Ἀνάγκη, ἔφη. Τί δ' αὖ τοὺς αὐτὰ ἕκαστα θεωμένους καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ὡσαύτως ὄντα; ἆρ' οὐ γιγνώσκειν, ἀλλ' οὐ δοξάζειν; Ἀνάγκη καὶ ταῦτα. Οὐκοῦν καὶ ἀσπάζεσθαί τε καὶ φιλεῖν τούτους μὲν ταῦτα φήσομεν ἐφ' οἷς γνῶσίς ἐστιν, * ἐκείνους δὲ ἐφ' οἷς 480
δόξα; ἢ οὐ μνημονεύομεν ὅτι φωνάς τε καὶ χρόας καλὰς καὶ τὰ τοιαῦτα ἔφαμεν τούτους φιλεῖν τε καὶ θεᾶσθαι, αὐτὸ δὲ τὸ καλὸν οὐδ' ἀνέχεσθαι ὥς τι ὄν; Μεμνήμεθα. Μὴ οὖν τι πλημμελήσομεν φιλοδόξους καλοῦντες αὐτοὺς μᾶλλον, ἢ φιλοσόφους; καὶ ἆρα ἡμῖν σφόδρα χαλεπανοῦσιν, ἂν οὕτω λέγωμεν; Οὔκ, ἄν γέ μοι πείθωνται, ἔφη· τῷ γὰρ ἀληθεῖ χαλεπαίνειν οὐ θέμις. Τοὺς αὐτὸ ἄρα ἕκαστον τὸ ὂν ἀσπαζομένους φιλοσόφους, ἀλλ' οὐ φιλοδόξους κλητέον. Πάντάπασι μὲν οὖν.

---

*) γρ. ἐπαμφοτερίζειν.

quoque ambigua sunt, neque quicquam eorum esse vel non esse firme licet cogitari aut utrumque aut neutrum. Habesne igitur, inquam, quid eis facias, vel quodnam in genus rectius reponas nisi in medium inter id quod est et id quod non est? neque enim, ut opinor, obscuriora eo quod non est reperientur ita ut magis illo non sint, neque clariora eo quod est ut magis sint. Verissime, inquit. Invenimus igitur, ut patet, multa illa a multitudine pulchra et reliqua id genus existimata volutari quodammodo inter id quod non est et id quod vere est. Invenimus vero. Ante autem inter nos convenerat, si tale quid reperiretur, opinabile id, non in cognitione positum dicendum esse, quod media facultate id quod in medio vagaretur comprehenderetur. Convenerat vero. Eos ergo qui multa pulchra spectant, ipsum autem pulchrum non vident nec alium ad hoc ducentem possunt sequi, et multa iusta, ipsum vero iustum non item, et omnia ita, opinari dicemus omnia, cognoscere vero eorum quae opinantur nihil. Necesse est, inquit. Quid vero eos qui ipsa quaeque spectant eaque semper eadem se ratione habentia, nonne cognoscere, non opinari? Necessarium etiam hoc est. Nonne etiam amplecti et diligere hos quidem haec dicemus in quae cognitio cadit, illos vero ea in quae opinio? annon recordamur voces et colores pulchros aliaque id genus nos dixisse hos diligere atque spectare, ipsum vero pulchrum ne admittere quidem pro tali quod esset? Recordamur. Numquid igitur peccabimus opinionis studiosos vocantes eos potius, quam sapientiae studiosos? nobisque graviter succensebunt, si hoc eos nomine afficiemus? Non, si me audient, inquit: veritati enim succensere nefas. Eos ergo qui quodque quod est amplectuntur sapientiae studiosos, non opinionis studiosos appellari oportet. Sane quidem.

Οἱ μὲν δὴ φιλόσοφοι, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων, καὶ οἱ μὴ 484
διὰ μακροῦ τινὸς διεξελθόντος λόγου μόγις πως ἀνεφάνησαν
οἷοί *) εἰσιν ἑκάτεροι. Ἴσως γάρ, ἔφη, διὰ βραχέος οὐ ῥᾴ-
διον. Οὐ φαίνεται, εἶπον· ἐμοὶ γοῦν ἔτι δοκεῖ ἂν βέλτιον **)
φανῆναι, εἰ περὶ τούτου μόνου ἔδει ῥηθῆναι καὶ μὴ πολλὰ τὰ
λοιπὰ διελθεῖν μέλλοντι κατόψεσθαι τί διαφέρει * βίος δίκαιος B
ἀδίκου. Τί οὖν, ἔφη, τὸ μετὰ τοῦτο ἡμῖν; Τί δ' ἄλλο, ἦν
δ' ἐγώ, ἢ τὸ ἑξῆς; ἐπειδὴ φιλόσοφοι μὲν οἱ τοῦ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ
ὡσαύτως ἔχοντος δυνάμενοι ἐφάπτεσθαι, οἱ δὲ μή, ἀλλ' ἐν
πολλοῖς καὶ πάντως ἴσχουσι πλανώμενοι οὐ φιλόσοφοι, ποτέ-
ρους δὴ δεῖ πόλεως ἡγεμόνας εἶναι; Πῶς οὖν λέγοντες ἂν αὐτό,
ἔφη, μετρίως λέγοιμεν; Ὁπότεροι ἄν, ἦν δ' ἐγώ, δυνατοὶ
φαίνωνται φυλάξαι νόμους τε καὶ ἐπιτηδεύματα πόλεων, τού-
τους * καθιστάναι φύλακας. Ὀρθῶς, ἔφη. Τόδε, ἦν δ' ἐγώ, C
ἆρα δῆλον, εἴτε τυφλὸν εἴτε ὀξὺ ὁρῶντα χρὴ φύλακα τηρεῖν
ὁτιοῦν. Καὶ πῶς, ἔφη, οὐ δῆλον; Ἦ οὖν δοκοῦσί τι ***)
τυφλῶν διαφέρειν οἱ τῷ ὄντι τοῦ ὄντος ἑκάστου ἐστερημένοι
τῆς γνώσεως, καὶ μηδὲν ἐναργὲς ἐν τῇ ψυχῇ ἔχοντες παράδειγμα,
μηδὲ δυνάμενοι, ὥσπερ γραφῆς, εἰς τὸ ἀληθέστατον ἀποβλέ-
ποντες κἀκεῖσε ἀεὶ ἀναφέροντές τε καὶ θεώμενοι ὡς οἷόν τε

*) ἀλλ. οἱ.
**) ἀλλ. βελτιόνως.
***) γρ. δοκοῦσί σοι. ἴσ. δοκοῦσί τι σοι.

VI.

Iam qui sint philosophi, inquam, Glauco, et qui non sint longo orationis circuitu vix est patefactum. Fortasse enim, inquit, brevi non facile. Non videtur, inquam; mihi certe etiam melius videtur id patere potuisse, si hoc solum fuisset agendum, nec multa reliqua exponenda ut perspiceretur quidnam differret vita iusta ab iniusta. Quid igitur, inquit, nobis iam relinquitur? Quid aliud, inquam, nisi id quod sequitur? quoniam philosophi quidem ii qui quod semper eodem modo se habet possunt attingere, qui vero non hoc, sed in multis omnique modo se habentibus vagantur, non philosophi reperti sunt, utros oportet civitatis rectores esse? Quomodo igitur statuentes, inquit, recte dicemus? Qui, inquam, idonei reperiantur ad leges et civitatis instituta custodienda, hos constitui custodes oportet. Recte, inquit. Hoc igitur, inquam, perspicuum est, caecumne an acute cernentem oporteat custodem servare quidpiam. Et quî, inquit, non perspicuum? Num igitur videntur aliquid a caecis differre qui revera cuiusque quod est cognitione privati sunt nec ullum clarum in animo habent exemplum neque possunt, quemadmodum pictores verissimam intuentur speciem et ad hanc rem quamque referunt atque spectant quam possunt accuratissime, ita

ἀκριβέστατα, οὕτω δὴ καὶ * τὰ ἐνθάδε νόμιμα καλῶν τε πέρι D καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν τίθεσθαί τε, ἐὰν δέῃ τίθεσθαι, καὶ τὰ κείμενα φυλάττοντες σώζειν; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ᾽ ὅς, οὐ πολύ τι διαφέρει. Τούτους οὖν μᾶλλον φύλακας στησόμεθα ἢ τοὺς ἐγνωκότας μὲν ἕκαστον τὸ ὄν, ἐμπειρίᾳ δὲ μηδὲν ἐκείνων ἐλλείποντας μηδ᾽ ἐν ἄλλῳ μηδενὶ μέρει ἀρετῆς ὑστεροῦντας; Ἄτοπον μέντ᾽ ἄν, ἔφη, εἴη ἄλλους αἱρεῖσθαι, εἴ γε τἆλλα μὴ ἐλλείποιντο· τούτῳ γὰρ αὐτῷ σχεδόν τι τῷ μεγίστῳ ἂν προέχοιεν. * Οὐκοῦν τοῦτο δὴ λέγωμεν, τίνα τρόπον οἷοί τ᾽ 485 ἔσονται οἱ αὐτοὶ κἀκεῖνα καὶ ταῦτα ἔχειν; Πάνυ μὲν οὖν. Ὃ τοίνυν ἀρχόμενοι τούτου τοῦ λόγου ἐλέγομεν, τὴν φύσιν αὐτῶν πρῶτον δεῖ καταμαθεῖν· καὶ οἶμαι, ἐὰν ἐκείνην ἱκανῶς ὁμολογήσωμεν, ὁμολογήσειν καὶ ὅτι οἷοί τε ταῦτα ἔχειν οἱ αὐτοὶ ὅτι τε οὐκ ἄλλους πόλεων ἡγεμόνας δεῖ εἶναι ἢ τούτους. Πῶς; Τοῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων φύσεων πέρι ὡμολογήσθω ἡμῖν, ὅτι μαθήματός γε ἀεὶ * ἐρῶσιν ὃ ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης B τῆς οὐσίας τῆς ἀεὶ οὔσης καὶ μὴ πλανωμένης *) ὑπὸ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Ὡμολογήσθω. Καὶ μήν, ἦν δ᾽ ἐγώ, καὶ ὅτι πάσης αὐτῆς, καὶ οὔτε σμικροῦ οὔτε μείζονος οὔτε τιμιωτέρου οὔτε ἀτιμοτέρου μέρους ἑκόντες ἀφίενται, ὥσπερ ἐν τοῖς πρόσθεν περί τε τῶν φιλοτίμων καὶ ἐρωτικῶν διήλθομεν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Τόδε τοίνυν μετὰ τοῦτο σκόπει εἰ ἀνάγκη ἔχειν πρὸς τούτῳ ἐν τῇ φύσει οἳ ἂν μέλλωσιν * ἔσε- C σθαι οἵους ἐλέγομεν. Τὸ ποῖον; Τὴν ἀψεύδειαν καὶ τὸ ἑκόντας εἶναι μηδαμῇ προσδέχεσθαι τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ μισεῖν, τὴν δ᾽ ἀλήθειαν στέργειν. Εἰκός γε, ἔφη. Οὐ μόνον γε, ὦ φίλε, εἰκός, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἐρωτικῶς του φύσει ἔχοντα πᾶν τὸ ξυγγενές τε καὶ οἰκεῖον τῶν παιδικῶν ἀγαπᾶν. Ὀρθῶς, ἔφη. Ἦ οὖν οἰκειότερον σοφίᾳ τι ἀληθείας ἂν εὕροις; Καὶ πῶς; ἦ δ᾽ ὅς. Ἦ οὖν δυνατὸν εἶναι τὴν αὐτὴν φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ * φιλοψευδῆ; Οὐδαμῶς γε. Τὸν ἄρα τῷ ὄντι D φιλομαθῆ πάσης ἀληθείας δεῖ εὐθὺς ἐκ νέου ὅτι μάλιστα ὀρέγεσθαι. Παντελῶς γε. Ἀλλὰ μὴν ὅτῳ γε εἰς ἕν τι αἱ ἐπιθυμίαι σφόδρα ῥέπουσιν, ἴσμεν που ὅτι εἰς τἆλλα τούτῳ ἀσθε-

*) i. e. ἐκείνην τὴν οὐσίαν τὴν ἀεὶ οὖσαν καὶ μὴ πλανωμένην.

etiam leges hic de pulchro et iusto et bono dare, si opus fuerit datis, et conditas custodire atque servare? Haudquaquam Hercle, inquit, multum differunt. Hos igitur potius custodes constituemus quam eos qui cognoverunt quodque quod est, nec in peritia illis cedunt neque in alia ulla virtutis parte inferiores sunt? Ineptum vero, inquit, alios eligere, si in ceteris non cedent; illo certe ipso, quod maximum est, superabunt. Nonne hoc explicemus, quo pacto fieri possit ut iidem et illa et haec teneant? Sane quidem. Quod igitur hunc exorsi sermonem diximus, natura eorum ante omnia est perspicienda; atque arbitror, si de hac satis inter nos convenerit, fore ut hoc quoque conveniat, posse haec habere eosdem nec alios civitatum rectores constituendos esse nisi hos. Quomodo? Hoc quidem de philosophis naturis inter nos constet oportet, disciplinae eos amantes esse omnis quae ipsis declaret id quod semper est nec iactatur ortu et interitu. Constet vero oportet. Atque etiam, inquam, hoc, universam illam eos amare, nec facile missam facere partem, sive exigua sive maior, seu praestantior seu vilior sit; quemadmodum supra de honoris cupidis et amatoriis exposuimus. Recte, inquit, dicis. Iam deinceps reputa an necesse sit hoc praeterea in natura habere eos qui futuri sint quales descripsimus. Quidnam? Veri amorem, ut nullo modo sua sponte admittant mendacium, sed odio habeant, veritatem autem diligant. Consentaneum quidem, inquit. Non solum, amice, consentaneum, verum etiam prorsus necessarium, qui amore aliquid natura amplectatur, eum omne cognatum et propinquum deliciis suis colere. Recte, inquit. Num igitur propinquius aliquid sapientiae quam veritatem reperias? Qui potest? inquit. Num igitur fieri potest eadem natura ut sit sapientiae et mendacii studiosa? Haudquaquam. Vere igitur discendi studiosum omnem veritatem oportet statim a pueritia quam maxime appetere. Prorsus. Iam vero, quo magis ad unum aliquod cupiditates vehementer se inclinent, scimus, ni

νέστεραι, ὥςπερ ῥεῦμα ἐκεῖσε ἀποχετευόμενον *). Τί μήν; Ὧι δὴ πρὸς τὰ μαθήματα καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐῤῥυήκασι, περὶ τὴν τῆς ψυχῆς, οἶμαι, ἡδονὴν αὐτῆς καθ' αὑτὴν εἶεν ἄν, τὰς δὲ διὰ τοῦ σώματος ἐκλείποιεν, εἰ μὴ πεπλασμένως, ἀλλ' ἀληθῶς φιλόσοφός * τις εἴη. Μεγάλη ἀνάγκη. Σώφρων E
μὴν ὅ γε τοιοῦτος καὶ οὐδαμῇ φιλοχρήματος· ὧν γὰρ ἕνεκα χρήματα μετὰ πολλῆς δαπάνης σπουδάζεται, ἄλλῳ τινὶ μᾶλλον ἢ τούτῳ προςήκει σπουδάζειν. Οὕτως. Καὶ μήν που καὶ τόδε δεῖ σκοπεῖν, ὅταν κρίνειν * μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε 486
καὶ μή. Τὸ ποῖον; Μή σε λάθῃ μετέχουσα ἀνελευθερίας· ἐναντιώτατον γάρ που σμικρολογία ψυχῇ μελλούσῃ τοῦ ὅλου καὶ παντὸς ἀεὶ ἐπορέξεσθαι θείου τε καὶ ἀνθρωπίνου. Ἀληθέστατα, ἔφη. Ἧι οὖν ὑπάρχει διανοίᾳ **) μεγαλοπρέπεια καὶ θεωρία παντὸς μὲν χρόνου, πάσης δὲ οὐσίας, οἷόν τε οἴει τούτῳ μέγα τι δοκεῖν εἶναι τὸν ἀνθρώπινον βίον; Ἀδύνατον, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν * καὶ θάνατον οὐ δεινόν τι ἡγήσεται ὁ τοι- B
οῦτος; Ἥκιστά γε. Δειλῇ δὴ καὶ ἀνελευθέρῳ φύσει φιλοσοφίας ἀληθινῆς, ὡς ἔοικεν, οὐκ ἂν μετείη. Οὔ μοι δοκεῖ. Τί οὖν; ὁ κόσμιος καὶ μὴ φιλοχρήματος μηδ' ἀνελεύθερος μηδ' ἀλαζὼν μηδὲ δειλὸς ἔσθ' ὅπῃ ἂν δυςξύμβολος ἢ ἄδικος γένοιτο; Οὐκ ἔστιν. Καὶ τοῦτο δὴ ψυχὴν σκοπῶν φιλόσοφον καὶ μὴ εὐθὺς νέου ὄντος ἐπισκέψει, εἰ ἄρα δικαία τε καὶ ἥμερος ἢ δυςκοινώνητός τε καὶ ἀγρία. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐ μὴν οὐδὲ τόδε παραλείψεις, * ὡς ἐγῷμαι. Τὸ ποῖον; Εὐμαθὴς ἢ δυς- C
μαθής· ἢ προςδοκᾷς ποτέ τινά τι ἱκανῶς ἂν στέρξαι, ὃ πράττων ἂν ἀλγῶν τε πράττοι καὶ μόγις σμικρὸν ἀνύτων; Οὐκ ἂν γένοιτο. Τί δ'; εἰ μηδὲν ὧν μάθοι σώζειν δύναιτο, λήθης ὢν πλέως, ἆρ' ἂν οἷός τ' εἴη ἐπιστήμης μὴ κενὸς εἶναι; Καὶ πῶς; Ἀνόνητα ***) δὲ πονῶν οὐκ οἴει ἀναγκασθήσεται τελευτῶν αὑτόν τε μισεῖν καὶ τὴν τοιαύτην πρᾶξιν; Πῶς * δ' οὔ; D

*) ἄλλ. ἀπωχετευμένον.

**) ἴσ. Ὧι — διανοίας.

***) ἴσ. ἀνήνυτα.

fallor, ad reliqua eas eo imbecilliores esse, tamquam rivum illuc derivatum. Quidni? Cui igitur ad disciplinas omneque id genus fluxerunt, is in animi, opinor, ipsius per se voluptate versabitur, corporis vero voluptates relinquet, si non simulate, sed vere philosophus erit. Prorsus necesse est. Temperans vere talis nec ullo modo pecuniae cupidus; ea enim quorum causa pecunia multa impensa colitur, alii cui potius quam huic convenit colere. Ita. Atque etiam hoc, opinor, considerari oportet, quando iudicare volueris quae sit philosopha natura, quae non. Quidnam? Num clam in se habeat illiberalitatis aliquid; maxime enim rerum minutarum studium pugnat cum animo qui universitatem semper appetiturus est rerum tam divinarum quam humanarum. Verissima, inquit, dicis. Animo igitur, in quo inest magnificentia et contemplatio omnis temporis omniumque rerum, num arbitraris videri posse magnum quid esse humanam vitam? Fieri non potest, inquit. Nonne etiam mortem haud formidolosam existimabit talis? Minime vero. Ad ignavam igitur et illiberalem naturam philosophia vera, ut patet, non pertinebit. Non, ut mihi videtur. Quid vero? vir modestus, a pecuniae studio, illiberalitate, vanitate et ignavia alienus est ut difficilis vel iniustus exsistat? Non est. Etiam hoc igitur naturam explorans philosopham et non philosopham in puero statim observabis, iustane et mitis an morosa et agrestis sit. Sane quidem. Neque hoc praetermittes, ut arbitror. Quale? Docilisne sit necne; an arbitraris umquam aliquem satis id amplexurum esse quod moleste factitet et ita ut vix paullum proficiat? Fieri id nequit. Quid autem? si nihil eorum quae didicerit servare poterit, oblivione plenus, num fieri potest ut scientiae non sit inanis? Qui potest? Frustra vero quum laborem impendat, nonne censes fore ut cogatur tandem et suimet ipsius odium concipere et huiusmodi actionis? Quidni? Obliviosum igitur animum in eorum

Ἐπιλήσμονα ἄρα ψυχὴν ἐν ταῖς ἱκανῶς φιλοσόφοις μή ποτε ἐγκρίνωμεν, ἀλλὰ μνημονικὴν αὐτὴν ζητῶμεν δεῖν εἶναι. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἀλλ' οὐ μὴν τό γε τῆς ἀμούσου τε καὶ ἀσχήμονος φύσεως ἄλλοσέ ποι ἂν φαῖμεν ἕλκειν ἢ εἰς ἀμετρίαν. Τί μήν; Ἀλήθειαν δὲ ἀμετρίᾳ ἡγεῖ ξυγγενῆ εἶναι, ἢ ἐμμετρίᾳ; Ἐμμετρίᾳ. Ἔμμετρον ἄρα καὶ εὔχαριν ζητῶμεν πρὸς τοῖς ἄλλοις διάνοιαν φύσει, ἣν ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος ἰδέαν ἑκάστου τὸ * αὐτοφυὲς εὐάγωγον παρέξει. Πῶς δ' οὔ; Τί οὖν; μή E
πῃ δοκοῦμέν σοι οὐκ ἀναγκαῖα ἕκαστα διεληλυθέναι καὶ ἑπόμενα ἀλλήλοις τῇ μελλούσῃ τοῦ ὄντος ἱκανῶς τε καὶ τελέως ψυχῇ μεταλήψεσθαι; Ἀναγκαιότατα μὲν * οὖν, ἔφη. Ἔστιν οὖν 487
ὅπῃ μέμψει τοιοῦτον ἐπιτήδευμα, ὃ μήποτ' ἄν τις οἷός τε γένοιτο ἱκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ μὴ φύσει εἴη μνήμων, εὐμαθής, μεγαλοπρεπής, εὔχαρις, φίλος τε καὶ ξυγγενὴς ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρείας, σωφροσύνης; Οὐδ' ἂν ὁ Μῶμος, ἔφη, τό γε τοιοῦτον μέμψαιτο. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, τελειωθεῖσι τοῖς τοιούτοις παιδείᾳ τε καὶ ἡλικίᾳ ἄρα οὐ μόνοις ἂν τὴν πόλιν ἐπιτρέποις;

Καὶ ὁ Ἀδείμαντος, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, πρὸς * μὲν B
ταῦτά σοι οὐδεὶς ἂν οἷός τ' εἴη ἀντειπεῖν· ἀλλὰ γὰρ τοιόνδε τι πάσχουσιν οἱ ἀκούοντες ἑκάστοτε ἃ νῦν λέγεις· ἡγοῦνται δι' ἀπειρίαν τοῦ ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου παρ' ἕκαστον τὸ ἐρώτημα σμικρὸν παραγόμενοι, ἀθροισθέντων τῶν σμικρῶν ἐπὶ τελευτῆς τῶν λόγων μέγα τὸ σφάλμα καὶ ἐναντίον τοῖς πρώτοις ἀναφαίνεσθαι, καὶ ὥσπερ ὑπὸ τῶν πεττεύειν δεινῶν οἱ μὴ τελευτῶντες * ἀποκλείονται καὶ οὐκ ἔχουσιν ὅ τι C
φέρωσιν, οὕτω καὶ σφεῖς τελευτῶντες ἀποκλείεσθαι καὶ οὐκ ἔχειν ὅ-τι λέγωσιν ὑπὸ πεττείας αὖ ταύτης τινὸς ἑτέρας, οὐκ ἐν ψήφοις, ἀλλ' ἐν λόγοις, ἐπεὶ τό γε ἀληθὲς οὐδέν τι μᾶλλον ταύτῃ ἔχειν. λέγω δ' εἰς τὸ παρὸν ἀποβλέψας· νῦν γὰρ φαίη ἄν τίς σοι λόγῳ μὲν οὐκ ἔχειν καθ' ἕκαστον τὸ ἐρωτώμενον ἐναντιοῦσθαι, ἔργῳ δὲ ὁρᾶν, ὅσοι ἂν ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁρμήσαντες μὴ τοῦ πεπαιδεῦσθαι * ἕνεκα ἁψάμενοι νέοι ὄντες ἀπαλλάτ- D
τωνται, ἀλλὰ μακρότερον ἐνδιατρίψωσι, τοὺς μὲν πλείστους

numero qui satis sint philosophi, numquam reponamus, sed memor ut sit postulemus. Maxime. Iam vero naturam humanitatis inopem decentiaeque expertem num alio dicemus abripere nisi ad immoderationem? Minime vero. Veritatem autem moderationi censes cognatam esse, an immoderationi? Moderationi. Moderatus igitur ac venustus postulemus ut praeter reliqua sit animus natura, quem ad eius quod est spectationem propria cuiusque natura facilem ductu exhibeat. Quidni? Quid igitur? numquid videmur tibi non necessaria quaeque persequuti esse et inter se congruentia animo qui veri satis ac perfecte sit particeps futurus? Maxime vero necessaria, inquit. Est vero ut vituperes huiusmodi studium, in quod numquam poterit quispiam satis incumbere, nisi natura fuerit memor, docilis, magnificus, venustus, amicus et cognatus veritati, iustitiae, fortitudinis, temperantiae? Ne Momus quidem, inquit, tale vituperet. Iam, inquam, perfectis his et ad educationem et ad aetatem nonne solis civitatem committes?

Tum Adimantus O Socrates, inquit, his quae dicis nemo poterit quicquam opponere; id tamen fere accidit omnibus qui audiunt quae nunc dicis; putant enim se propter imperitiam interrogandi et respondendi ab oratione quaque quaestione paullulum decipi et in unum collectis exiguis illis in sermonis exitu magnum errorem primorumque contrarium elucere, et, quemadmodum a calculorum lusus peritis imperiti ad extremum ad incitas redigantur nec habeant quem calculum ducant, ita etiam se ad extremum ad incitas redigi nec habere quid dicant per lusum hunc alium quendam, non calculorum, sed sermonum; quamquam res ipsa nihilo magis se ita habeat. dico autem in praesens intuens; nunc enim dixerit quispiam se verbis quidem tibi non posse in quaque quaestione repugnare, re autem videre, eorum qui ad philosophiam aggressi non, postquam eruditionis causa iuvenes eam attigerint, discedant, sed ulterius in ea studium ponant, plurimos

καὶ πάνυ ἀλλοκότους γιγνομένους, ἵνα μὴ παμπονήρους εἴπω-
μεν, τοὺς δὲ ἐπιεικεστάτους δοκοῦντας ὅμως τοῦτό γε ὑπὸ τοῦ
ἐπιτηδεύματος οὗ σὺ ἐπαινεῖς πάσχοντας, ἀχρήστους ταῖς πό-
λεσι γιγνομένους. Καὶ ἐγὼ ἀκούσας, Οἴει οὖν, εἶπον, τοὺς
ταῦτα λέγοντας ψεύδεσθαι; Οὐκ οἶδα, ἦ δ' ὅς, ἀλλὰ τὸ σοὶ
δοκοῦν ἡδέως ἂν ἀκούοιμι. * Ἀκούοις ἂν ὅτι ἔμοιγε φαίνονται E
τἀληθῆ λέγειν. Πῶς οὖν, ἔφη, εὖ ἔχει λέγειν ὅτι οὐ πρότερον
κακῶν παύσονται αἱ πόλεις, πρὶν ἂν ἐν αὐταῖς οἱ φιλόσοφοι
ἄρξωσιν, οὓς ἀχρήστους ὁμολογοῦμεν αὐταῖς εἶναι; Ἐρωτᾷς,
ἦν δ' ἐγώ, ἐρώτημα δεόμενον ἀποκρίσεως δι' εἰκόνος λεγομέ-
νης. Σὺ δέ γε, ἔφη, οἶμαι, οὐκ εἴωθας δι' εἰκόνων λέγειν. Εἶεν,
εἶπον, σκώπτεις ἐμβεβληκώς με εἰς λογον ουτω δυςαπόδεικτον;
ἄκουε δ' οὖν τῆς εἰκόνος, ἵν' * ἔτι μᾶλλον ἴδῃς ὡς γλίσχρως 488
εἰκάζω. οὕτω γὰρ χαλεπὸν τὸ πάθος τῶν ἐπιεικεστάτων, ὃ
πρὸς τὰς πόλεις πεπόνθασιν, ὥστ' οὐδ' ἔστιν ἓν οὐδὲν ἄλλο
τοιοῦτον πεπονθός, ἀλλὰ δεῖ ἐκ πολλῶν αὐτὸ ξυναγαγεῖν εἰκά-
ζοντα καὶ ἀπολογούμενον ὑπὲρ αὐτῶν, οἷον οἱ γραφῆς τρα-
γελάφους καὶ τὰ τοιαῦτα μιγνύντες γράφουσι. νόησον γὰρ
τοιουτονὶ γενόμενον εἴτε πολλῶν νεῶν πέρι εἴτε μιᾶς ναύκλη-
ρον, μεγέθει μὲν καὶ ῥώμῃ ὑπὲρ τοὺς ἐν τῇ νηῒ πάντας, * ὑπό- B
κωφον δὲ καὶ ὁρῶντα ὡσαύτως βραχύ τι καὶ γιγνώσκοντα περὶ
ναυτικῶν ἕτερα τοιαῦτα, τοὺς δὲ ναύτας στασιάζοντας πρὸς
ἀλλήλους περὶ τῆς κυβερνήσεως, ἕκαστον οἰόμενον δεῖν κυ-
βερνᾶν μήτε μαθόντα πώποτε τὴν τέχνην μήτε ἔχοντα ἀποδεῖξαι
διδάσκαλον ἑαυτοῦ μηδὲ χρόνον ἐν ᾧ ἐμάνθανε, πρὸς δὲ τού-
τοις φάσκοντας μηδὲ διδακτὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν λέγοντα ὡς
διδακτὸν ἑτοίμους * κατατέμνειν, αὐτοὺς δὲ αὐτῷ ἀεὶ τῷ ναυ- C
κλήρῳ περικεχύσθαι δεομένους καὶ πάντα ποιοῦντας ὅπως ἂν
σφισι τὸ πηδάλιον ἐπιτρέψῃ, ἐνίοτε δ', ἂν μὴ πείθωσιν, ἀλλὰ
ἄλλοι μᾶλλον, τοὺς μὲν ἄλλους ἢ ἀποκτιννύντας ἢ ἐκβάλλοντας
ἐκ τῆς νεώς, τὸν δὲ γενναῖον ναύκληρον μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ

plane insolentes exsistere, ne dicamus improbissimos, eos vero qui modestissimi videantur, tamen hoc ex studio isto quod tu laudes detrimentum capere, ut inutiles civitatibus evadant. Atque ego his auditis Tune censes, inquam, qui hoc dicant mentiri? Nescio, respondit, at quod tibi videtur libenter audierim. Audies vero mihi illos videri vera dicere. Iam quî, inquit, bene habet dictum, non prius malis liberas fore civitates, quam in eis philosophi regnent, quos inutiles confitemur eis esse? Quod quaeris, inquam, desiderat responsionem similitudine exprimendam. Tu quidem, respondit, opinor, non soles similitudinibus uti. Itane, inquam, illudis, postquam me coniecisti in orationem tam difficilem probatu? audi dum similitudinem, ut etiam magis cognoscas quam putidus sim in similitudinibus adhibendis. tam grave est enim quod moderatissimis ratione civitatum accidit, ut nihil aliud sit cui tale quid accidat, sed oporteat nos e multis id colligere similitudine utentes eosque defendentes, quemadmodum pictores tragelaphos taliaque componentes pingunt. cogita enim huiusmodi exsistere sive multarum navium sive unius gubernatorem, magnitudine quidem ac robore omnes in navi vehentes superantem, surdastrum vero itemque paullulum cernentem rerumque nauticarum eodem modo intelligentem, nautas vero in seditione inter se esse de gubernatione, quoque arbitrante se debere gubernare, quamvis neque didicerit umquam artem neque monstrare possit magistrum sui nec tempus quo didicerit, praeterea contendentibus ne posse quidem eam doceri atque etiam paratis concidere eum qui dixerit doceri eam posse, ipsos vero se circumfundere gubernatori cuique precantes omniaque facientes ut ipsis gubernaculum tradat, nonnumquam vero, si non persuaserint, sed alii magis, reliquos vel interficere vel eiicere de navi, generosum vero gubernatorem vel mandragora vel

ἤ τινι ἄλλῳ ξυμποδίσαντας τῆς νεὼς ἄρχειν χρωμένους τοῖς ἐνοῦσι, καὶ πίνοντάς τε καὶ εὐωχουμένους πλεῖν, ὡς τὸ εἰκὸς τοὺς τοιούτους, πρὸς δὲ τούτοις ἐπαινοῦντας, ναυτικὸν μὲν καλοῦντας, * καὶ κυβερνητικὸν καὶ ἐπιστάμενον τὰ κατὰ ναῦν D ὃς ἂν ξυλλαμβάνειν δεινὸς ᾖ, ὅπως ἄρξουσιν ἢ πείθοντες ἢ βιαζόμενοι τὸν ναύκληρον, τὸν δὲ μὴ τοιοῦτον ψέγοντας ὡς ἄχρηστον, τοῦ δὲ ἀληθινοῦ κυβερνήτου πέρι μηδ' ἐπαΐοντας, ὅτι ἀνάγκη αὐτῷ τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι ἐνιαυτοῦ καὶ ὡρῶν καὶ οὐρανοῦ καὶ ἄστρων καὶ πνευμάτων καὶ πάντων τῶν τῇ τέχνῃ προσηκόντων, εἰ μέλλει τῷ ὄντι νεὼς ἀρχικὸς ἔσεσθαι, ὅπως δὲ *) κυβερνήσει, ἐάν τέ τινες * βούλωνται ἐάν τε μή, E μήτε τέχνην τούτου μήτε μελέτην οἰομένους δυνατὸν εἶναι λαβεῖν ἅμα καὶ τὴν κυβερνητικήν. τοιούτων δὴ περὶ τὰς ναῦς γιγνομένων, τὸν ὡς ἀληθῶς κυβερνητικὸν οὐχ ἡγεῖ ἂν τῷ ὄντι μετεωροσκόπον τε καὶ ἀδολέσχην καὶ ἄχρηστόν σφισι καλεῖσθαι * ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς οὕτω κατεσκευασμέναις ναυσὶ πλωτήρων; 489 Καὶ μάλα, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος. Οὐ δή, ἦν δ' ἐγώ, οἶμαι δεῖσθαί σε ἐξεταζομένην τὴν εἰκόνα ἰδεῖν, ὅτι ταῖς πόλεσι πρὸς τοὺς ἀληθινοὺς φιλοσόφους τὴν διάθεσιν ἔοικεν, ἀλλὰ μανθάνειν ὃ λέγω. Καὶ μάλ', ἔφη. Πρῶτον μὲν τοίνυν ἐκεῖνον τὸν θαυμάζοντα, ὅτι οἱ φιλόσοφοι οὐ τιμῶνται ἐν ταῖς πόλεσι, δίδασκέ τε τὴν εἰκόνα καὶ πειρῶ πείθειν ὅτι πολὺ ἂν θαυμαστότερον ἦν εἰ * ἐτιμῶντο. Ἀλλὰ διδάξω, ἔφη. Καὶ B ὅτι τοίνυν τἀληθῆ λέγει, ὡς ἄχρηστοι τοῖς πολλοῖς οἱ ἐπιεικέστατοι τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ· τῆς μέντοι ἀχρηστίας τοὺς μὴ χρωμένους κέλευε αἰτιᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ τοὺς ἐπιεικεῖς· οὐ γὰρ ἔχει φύσιν κυβερνήτην ναυτῶν δεῖσθαι ἄρχεσθαι ὑφ' αὑτοῦ, οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας * ἰέναι, ἀλλ' ὁ τοῦτο C κομψευσάμενος ἐψεύσατο, τὸ δὲ ἀληθὲς πέφυκεν, ἐάν τε πλούσιος ἐάν τε πένης κάμνῃ, ἀναγκαῖον εἶναι ἐπὶ ἰατρῶν θύρας ἰέναι καὶ πάντα τὸν ἄρχεσθαι δεόμενον ἐπὶ τὰς τοῦ ἄρχειν δυναμένου, οὐ τὸν ἄρχοντα δεῖσθαι τῶν ἀρχομένων ἄρχεσθαι, οὗ ἂν τῇ ἀληθείᾳ τι ὄφελος ᾖ. ἀλλὰ τοὺς νῦν πολιτικοὺς

---

*) ἴσ. ὅπως τε.

temulentia vel alio quo irretientes navem regere utentes eis quae insint, et potantes epulantesque navigare ita, ut convenit in tales, praeterea laudantes et nauticum quidem appellantes et idoneum qui gubernet et scientem rerum nauticarum quicumque ipsos adiuvare possit ut regant vel persuadentes vel vi cogentes gubernatorem, eum vero qui non sit talis, vituperantes ut inutilem, vero gubernatori ne intelligentes quidem curam esse adhibendam de anno et tempestatibus et caelo et stellis et ventis et omnibus ad artem pertinentibus, si futurus est verus navis rector, de hoc autem quod gubernaturus sit seu velint seu nolint quidam, neque arte arbitrantes neque exercitatione id percipi posse simul cum gubernandi scientia. haec igitur si in navibus fiant, verum gubernatorem nonne censes rerum superarum spectatorem et nugatorem et inutilem vocatum iri ab eis qui in navibus ita comparatis vehantur? Sane quidem, inquit Adimantus. Neque enim, inquam, arbitror cupere te comprobatum videre, similitudiuem convenire in civitates similiter in philosophos veros animatas, sed intelligere id quod dico. Sane quidem, inquit. Primum igitur illum qui miratur, quod philosophi non honorentur in civitatibus, doce similitndinem et conare persuadere, longe fore admirabilius si honorentur. Sane docebo, respondit. Et vera quidem eum dicere, inutiles multitudini esse moderatissimos eorum qui in philosophiam incumbant, inutilitatis vero culpam eis qui illis non utantur iube attribui, non moderatis; vehementer enim repugnat, gubernatorem nautas orare ut ab ipso regantur et sapientes ad divitum fores accedere; immo qui cavillans hoc dicit mentitur, resque se sic habet ut, sive dives sive pauper aegrotet, necesse sit eum ad medicorum fores accedere et quemque qui rectore indigeat ad eum qui ad regendum valeat, non ut rector oret regendos ut se regi patiantur, si vere sit probus. at viros qui nunc sunt civiles si comparas cum eis quos modo di-

ἄρχοντας ἀπεικάζων οἷς ἄρτι ἐλέγομεν ναύταις οὐχ ἁμαρτήσει, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτων ἀχρήστους λεγομένους καὶ μετεωρολέσχας τοῖς ὡς ἀληθῶς κυβερνήταις. Ὀρθότατα, ἔφη. Ἔκ τε τοίνυν τούτων καὶ ἐν τούτοις οὐ ῥᾴδιον εὐδοκιμεῖν τὸ βέλτιστον ἐπιτήδευμα ὑπὸ τῶν τἀναντία ἐπιτηδευόντων, * πολὺ δὲ μεγίστη καὶ ἰσχυροτάτη διαβολὴ γίγνεται φιλοσοφίᾳ διὰ τοὺς τὰ τοιαῦτα φάσκοντας ἐπιτηδεύειν, οὓς δὴ σὺ φῂς τὸν ἐγκαλοῦντα τῇ φιλοσοφίᾳ λέγειν ὡς παμπόνηροι οἱ πλεῖστοι τῶν ἰόντων ἐπ' αὐτήν, οἱ δὲ ἐπιεικέστατοι ἄχρηστοι· καὶ ἐγὼ ξυνεχώρησα ἀληθῆ σε λέγειν· ἢ γάρ; Ναί. D

Οὐκοῦν τῆς μὲν τῶν ἐπιεικῶν ἀχρηστίας τὴν αἰτίαν διεληλύθαμεν. Καὶ μάλα. Τῆς δὲ τῶν πολλῶν πονηρίας τὴν ἀνάγκην βούλει τὸ μετὰ τοῦτο διέλθωμεν καί, ὅτι οὐδὲ τούτου φιλοσοφία αἰτία, * ἂν δυνώμεθα, πειραθῶμεν δεῖξαι; Πάνυ μὲν E οὖν. Ἀκούωμεν δὴ καὶ λέγωμεν ἐκεῖθεν ἀναμνησθέντες ὅθεν διῇμεν, τὴν φύσιν οἷον ἀνάγκη φῦναι τὸν καλόν τε κἀγαθὸν ἐσόμενον. * ἡγεῖτο δ' αὐτῷ, εἰ ἐν νῷ ἔχεις, πρῶτον μὲν 490 ἀλήθεια, ἣν διώκειν αὐτὸν πάντως καὶ πάντῃ ἔδει, ἢ ἀλαζόνι ὄντι μηδαμῇ μετεῖναι φιλοσοφίας ἀληθινῆς. Ἦν γὰρ οὕτω λεγόμενον. Οὐκοῦν ἓν μὲν τοῦτο σφόδρα οὕτω παρὰ δόξαν τοῖς νῦν δοκουμένοις περὶ αὐτοῦ; Καὶ μάλα, ἔφη. Ἆρ' οὖν δὴ οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα, ὅτι πρὸς τὸ ὂν πεφυκὼς εἴη ἁμιλλᾶσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθής, καὶ οὐκ ἐπιμένοι ἐπὶ τοῖς δοξαζομένοις εἶναι * πολλοῖς ἑκάστοις, ἀλλ' ἴοι καὶ οὐκ ἀμ- B βλύνοιτο οὐδ' ἀπολήγοι τοῦ ἔρωτος, πρὶν αὐτοῦ ὃ ἔστιν ἑκάστου τῆς φύσεως ἅψασθαι, ᾧ προσήκει ψυχῆς ἐφάπτεσθαι τοῦ τοιούτου; προσήκει δὲ ξυγγενεῖ· ᾧ πλησιάσας καὶ μιγεὶς τῷ ὄντι ὄντως, γεννήσας νοῦν καὶ ἀλήθειαν, γνοίη τε καὶ ἀληθῶς ζῴη καὶ τρέφοιτο καὶ οὕτω λήγοι ὠδῖνος, πρὶν δ' οὔ. Ὡς οἷόν τ', ἔφη, μετριώτατα. Τί οὖν; τούτῳ τι μετέσται ψεῦδος ἀγαπᾶν, ἢ πᾶν τοὐναντίον μισεῖν; * Μισεῖν, ἔφη. C

ximus nautis non errabis, et inutiles qui ab his vocantur rerumque superarum speculatores cum veris gubernatoribus. Rectissime, inquit. Hanc igitur ob causam et hac in causa in honore haberi optimum studium haud facile est ab eis qui contrario student, longe vero maximam et vehementissimam criminationem philosophiae conflant illi qui his se studere affirmant, quos quidem tu ais intelligere eum qui philosophiae ut probrum obiiciat, quod pravissimi sint plurimi eorum qui ad eam aggrediantur, modestissimi vero inutiles; et equidem concessi vera te dicere; nonne? Etiam.

Causam igitur cur modesti sint inutiles exposuimus. Sane quidem. Plurimorum vero pravitatis necessitatem visne deinceps persequamur, et ne huius quidem culpam sustinere philosophiam, conemur probare? Sane quidem. Audiamus igitur atque dicamus illud recordantes unde exorsi sumus, qualem videlicet necesse sit naturam habere qui honestus ac bonus sit futurus. ducebat autem eum, si tibi in animo est, primum veritas, quam sectari eum omnino et omni modo oportebat, aliter eum vanum esse nullamque philosophiae verae partem habere. Ita sane dicebatur. Nonne unum quidem hoc vehementer repugnat ei quae nunc communis est existimatio? Sane quidem, inquit. Nonne igitur recte defendimus, natura ita comparatum esse discendi vere cupidum ut ad id quod est tenderet nec permaneret in singulis quae pro multis haberentur, sed progrederetur nec deficeret neque desineret amorem, priusquam cuiusque quod est naturam attigisset ea animi parte in quam conveniret tale quid attingere; convenit autem in cognatum; qua quidem appropinquans seque commiscens cum eo quod vere est, mentem ac veritatem procrearet, cognosceret, vere viveret, aleretur et dolorem ita deponeret, prius autem neutiquam. Quam potest, inquit, rectissime. Quid igitur? num in hunc cadet ut mendacium diligat, an

Ἡγουμένης δὴ ἀληθείας οὐκ ἄν ποτε, οἶμαι, φαῖμεν αὐτῇ
χορὸν κακῶν ἀκολουθῆσαι. Πῶς γάρ; Ἀλλ' ὑγιές τε καὶ δί-
καιον *) ἦθος, ᾧ καὶ σωφροσύνην ἕπεσθαι. Ὀρθῶς, ἔφη.
Καὶ δὴ τὸν ἄλλον τῆς φιλοσόφου φύσεως χορὸν τί δεῖ πάλιν
ἐξ ἀρχῆς ἀναλαμβάνοντα τάττειν; μέμνησαι γάρ που ὅτι ξυνέβη
προσῆκον τούτοις ἀνδρεία, μεγαλοπρέπεια, εὐμάθεια, μνήμη·
καὶ σοῦ ἐπιλαβομένου ὅτι πᾶς μὲν ἀναγκασθήσεται * ὁμολογεῖν D
οἷς λέγομεν, ἐάσας δὲ τοὺς λόγους, εἰς αὐτοὺς ἀποβλέψας περὶ
ὧν ὁ λόγος, φαίη ὁρᾶν αὐτῶν τοὺς μὲν ἀχρήστους, τοὺς δὲ
πολλοὺς κακοὺς πᾶσαν κακίαν, τῆς ἤδη διαβολῆς **) τὴν αἰτίαν
ἐπισκοποῦντες ἐπὶ τούτῳ νῦν γεγόναμεν, τί ποθ' οἱ πολλοὶ
κακοί, καὶ τούτου δὴ ἕνεκα πάλιν ἀνειλήφαμεν τὴν τῶν ἀλη-
θῶς φιλοσόφων φύσιν καὶ ἐξ ἀνάγκης ὡρισάμεθα. Ἔστιν,
ἔφη, * ταῦτα. Ταύτης δή, ἦν δ' ἐγώ, τῆς φύσεως δεῖ θεά- E
σασθαι τὰς φθοράς, ὡς διόλλυται ἐν πολλοῖς, σμικρὸν δέ τι
ἐκφεύγει, οὓς δὴ καὶ οὐ πονηρούς, ἀχρήστους δὲ καλοῦσι·
καὶ μετὰ τοῦτο αὖ τὰς μιμουμένας ταύτην * καὶ εἰς τὸ ἐπιτή- 491
δευμα καθισταμένας αὐτῆς, οἷαι οὖσαι φύσεις ψυχῶν εἰς ἀνάξιον
καὶ μεῖζον ἑαυτῶν ἀφικνούμεναι ἐπιτήδευμα, πολλαχῇ πλημμε-
λοῦσαι, πανταχῇ καὶ ἐπὶ πάντας δόξαν οἵαν λέγεις φιλοσοφίᾳ
προσῆψαν. Τίνας δέ, ἔφη, τὰς διαφθορὰς λέγεις; Ἐγώ σοι,
εἶπον, ἂν οἷός τε γένωμαι, πειράσομαι διελθεῖν. τόδε μὲν
οὖν, οἶμαι, πᾶς ἡμῖν ὁμολογήσει, τοιαύτην φύσιν καὶ πάντα
ἔχουσαν, ὅσα προσετάξαμεν νῦν δή, εἰ τελέως μέλλει ***) φιλό-
σοφος * γενέσθαι, ὀλιγάκις ἐν ἀνθρώποις φύεσθαι καὶ ὀλίγας· B
ἢ οὐκ οἴει; Σφόδρα γε. Τούτων δὴ τῶν ὀλίγων σκόπει ὡς
πολλοὶ ὄλεθροι καὶ μεγάλοι. Τίνες δή; Ὃ μὲν πάντων θαυ-
μαστότατον ἀκοῦσαι, ὅτι ἓν ἕκαστον ὧν ἐπῃνέσαμεν τῆς φύσεως
ἀπόλλυσι τὴν ἔχουσαν ψυχὴν καὶ ἀποσπᾷ φιλοσοφίας· λέγω
δὲ ἀνδρείαν, σωφροσύνην καὶ πάντα ἃ διήλθομεν. Ἄτοπον,

---

*) γρ. μέτριόν.
**) ἴσ. τῆςδε τῆς διαβολῆς.
***) γρ. μέλλοι.

plane contra ut ei odio sit? Ut odio sit, respondit. Ducente igitur veritate numquam, opinor, dicemus malorum eam chorum subsequi. Quî enim poterit? Sed sanum et iustum animum, quem etiam temperantia sequatur. Recte, inquit. Iam vero reliquum philosophae naturae chorum quid opus est denuo ab initio repetere et constituere? recordaris enim sine dubio, quod effectum est, convenire his fortitudinem, magnificentiam, docilitatem, memoriam. et te subiiciente quemque coactum iri concedere quae diceremus, missis autem orationibus in ipsos intuentem de quibus ageretur, dicturum esse se videre nonnullos eorum inutiles, plurimos autem omni improbitate infectos, huius iam criminationis causam anquirentes ad hanc nunc pervenimus quaestionem, cur tandem plerique improbi essent, eamque ob causam iterum sumpsimus verorum philosophorum naturam et, ut necesse est, definivimus. Sunt, inquit, ista. Huius igitur, inquam, naturae spectari oportet depravationes, quomodo corrumpatur in multis, ut exiguus tantum eorum numerus effugiat, quos quidem etiam non improbos, at inutiles dicunt; et deinde quales sint animorum naturae quae hanc imitentur eiusque studium attingant, quo quum indignae sint atque inferiores, multis modis peccent: ut ubique et inter omnes existimationem istam quam dicis philosophiae intulerint. Quasnam, inquit, corruptiones dicis? Ego tibi, respondi, si potuero, conabor explicare. et hoc quidem, opinor, quilibet nobis concedet, huiusmodi naturam omniaque habentem, quae postulavimus modo, si quis perfecte futurus philosophus esset, raro in hominibus nasci et paucas; an non censes? Admodum. Harum igitur paucarum considera quam multa exitia et magna. Quaenam? Quod quidem omnium maxime admirabile auditu: unumquodque eorum quae laudavimus in natura perdit animum eo praeditum et abstrahit a philosophia; dico autem fortitudinem, temperantiam omnia-

ἔφη, ἀκοῦσαι. Ἔστι τοίνυν, * ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τούτοις τὰ C
λεγόμενα ἀγαθὰ πάντα φθείρει καὶ ἀποσπᾷ, κάλλος καὶ πλοῦτος καὶ ἰσχὺς σώματος καὶ ξυγγένεια ἐῤῥωμένη ἐν πόλει καὶ πάντα τὰ τούτων οἰκεῖα· ἔχεις γὰρ τὸν τύπον ὧν λέγω. Ἔχω, ἔφη· καὶ ἡδέως γ' ἂν ἀκριβέστερον ἃ λέγεις πυθοίμην. Λαβοῦ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ὅλου αὐτοῦ ὀρθῶς, καί σοι εὔδηλόν τε φανεῖται καὶ οὐκ ἄτοπα δόξει τὰ προειρημένα περὶ αὐτῶν. Πῶς οὖν, ἔφη, κελεύεις; Παντός, * ἦν δ' ἐγώ, σπέρματος D
πέρι ἢ φυτοῦ, εἴτε ἐγγείων εἴτε τῶν ζώων, ἴσμεν ὅτι τὸ μὴ τυχὸν τροφῆς ἧς προσήκει ἑκάστῳ μηδ' ὥρας μηδὲ τόπου, ὅσῳ ἂν ἐῤῥωμενέστερον ᾖ, τοσούτῳ πλειόνων ἐνδεῖ τῶν πρεπόντων· ἀγαθῷ γάρ που κακὸν ἐναντιώτερον, ἢ τῷ μὴ ἀγαθῷ. Πῶς δ' οὔ; Ἔχει δή, οἶμαι, λόγον τὴν ἀρίστην φύσιν ἐν ἀλλοτριωτέρᾳ οὖσαν τροφῇ κάκιον ἀπαλλάττειν τῆς φαύλης. Ἔχει. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Ἀδείμαντε, * καὶ τὰς ψυχὰς οὕτω E
φῶμεν τὰς εὐφυεστάτας κακῆς παιδαγωγίας τυχούσας διαφερόντως κακὰς γίγνεσθαι; ἢ οἴει τὰ μεγάλα ἀδικήματα καὶ τὴν ἄκρατον πονηρίαν ἐκ φαύλης, ἀλλ' οὐκ ἐκ νεανικῆς φύσεως τροφῇ διολλυμένης *) γίγνεσθαι, ἀσθενῆ δὲ φύσιν μεγάλων οὔτε ἀγαθῶν οὔτε κακῶν αἰτίαν ποτὲ ἔσεσθαι; Οὔκ, ἀλλά, ἦ δ' ὅς, οὕτως. Ἣν τοίνυν ἔθεμεν * τοῦ φιλοσόφου φύσιν, 492
ἂν μέν, οἶμαι, μαθήσεως προσηκούσης τύχῃ, εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀνάγκη αὐξανομένην ἀφικνεῖσθαι, ἐὰν δὲ μὴ ἐν προσηκούσῃ [σπαρεῖσά τε καὶ φυτευθεῖσα] τρέφηται, εἰς πάντα τἀναντία αὖ, ἐὰν μή τις αὐτῇ βοηθήσας θεῶν τύχῃ· ἢ καὶ σὺ ἡγεῖ, ὥσπερ οἱ πολλοί, διαφθειρομένους τινὰς εἶναι ὑπὸ σοφιστῶν νέους, διαφθείροντας δέ τινας σοφιστὰς ἰδιωτικούς, ὅ τι καὶ ἄξιον λόγου, ἀλλ' οὐκ αὐτοὺς τοὺς ταῦτα λέγοντας μεγίστους μὲν * εἶναι σοφιστάς, παιδεύειν δὲ τελεώτατα καὶ ἀπεργάζεσθαι B
οἵους βούλονται εἶναι καὶ νέους καὶ πρεσβυτέρους καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας; Πότε δή; ἦ δ' ὅς. Ὅταν, εἶπον, ξυγκαθεζό-

---

*) ἄλλ. διολομένης.

que quae exposuimus. Mirum, inquit, auditu. Praeterea, inquam, quae dicuntur bona omnia perdunt et abstrahunt, pulchritudo et divitiae et vires corporis et affinitas potens in civitate et omnia his similia; habes enim formam eorum quae dico. Habeo, inquit; ac libenter quidem accuratius quae dicis audierim. Comprehende igitur, inquam, totum hoc recte, et perspicuum tibi erit nec admirabilia videbuntur quae ante de eo dicta sunt. Quomodo, inquit, iubes? Quodvis, respondi, semen vel naturam, sive plantam sive animal, scimus, alimentum non adeptum cuique conveniens nec caeli temperationem nec regionem, quo validius sit, eo pluribus indigere ipsi accommodatis; bono enim malum magis adversatur quam ei quod non est bonum. Quidni? Consentaneum igitur est, inquam, optimam naturam alieniore utentem alimento deteriorem evadere quam pravam. Consentaneum vero. Nonne, inquam, Adimante, etiam animosita dicamus optima indole praeditos, si pravam nanciscantur institutionem, prae ceteris malas exsistere? an putas magnas iniurias perfectamque improbitatem e prava et non ex generosa natura educatione corrupta exsistere, imbecillam autem naturam magnorum neque bonorum neque malorum umquam fore effectricem? Non, sed ita, respondit. Quam igitur posuimus philosophi naturam, ea, opinor, si disciplinam adipiscatur convenientem, ad omnem virtutem adulta perveniat necesse est, si vero [seminata et procreata] non conveniente alatur, ad omnia contraria, nisi quis ei deorum adiutor obtigerit; an tu quoque arbitraris, quemadmodum multitudo, aliquos esse qui a sophistis corrumpantur iuvenes, et corruptores esse sophistas privatos, adeo ut sit dignum quod commemoretur, ac non ipsos qui haec dicant maximos esse sophistas et instituere perfectissime atque efficere tales quales velint esse tam iuvenes quam seniores, tam viros quam mulieres? Quando quaeso? interrogavit. Quum, respondi,

μενοι ἀθρόοι πολλοὶ εἰς ἐκκλησίας ἢ εἰς δικαστήρια ἢ θέατρα ἢ στρατόπεδα ἤ τινα ἄλλον κοινὸν πλήθους ξύλλογον ξὺν πολλῷ θορύβῳ τὰ μὲν ψέγωσι τῶν λεγομένων ἢ πραττομένων, τὰ δὲ ἐπαινῶσιν, ὑπερβαλλόντως ἑκάτερα καὶ ἐκβοῶντες καὶ κροτοῦντες, * πρὸς δ' αὐτοῖς αἵ τε πέτραι καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἂν C
ὦσιν ἐπηχοῦντες διπλάσιον θόρυβον παρέχωσι τοῦ ψόγου καὶ ἐπαίνου. ἐν δὴ τῷ τοιούτῳ τὸν νέον, τὸ λεγόμενον, τίνα οἴει καρδίαν ἴσχειν; ἢ ποίαν ἂν αὐτῷ παιδείαν ἰδιωτικὴν ἀνθέξειν, ἣν οὐ κατακλυσθεῖσαν ὑπὸ τοῦ τοιούτου ψόγου ἢ ἐπαίνου οἰχήσεσθαι φερομένην κατὰ ῥοῦν ᾗ ἂν οὗτος φέρῃ; καὶ φήσειν τε τὰ αὐτὰ τούτοις καλὰ καὶ αἰσχρὰ εἶναι, καὶ ἐπιτηδεύσειν * ἅπερ ἂν οὗτοι, καὶ ἔσεσθαι τοιοῦτον; Πολλή, ἦ δ' ὅς, ὦ D
Σώκρατες, ἀνάγκη. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, οὔπω τὴν μεγίστην ἀνάγκην εἰρήκαμεν. Ποίαν; ἔφη. Ἣν ἔργῳ προστιθέασι λόγῳ μὴ πείθοντες οὗτοι οἱ παιδευταί τε καὶ σοφισταί· ἢ οὐκ οἶσθα ὅτι τὸν μὴ πειθόμενον ἀτιμίαις τε καὶ χρήμασι καὶ θανάτοις κολάζουσιν; Καὶ μάλα, ἔφη, σφόδρα. Τίνα οὖν ἄλλον σοφιστὴν οἴει ἢ ποίους ἰδιωτικοὺς λόγους ἐναντία τούτοις * τείνοντας κρατήσειν; Οἶμαι μὲν οὐδένα, ἦ δ' ὅς. Οὐ γάρ, E
ἦν δ' ἐγώ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιχειρεῖν πολλὴ ἄνοια· οὔτε γὰρ γίγνεται οὔτε γέγονεν οὐδὲ οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν παρὰ τὴν τούτων παιδείαν πεπαιδευμένον, ἀνθρώπειον, ὦ ἑταῖρε· θεῖον μέντοι κατὰ τὴν παροιμίαν ἐξαιρῶμεν λόγου. εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι, ὅτιπερ ἂν σωθῇ τε καὶ γένηται οἷον δεῖ ἐν τοιαύτῃ καταστάσει πολιτειῶν, * θεοῦ μοῖραν αὐτὸ σῶσαι 493
λέγων οὐ κακῶς ἐρεῖς. Οὐδ' ἐμοὶ ἄλλως, ἔφη, δοκεῖ. Ἔτι τοίνυν σοι, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τούτοις καὶ τόδε δοξάτω. Τὸ ποῖον; Ἕκαστος τῶν μισθαρνούντων ἰδιωτῶν, οὓς δὴ οὗτοι σοφιστὰς καλοῦσι καὶ ἀντιτέχνους ἡγοῦνται, μὴ ἄλλα παιδεύειν ἢ ταῦτα τὰ τῶν πολλῶν δόγματα, ἃ δοξάζουσιν ὅταν ἀθροισθῶσι, καὶ σοφίαν ταύτην καλεῖν, οἷόνπερ ἂν εἰ θρέμματος μεγάλου καὶ ἰσχυροῦ τρεφομένου τὰς ὀργάς τις καὶ ἐπιθυμίας κατεμάνθανεν, * ὅπῃ τε προσελθεῖν χρὴ καὶ ὅπῃ ἅψασθαι αὐ- B

confidentes magna frequentia in concionibus vel iudiciis vel theatris vel alio quo communi multitudinis coetu magno cum tumultu alia vituperent quae dicantur vel agantur, alia laudent, in utroque exsultantes et vociferantes et plaudentes, praetereaque petrae et locus in quo sint resonantes duplum reddant vituperationis ac laudationis tumultum. iuveni autem, ut aiunt, quid credis tum animi esse? vel qualem ei institutionem privatam stabilem fore, quae non submersa a tali vituperatione vel laudatione abripiatur quo fluctus ferat, ita ut eadem quae illi honesta et turpia habeat et studeat eis quibus illi et talis evadat? Plane, inquit, Socrate, necessarium. Necdum, inquam, maximam necessitatem commemoravimus. Qualem? inquit. Quam re imponunt verbis non persuadentes illi doctores et sophistae. an non intelligis eos hominem cui non persuaserint infamia et pecunia et morte castigare? Ac vehementer quidem, inquit. Quem igitur alium sophisten censes vel quos privatos sermones contra hos repugnantes superiores esse discessuros? Arbitror quidem nullum, inquit. Nullus vero, inquam, idque iam suscipere magnae est insipientiae; neque enim fit neque factus est neque umquam fiet alius animus ad virtutem contra illorum institutionem institutus, humanus quidem, amice; divinum certe, ut in proverbio est, eximo oratione. probe enim est tenendum, quicumque servatus fuerit talisque exsistat qualem oporteat in huiusmodi civitatum constitutione, eum divinitus servatum esse si dixeris bene te esse dicturum. Nec mihi aliter, inquit, videtur. Praeterea autem, inquam, etiam hoc volo te tibi persuadere. Quidnam? Quemque privatorum illorum mercede instituentium, quos hi sophistas vocant et aemulos existimant, non alias docere nisi has multitudinis sententias, quas proferat quum congregata sit, et sapientiam hanc appellare: veluti si quis belluae vastae ac robustae quae nutriatur iras et cupiditates perceperit, quomodo adiri oporteat et quomodo attrectari, et quando saevissima vel mitissi-

του, καὶ ὁπότε χαλεπώτατον ἢ πρᾳότατον καὶ ἐκ τίνων γίγνε-
ται, καὶ φωνὰς δὴ ἐφ' οἷς ἕκαστος εἴωθε φθέγγεσθαι *), καὶ
οἵας αὖ ἄλλου φθεγγομένου ἡμεροῦταί τε καὶ ἀγριαίνει, κατα-
μαθὼν δὲ ταῦτα πάντα ξυνουσίᾳ τε καὶ χρόνου τριβῇ σοφίαν
τε καλέσειε καὶ ὡς τέχνην ξυστησάμενος ἐπὶ διδασκαλίαν τρέ-
ποιτο, μηδὲν εἰδὼς τῇ ἀληθείᾳ τούτων τῶν δογμάτων τε καὶ
ἐπιθυμιῶν, ὅ τι καλὸν ἢ αἰσχρὸν ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν ἢ δίκαιον
ἢ ἄδικον, * ὀνομάζοι δὲ πάντα ταῦτα ἐπὶ ταῖς τοῦ μεγάλου C
ζώου δόξαις, οἷς μὲν χαίροι ἐκεῖνο ἀγαθὰ καλῶν, οἷς δὲ
ἄχθοιτο κακά, ἄλλον δὲ μηδένα ἔχοι λόγον περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ
τἀναγκαῖα δίκαια καλοῖ καὶ καλά, τὴν δὲ τοῦ ἀναγκαίου καὶ
ἀγαθοῦ φύσιν, ὅσον διαφέρει τῷ ὄντι, μήτε ἑωρακὼς εἴη μήτε
ἄλλῳ δυνατὸς δεῖξαι· τοιοῦτος δὴ ὢν πρὸς Διὸς οὐκ ἄτοπος
ἄν σοι δοκοῖ **) εἶναι παιδευτής; Ἔμοιγ', ἔφη. Ἦ οὖν τι
τούτου δοκεῖ διαφέρειν ὁ τὴν τῶν πολλῶν καὶ παντοδαπῶν
* ξυνιόντων ὀργὴν καὶ ἡδονὰς κατανενοηκέναι σοφίαν ἡγού- D
μενος, εἴτ' ἐν γραφικῇ εἴτ' ἐν μουσικῇ εἴτε δὴ ἐν πολιτικῇ;
ὅτι μὲν γάρ, ἐάν τις τούτοις ὁμιλῇ ἐπιδεικνύμενος ἢ ποίησιν ἤ
τινα ἄλλην δημιουργίαν ἢ πόλει διακονίαν, κυρίους αὑτοῦ ***)
ποιῶν τοὺς πολλούς, πέρα τῶν ἀναγκαίων ἡ Διομήδεια λεγο-
μένη ἀνάγκη ποιεῖν αὐτῷ ταῦτα ἃ ἂν οὗτοι ἐπαινῶσιν· ὡς δὲ
καὶ ἀγαθὰ καὶ καλὰ ταῦτα τῇ ἀληθείᾳ, ἤδη πώποτέ του ἤκου-
σας αὐτῶν λόγον διδόντος οὐ καταγέλαστον; Οἶμαι δέ γ', ἦ
δ' ὅς, * οὐδ' ἀκούσομαι. Ταῦτα τοίνυν πάντα ἐννοήσας E
ἐκεῖνο ἀναμνήσθητι. αὐτὸ τὸ καλόν, ἀλλὰ μὴ τὰ πολλὰ καλά,
ἢ αὐτό τι ἕκαστον καὶ μὴ τὰ πολλὰ ἕκαστα ἔσθ' ὅπως * πλῆθος 494
ἀνέξεται ἢ ἡγήσεται εἶναι; Ἥκιστά γ', ἔφη. Φιλόσοφον μὲν
ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, πλῆθος ἀδύνατον εἶναι. Ἀδύνατον. Καὶ
τοὺς φιλοσοφοῦντας ἄρα ἀνάγκη ψέγεσθαι ὑπ' αὐτῶν. Ἀνάγ-
κη. Καὶ ὑπὸ τούτων δὴ τῶν ἰδιωτῶν, ὅσοι προσομιλοῦντες
ὄχλῳ ἀρέσκειν αὐτῷ ἐπιθυμοῦσιν. Δῆλον. Ἐκ δὴ τούτων
τίνα ὁρᾷς σωτηρίαν φιλοσόφῳ φύσει, ὥστ' ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι

---

*) ἴσ. ἃς ἐφ' οἷς ἑκάστοτ' εἴωθε φθ.
**) γρ. δοκῇ. ἄλλ. δοκεῖ.
***) ἄλλ. αὐτοῦ.

ma sit quibusque de caussis fiat, et voces quas in quoque soleat mittere et quibus ab alio missis mitigetur atque saeviat, haec igitur omnia si perceperit consuetudine temporisque diuturnitate, sapientiam hoc appellet et tamquam artem componens ad docendum se convertat, nesciens revera his in sententiis et cupiditatibus quid pulchrum vel turpe, quid bonum vel pravum, quid iustum vel iniustum sit, nominet vero omnia haec in eis quae vasta bellua sentiat, quibus gaudeat ea bona vocans, quibus doleat mala, aliam vero nullam eorum cognitionem habens, sed necessaria iusta dicat et pulchra, quantum autem differat inter necessarii et pulchri naturam, neque viderit neque alii possit declarare: talis igitur qui sit pro Iuppiter! nonne absurdus tibi videatur esse doctor? Mihi vero, inquit. Num quid autem differre videtur inter hunc et eum qui plurimorum variorumque congregatorum hominum iram et voluptates percepisse pro sapientia habet, sive in pictura sive in musica sive in ratione civili? etenim qui inter hos versatur ostentans vel poësin vel aliud quod opus vel civile officium, arbitrum eius reddens multitudinem, eum omnia quae necessaria sunt superans Diomedea quae dicitur necessitas cogit ea facere quae illa laudat; haec autem bona et pulchra revera esse, iam audivisti umquam eorum aliquem rationem afferentem non ridiculam? Ni fallor, inquit, nec audiam. Haec igitur omnia tecum reputans illud recordare. ipsum pulchrum, non multa illa pulchra, vel quodque per se, non multa illa quaeque, ullone modo multitudo admittet vel existimabit esse? Minime vero, inquit. Philosopha igitur, inquam, ut multitudo sit fieri nequit. Nequit vero. Et philosophantes igitur vituperentur ab ea necesse est. Vero. Et ab omnibus quoque privatis qui versantes in plebe id agunt ut ei placeant. Perspicuum est. Ex his igitur quamnam salutem vides quae philosopham naturam servet,

μείνασαν πρὸς τέλος ἐλθεῖν; ἐννόει δ' ἐκ τῶν ἔμπροσθεν.
* ὡμολόγηται γὰρ δὴ ἡμῖν εὐμάθεια καὶ μνήμη καὶ ἀνδρεία B
καὶ μεγαλοπρέπεια ταύτης εἶναι τῆς φύσεως. Ναί. Οὐκοῦν
εὐθὺς ἐν πᾶσιν *) ὁ τοιοῦτος πρῶτος ἔσται ἐν ἅπασιν, ἄλλως
τε καὶ ἐὰν τὸ σῶμα φυῇ προςφερὴς τῇ ψυχῇ; Τί δ' οὐ μέλλει;
ἔφη. Βουλήσονται δή, οἶμαι, αὐτῷ χρῆσθαι, ἐπειδὰν πρες-
βύτερος γένηται **), ἐπὶ τὰ αὑτῶν πράγματα οἵ τε οἰκεῖοι καὶ
οἱ πολῖται. Πῶς δ' οὔ; Ὑποκείσονται * ἄρα δεόμενοι καὶ C
τιμῶντες, προκαταλαμβάνοντες καὶ προκολακεύοντες τὴν μέλ-
λουσαν αὐτοῦ δύναμιν. Φιλεῖ γοῦν, ἔφη, οὕτω γίγνεσθαι.
Τί οὖν οἴει, ἦν δ' ἐγώ, τὸν τοιοῦτον ἐν τοῖς τοιούτοις ποιή-
σειν, ἄλλως τε καὶ ἐὰν τύχῃ μεγάλης πόλεως ὢν καὶ ἐν ταύτῃ
πλούσιός τε καὶ γενναῖος, καὶ ἔτι εὐειδὴς καὶ μέγας; ἆρ' οὐ
πληρωθήσεσθαι ἀμηχάνου ἐλπίδος, ἡγούμενον καὶ τὰ τῶν Ἑλ-
λήνων καὶ τὰ τῶν βαρβάρων ἱκανὸν ἔσεσθαι πράττειν; * καὶ D
ἐπὶ τούτοις ὑψηλὸν ἐξαίρειν αὑτόν, σχηματισμοῦ καὶ φρονή-
ματος κενοῦ ἄνευ νοῦ ἐμπιπλάμενον; Καὶ μάλ', ἔφη. Τῷ
δὴ οὕτω διατιθεμένῳ ἐάν τις ἠρέμα προσελθὼν τἀληθῆ λέγῃ,
ὅτι νοῦς οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ, δεῖται δέ, τὸ δὲ οὐ κτητὸν μὴ δου-
λεύσαντι τῇ κτήσει αὐτοῦ, ἆρ' εὐπετὲς οἴει εἶναι εἰςακοῦσαι
διὰ τοσούτων κακῶν; Πολλοῦ γε δεῖ, ἦ δ' ὅς. Ἐὰν δ' οὖν,
ἦν δ' ἐγώ, διὰ τὸ εὖ πεφυκέναι καὶ τὸ ξυγγενὲς τῶν λόγων εἷς
αἰσθάνηταί * πῃ ***) καὶ κάμπτηται καὶ ἕλκηται πρὸς φιλο- E
σοφίαν, τί οἰόμεθα δράσειν ἐκείνους τοὺς ἡγουμένους ἀπολ-
λύναι αὐτοῦ τὴν χρείαν τε καὶ ἑταιρείαν; οὐ πᾶν μὲν ἔργον,
πᾶν δ' ἔπος λέγοντάς τε καὶ πράττοντας καὶ περὶ αὐτόν, ὅπως
ἂν μὴ πεισθῇ, καὶ περὶ τὸν πείθοντα, ὅπως ἂν μὴ οἷός τ' ᾖ,
καὶ ἰδίᾳ ἐπιβουλεύοντας καὶ δημοσίᾳ εἰς ἀγῶνας καθιστάντας;
* Πολλή, ἦ δ' ὅς, ἀνάγκη. Ἔστιν οὖν ὅπως ὁ τοιοῦτος φιλο- 495
σοφήσει; Οὐ πάνυ. Ὁρᾷς οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι οὐ κακῶς ἐλέ-
γομεν ὡς ἄρα καὶ αὐτὰ τὰ τῆς φιλοσόφου φύσεως μέρη, ὅταν
ἐν κακῇ τροφῇ γένηται, αἴτια τρόπον τινὰ τοῦ ἐκπεσεῖν ἐκ τοῦ
ἐπιτηδεύματος, καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθά, πλοῦτοί τε καὶ πᾶσα
ἡ τοιαύτη παρασκευή; Οὐ γάρ, ἀλλ' ὀρθῶς, ἔφη, ἐλέχθη.

*) ἴσ. παισίν. ἢ εὐθὺς ἐκ παιδός.
) ἄλλ. γίγνηται. *) ἄλλ. αἰσθάνηταί τε πῃ.

ut in studio suo permanens ad finem perveniat? considera vero ex eis quae supra exposuimus. convenit enim inter nos, docilitatem et memoriam et fortitudinem et magnificentiam huius esse naturae. Etiam. Nonne igitur statim a pueritia talis erit primus in omnibus, praesertim si corpus naturâ respondebit animo? Quidni? inquit. Volent igitur, opinor, eo uti, quum senior factus fuerit, ad negotia sua propinqui et cives. Qui potest esse aliter? Urgebunt igitur eum precantes et honore afficientes, dum praeoccupant blandimentis futuram eius facultatem. Solet certe, inquit, ita fieri. Quid iam censes, inquam, talem tali in causa facturum esse, praesertim si magnae sit civitatis et in hac dives atque ingenuus, praeterea formosus et magnus? nonne impletum iri incredibili spe, existimantem se ad res tam Graecorum quam barbarorum idoneum fore gerendas? et praeterea sublime se efferre, fastu et superbia vana dementer impletum? Sane quidem, inquit. Huic igitur sic animato si quis leniter accedens vera dicat, mentem in eo nullam inesse, sed carere ea, quae non possit comparari nisi quis eius comparationi serviat, num facile eum arbitraris illis aures daturum esse tantis in malis? Multum vero abest, respondit. Quodsi, inquam, propter bonam indolem et cognationem qua tenetur sermonum, unus auscultaverit et flexus tractusque fuerit ad philosophiam, quid putamus facturos esse illos qui se existiment perdere eius usum et sodalitatem? nonne omnia acturos omniaque dicturos esse ei, ne persuaderi sibi patiatur, persuadere autem studens ne quid proficiat, tam privatim insidias ei parantes quam publice actionem intendentes? Plane, inquit, necessarium est. Fierine igitur poterit, inquam, ut talis philosophetur? Minime vero. Videsne igitur, inquam, non male nos dixisse etiam ipsas philosophae naturae partes, quando malam nanciscerentur educationem, causam quodammodo esse cur exciderent studio suo, et quae dicerentur bona, divitias omnemque huiusmodi apparatum? Haud male, sed recte, inquit,

Οὗτος δή, εἶπον, ὦ θαυμάσιε, ὄλεθρός τε καὶ διαφθορὰ τοσαύτη * τε καὶ τοιαύτη τῆς βελτίστης φύσεως εἰς τὸ ἄριστον B ἐπιτήδευμα, ὀλίγης καὶ ἄλλως γιγνομένης, ὡς ἡμεῖς φαμέν. καὶ ἐκ τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν καὶ οἱ τὰ μέγιστα κακὰ ἐργαζόμενοι τὰς πόλεις γίγνονται καὶ τοὺς ἰδιώτας, καὶ οἱ τἀγαθά, οἳ ἂν ταύτῃ τύχωσι ῥυέντες· σμικρὰ δὲ φύσις οὐδὲν μέγα οὐδέποτε οὐδένα οὔτε ἰδιώτην οὔτε πόλιν δρᾷ. Ἀληθέστατα, ἦ δ' ὅς. Οὗτοι μὲν δὴ οὕτως ἐκπίπτοντες, οἷς μάλιστα * προςήκει, ἔρημον καὶ ἀτελῆ φιλοσοφίαν λείποντες αὐτοί τε βίον οὐ προςήκοντα οὐδ' ἀληθῆ ζῶσι· τὴν δέ, ὥςπερ ὀρφανὴν ξυγγενῶν, ἄλλοι ἐπειςελθόντες ἀνάξιοι ᾔσχυνάν τε καὶ ὀνείδη περιῆψαν, οἷα καὶ σὺ φῂς ὀνειδίζειν τοὺς ὀνειδίζοντας ὡς οἱ ξυνόντες αὐτῇ οἱ μὲν οὐδενός, οἱ δὲ πολλοὶ πολλῶν κακῶν ἄξιοί εἰσιν. Καὶ γὰρ οὖν, ἔφη, τά γε λεγόμενα ταῦτα. Εἰκότως γ', ἦν δ' ἐγώ, λεγόμενα. καθορῶντες γὰρ *) ἄλλοι ἀνθρωπίσκοι κενὴν τὴν χώραν ταύτην γιγνομένην, καλῶν δὲ ὀνομάτων καὶ προσχημάτων * μεστήν, ὥςπερ οἱ ἐκ τῶν εἱργμῶν εἰς τὰ ἱερὰ ἀποδιδράσκοντες, ἄσμενοι καὶ οὗτοι ἐκ τῶν τεχνῶν ἐκπηδῶσιν εἰς τὴν φιλοσοφίαν, οἳ ἂν κομψότατοι ὄντες τυγχάνωσι περὶ τὸ αὑτῶν τεχνίον **)· ὅμως γὰρ δὴ πρός γε τὰς ἄλλας τέχνας καίπερ οὕτω πραττούσης φιλοσοφίας τὸ ἀξίωμα μεγαλοπρεπέστερον λείπεται, οὗ δὴ ἐφιέμενοι πολλοὶ ἀτελεῖς μὲν τὰς φύσεις, ὑπὸ δὲ τῶν τεχνῶν τε καὶ δημιουργιῶν ὥςπερ τὰ σώματα λελώβηνται, οὕτω καὶ τὰς * ψυχὰς ξυγκεκλασμένοι E τε καὶ ἀποτεθρυμμένοι διὰ τὰς βαναυσίας τυγχάνουσιν· ἢ οὐκ ἀνάγκη; Καὶ μάλα, ἔφη. Δοκεῖς οὖν τι, ἦν δ' ἐγώ, διαφέρειν αὐτοὺς ἰδεῖν ἀργύριον κτησαμένου χαλκέως φαλακροῦ καὶ σμικροῦ, νεωστὶ μὲν ἐκ δεσμῶν λελυμένου, ἐν βαλανείῳ δὲ λελουμένου, νεουργὸν ἱμάτιον ἔχοντος, ὡς νυμφίου παρεσκευασμένου, διὰ πενίαν καὶ ἐρημίαν τοῦ δεσπότου τὴν θυγατέρα μέλλοντος γαμεῖν; Οὐ * πάνυ, ἔφη, διαφέρει. Ποῖ' ἄττα οὖν 496 εἰκὸς γεννᾶν τοὺς τοιούτους; οὐ νόθα καὶ φαῦλα; Πολλὴ ἀνάγκη. Τί δέ; τοὺς ἀναξίους παιδεύσεως, ὅταν αὐτῇ πλη-

---

*) ἄλλ. γὰρ αὖ.
**) ἄλλ. αὐτῶν ἀεὶ τεχν.

dictum est. Haec igitur, inquam, praestantissime, pernicies et corruptio tanta ac talis optimae naturae ad optimum studium, raro praeterea exsistentis, ut nos affirmamus. et ex his quidem viris tam ii qui maxima mala inferunt civitatibus et privatis exsistunt, quam qui bona, si qui forte huc feruntur; pusilla vero natura nihil magni ulli umquam vel privato vel civitati praestat. Verissime, inquit. Hi igitur qui ita excidunt et philosophiam, ad quam maxime idonei sunt, desertam imperfectamque derelinquunt, ipsi vitam neque convenientem neque veram agunt, in illam vero, tamquam orbam cognatis, alii invadunt indigni, ignominia eam afficiunt probrumque inferunt, quod tu quoque ais ei obiectare qui dicant nonnullos qui ea utantur nihili, plurimos vero multis malis dignos esse. Sane quidem, inquit, haec solent dici. Et convenienter quidem, inquam, dicuntur. conspicientes enim alii homunculi vacuum hunc locum, pulchris vero nominibus et ornamentis plenum, quemadmodum qui e carceribus in templa confugiunt, ita etiam hi libenter ex artibus prosiliunt in philosophiam, quicumque scitissimi reperiuntur in sua quisque arte. etenim philosophiae, licet hac in causa sit, tamen, cum ceteris artibus collatae, dignitas relinquitur splendidior, quam iccirco multi appetunt qui imperfecta sunt natura, et quemadmodum artibus operisque corpus habent debilitatum, ita etiam animo sunt enervato et confracto propter illiberales quas factitarunt artes. Sane quidem, inquit. Censesne igitur, inquam, differre aliquid inter horum speciem et fabri ferrarii calvi et parvi qui, quum pecuniam comparaverit, recens e vinculis solutus et in balneo lautus novum amictum induat et ut sponsum se adornet, quippe domini pauperis ac solitarii filiam in matrimonium ducturus? Haud sane, inquit, aliquid differt. Quales vero probabile est liberos procreare huiusmodi homines? nonne adulterinos ac viles? Prorsus necesse est. Quid vero? qui indigni sunt eruditione, quando

σιάζοντες ὁμιλῶσι μὴ κατ᾽ ἀξίαν, ποῖ᾽ ἄττα φῶμεν γεννᾶν
διανοήματά τε καὶ δόξας; ἆρ᾽ οὐχ ὡς ἀληθῶς προςήκοντα
ἀκοῦσαι σοφίσματα, καὶ οὐδὲν γνήσιον οὐδὲ φρονήσεως ἄξιον
ἀληθινῆς *) ἐχόμενον; Παντελῶς μὲν οὖν, ἔφη. Πάνυ σμι-
κρὸν **) δή τι, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὦ Ἀδείμαντε, λείπεται τῶν κατ᾽
* ἀξίαν ὁμιλούντων φιλοσοφίᾳ, ἤπου ὑπὸ φυγῆς καταλη- B
φθὲν ***) γενναῖον καὶ εὖ τεθραμμένον ἦθος, ἀπορίᾳ τῶν
διαφθερούντων κατὰ φύσιν μεῖναν ἐπ᾽ αὐτῇ, ἢ ἐν σμικρᾷ πόλει
ὅταν μεγάλη ψυχὴ φυῇ καὶ ἀτιμάσασα τὰ τῆς πόλεως ὑπερίδῃ·
βραχὺ δέ πού τι καὶ ἀπ᾽ ἄλλης τέχνης δικαίως ἀτιμάσαν εὐφυὲς
ἐπ᾽ αὐτὴν ἂν ἔλθοι. εἴη δ᾽ ἂν καὶ ὁ τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου
Θεάγους χαλινὸς οἷος κατασχεῖν· καὶ γὰρ Θεάγει τὰ μὲν ἄλλα
πάντα παρεσκεύασται πρὸς τὸ * ἐκπεσεῖν φιλοσοφίας, ἡ δὲ C
τοῦ σώματος νοσοτροφία ἀπείργουσα αὐτὸν τῶν πολιτικῶν κα-
τέχει. τὸ δ᾽ ἡμέτερον οὐκ ἄξιον λέγειν, τὸ δαιμόνιον σημεῖον·
ἢ γάρ πού τινι ἄλλῳ ἢ οὐδενὶ τῶν ἔμπροσθεν γέγονε. καὶ
τούτων δὴ τῶν ὀλίγων οἱ γενόμενοι καὶ γευσάμενοι ὡς ἡδὺ
καὶ μακάριον τὸ κτῆμα, καὶ τῶν πολλῶν αὖ ἱκανῶς ἰδόντες
τὴν μανίαν, καὶ ὅτι οὐδεὶς οὐδὲν ὑγιὲς ὡς ἔπος εἰπεῖν περὶ τὰ
τῶν πόλεων πράττει, οὐδ᾽ ἔστι ξύμμαχος μεθ᾽ ὅτου τις ἰὼν
ἐπὶ * τὴν τῶν δικαίων βοήθειαν σώζοιτ᾽ ἄν, ἀλλ᾽ ὥςπερ εἰς D
θηρία ἄνθρωπος ἐμπεσών, οὔτε ξυναδικεῖν ἐθέλων οὔτε ἱκα-
νὸς ὢν εἷς πᾶσιν ἀγρίοις ἀντέχειν, πρίν τι τὴν πόλιν ἢ φίλους
ὀνῆσαι προαπολόμενος ἀνωφελὴς αὑτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἂν
γένοιτο, — ταῦτα πάντα λογισμῷ λαβὼν ἡσυχίαν ἔχων καὶ
τὰ αὑτοῦ πράττων, οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ
πνεύματος φερομένου ὑπὸ τειχίον ἀποστάς, ὁρῶν τοὺς ἄλλους
καταπιμπλαμένους ἀνομίας, ἀγαπᾷ εἴ πῃ αὐτὸς καθαρὸς ἀδι-
κίας τε * καὶ ἀνοσίων ἔργων τόν τε ἐνθάδε βίον βιώσεται καὶ E
τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτοῦ μετὰ καλῆς ἐλπίδος ἵλεώς τε καὶ εὐμενὴς
ἀπαλλάξεται. Ἀλλά τοι, ἦ δ᾽ ὅς, οὐ τὰ ἐλάχιστα ἂν * δια- 497
πραξάμενος ἀπαλλάττοιτο. Οὐδέ γε, εἶπον, τὰ μέγιστα, μὴ

---

*) ἴσ. φρονήσεως ἀληθινῆς.
**) ἄλλ. Πάνσμικρον.
***) ἴσ. καταλειφθέν.

τέον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἕξιν. Ἀμήχανον κάλλος, ἔφη, λέγεις,
εἰ ἐπιστήμην μὲν καὶ ἀλήθειαν παρέχει, αὐτὸ δ' ὑπὲρ ταῦτα
κάλλει ἐστίν· οὐ γὰρ δήπου σύ γε ἡδονὴν αὐτὸ λέγεις. Εὐφή-
μει, ἦν δ' ἐγώ· ἀλλ' ὧδε μᾶλλον τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἔτι ἐπι-
σκόπει. * Πῶς; Τὸν ἥλιον τοῖς ὁρωμένοις οὐ μόνον, οἶμαι, B
τὴν τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμιν παρέχειν φήσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν γένε-
σιν καὶ αὔξην καὶ τροφήν, οὐ γένεσιν αὐτὸν ὄντα. Πῶς γάρ;
Καὶ τοῖς γιγνωσκομένοις τοίνυν μὴ μόνον τὸ γιγνώσκεσθαι
φάναι ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναί τε καὶ τὴν
οὐσίαν ὑπ' ἐκείνου αὐτοῖς προςεῖναι, οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ
ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἔτι ἐπέκεινα τῆς οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει
ὑπερέχοντος. * Καὶ ὁ Γλαύκων μάλα γελοίως, Ἄπολλον, ἔφη, C

---

*) ἄλλ. διανοοῦ. ἴσ. αἰτίαν γ' ἐπιστήμης οὖσαν καὶ ἀληθείας, οὕτω δὲ κ.

quae cernuntur. Quomodo? inquit; adhuc explica mihi. Oculos, inquam, ſcis, ſi quis eos iam non ad ea convertat, quorum colores diurnus fulgor, ſed ad ea, quae nocturna lux exhibeat, hebeſcere et prope videri caecos eſſe, quaſi non inſit purus viſus. Admodum, inquit. Si vero, opinor, quae ſol colluſtrat, perſpicue cernunt, etiam in ipſis his oculis viſus, ut patet, ineſt. Quidni? Ita igitur etiam de animo ſtatue: ſi in id, quod veritas colluſtrat, defixus eſt, cogitat et cognoſcit et ratione praeditus videtur eſſe, ſin in id quod cum tenebris commixtum eſt, ortum et interitum habens, opinatur et hebeſcit ſurſum deorſum opiniones verſans rationisque videtur expers eſſe. Videtur vero. Hoc igitur quod veritatem praebet cognoſcendis et cognoſcenti facultatem tribuit boni ſpeciem exiſtima eſſe, effectricem ſcientiae et veritatis; his vero tam pulchris, cognitione et veritate, aliud etiam pulchrius recte exiſtimabis, nam ſicut ibi lucem et viſum ſolis quidem ſimilia haberi par eſt, ſolem vero exiſtimari non rectum, ita etiam boni ſimilia quidem utraque haberi rectum eſt, bonum autem alterutrum exiſtimari non rectum, ſed etiam pluris aeſtimanda eſt vis boni. Incredibilem, inquit, pulchritudinem dicis, ſi ſcientiam et veritatem praebet, ipſum vero has pulchritudine ſuperat; neque enim putandum te voluptatem dicere bonum eſſe. Di meliora! inquam; ita vero magis etiam eius imaginem intuere. Quomodo? Solem rebus ſub adſpectum cadentibus non ſolum, ut arbitror, eam vim dices tribuere ut cernantur, ſed etiam ortum et incrementum et alimentum, licet ipſe non ſit ortus. Quî tandem? Etiam rebus cognoſcendis non ſolum hoc ut cognoſcantur exiſtima a bono tribui, ſed etiam id afferri ut ſint et exſtent, licet bonum non ſit exſtans aliquid, ſed ſuperet etiam id quod exſtat dignitate ac potentia. Tum Glauco valde ridicule Medius fidius, inquit, admirabilis exſuperantia! Tu

δαιμονίας ὑπερβολῆς! Σὺ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, αἴτιος, ἀναγκάζων
τὰ ἐμοὶ δοκοῦντα περὶ αὐτοῦ λέγειν. Καὶ μηδαμῶς γ', ἔφη,
παύσῃ, εἰ μή τι, ἀλλὰ τὴν περὶ τὸν ἥλιον ὁμοιότητα αὖ διεξ-
ιών, εἴ πῃ ἀπολείπεις. Ἀλλὰ μήν, εἶπον, συχνά γε ἀπο-
λείπω. Μηδὲ σμικρὸν τοίνυν, ἔφη, παραλίπῃς. Οἶμαι μέν,
ἦν δ' ἐγώ, καὶ πολύ· ὅμως δέ, ὅσα γε ἐν τῷ παρόντι δυνατόν,
ἑκὼν οὐκ ἀπολείψω. Μὴ γάρ, ἔφη. * Νόησον τοίνυν, ἦν D
δ' ἐγώ, ὥσπερ λέγομεν, δύο αὐτὼ εἶναι, καὶ βασιλεύειν τὸ μὲν
νοητοῦ γένους τε καὶ τόπου, τὸ δ' αὖ ὁρατοῦ, ἵνα μὴ οὐρα-
νοῦ εἰπὼν δόξω σοι σοφίζεσθαι περὶ τὸ ὄνομα. ἀλλ' οὖν ἔχεις
ταῦτα διττὰ εἴδη, ὁρατόν, νοητόν; Ἔχω. Ὥσπερ τοίνυν
γραμμὴν δίχα τετμημένην λαβὼν ἂν ἴσα *) τμήματα, πάλιν
τέμνε ἑκάτερον τὸ τμῆμα ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τό τε τοῦ ὁρω-
μένου γένους καὶ τὸ τοῦ νοουμένου, καί σοι ἔσται σαφηνείᾳ
καὶ ἀσαφείᾳ πρὸς ἄλληλα **) ἐν μὲν τῷ ὁρωμένῳ τὸ μὲν ἕτερον
τμῆμα * εἰκόνες· λέγω δὲ τὰς εἰκόνας πρῶτον μὲν * τὰς σκιάς, E
ἔπειτα τὰ ἐν τοῖς ὕδασι φαντάσματα καὶ ἐν τοῖς ὅσα πυκνά τε 510
καὶ λεῖα καὶ φανὰ ξυνέστηκε, καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον, εἰ κατα-
νοεῖς. Ἀλλὰ κατανοῶ. Τὸ τοίνυν ἕτερον τίθει ᾧ τοῦτο ἔοικε,
τά τε περὶ ἡμᾶς ζῶα καὶ πᾶν τὸ φυτευτὸν καὶ τὸ σκευαστὸν
ὅλον γένος. Τίθημι, ἔφη. Ἦ καὶ ἐθέλοις ἂν αὐτὸ φάναι,
ἦν δ' ἐγώ, διῃρῆσθαι ἀληθείᾳ τε καὶ μή, ὡς τὸ δοξαστὸν πρὸς
τὸ γνωστόν, οὕτω τὸ ὁμοιωθὲν πρὸς τὸ ᾧ ὡμοιώθη; Ἔγωγ',
* ἔφη, καὶ μάλα. Σκόπει δὴ αὖ καὶ τὴν τοῦ νοητοῦ τομὴν B
ᾗ τμητέον. Πῇ; Ἧι τὸ μὲν αὐτοῦ τοῖς τότε τμηθεῖσιν ὡς
εἰκόσι χρωμένη ψυχὴ ζητεῖν ἀναγκάζεται ἐξ ὑποθέσεων, οὐκ
ἐπ' ἀρχὴν πορευομένη, ἀλλ' ἐπὶ τελευτήν, τὸ δ' αὖ ἕτερον τὸ
ἐπ' ἀρχὴν ***) ἀνυπόθετον ἐξ ὑποθέσεως ἰοῦσα καὶ ἄνευ τῶν
περὶ ἐκεῖνο εἰκόνων αὐτοῖς εἴδεσι δι' αὐτῶν τὴν μέθοδον ποι-
ουμένη. Ταῦτ', ἔφη, ἃ λέγεις, οὐχ ἱκανῶς ἔμαθον. Ἀλλ'

---

*) γρ. ἄνισα.

**) ἴσ. νοουμένου, σαφηνείᾳ καὶ ἀσαφείᾳ πρὸς ἄλληλα· καί σοι ἔσται ἐν μὲν τῷ ὁρωμένῳ κτλ.

***) ἴσ. τὸ δ' αὖ ἕτερον ἐπ' ἀρχήν.

enim, inquam, causam sustines, quum me coëgeris quae mihi de hoc viderentur dicere. Nequaquam vero, inquit, desinas, sed similitudinem saltem et comparationem cum sole persequere, si quid desideratur. Et multa quidem, respondi, desiderantur. Nec exiguum igitur, inquit, praetermitte. Arbitror quidem, inquam, multum me praetermissurum esse; attamen, quantum in praesentia potuero, mea sponte non praetermittam. Ne omittas, inquit. Cogita igitur, inquam, quemadmodum diximus, duo haec esse, et regnare unum in genere ac loco mente comprehendendo, alterum in loco sub adspectum cadente, ne caelum dicens videar tibi perplexe nomen ponere. tenesque igitur has duas species, adspectabilem, intelligibilem? Teneo vero. Igitur tamquam lineam sumens duas in partes easque aequales sectam, rursus seca utramque partem eadem ratione secundum perspicuitatem et obscuritatem; et in adspectabili genere una continebitur pars simulacris; dico autem simulacra primum umbras, deinde quae in aquis conspiciuntur omnibusque eis quae densa et levia lucidaque sunt ficta, et omnia generis eiusdem, si intelligis. Intelligo vero. Alterum iam pone id cui illud simile est, animalia nostra, omnes plantas et universum rerum fabricatarum genus. Pono vero, inquit. An etiam voles id dicere, inquam, distinctum veritate et contrario, ut, quomodo opinabile se habeat ad id quod cognosci possit, ita simulacrum ad id cuius similitudinem gerat? Ego vero, inquit, admodum. Considera iam intelligibilis quoque divisionem qua distinguendum. Quomodo? Unum eius genus est hoc quod animus tum divisis ut simulacris utens quaerere cogitur ex sumptionibus, non ad principium progrediens, sed ad finem, alterum est hoc quod quaerit e sumptione progrediens ad principium absolutum et simulacra quibus istic utitur relinquens, ipsas vero notiones adhibens per has iter suum conficit. Ista, inquit, quae dicis non satis percepi. Statim vero, inquam,

αὖθις *), ἦν δ' ἐγώ· ῥᾷον * γὰρ τούτων προειρημένων μα- C
θήσει. οἶμαι γάρ σε εἰδέναι ὅτι οἱ περὶ τὰς γεωμετρίας τε καὶ
λογισμοὺς καὶ τὰ τοιαῦτα πραγματευόμενοι, ὑποθέμενοι τό
τε περιττὸν καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὰ σχήματα καὶ γωνιῶν τριττὰ
εἴδη καὶ ἄλλα τούτων ἀδελφὰ καθ' ἑκάστην μέθοδον, ταῦτα
μὲν ὡς εἰδότες, ποιησάμενοι ὑποθέσεις αὐτά, οὐδένα λόγον οὔτε
αὐτοῖς οὔτε ἄλλοις ἔτι ἀξιοῦσι περὶ αὐτῶν διδόναι ὡς παντὶ
φανερῶν, ἐκ τούτων δ' ἀρχόμενοι τὰ * λοιπὰ ἤδη διεξιόντες D
τελευτῶσιν ὁμολογουμένως ἐπὶ τοῦτο οὗ ἂν ἐπὶ σκέψιν ὁρμή-
σωσιν. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, τοῦτό γε οἶδα. Οὐκοῦν καὶ ὅτι
τοῖς ὁρωμένοις εἴδεσι προσχρῶνται καὶ τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν
ποιοῦνται, οὐ περὶ τούτων διανοούμενοι, ἀλλ' ἐκείνων πέρι
οἷς ταῦτα ἔοικε, τοῦ τετραγώνου αὐτοῦ ἕνεκα τοὺς λόγους ποι-
ούμενοι καὶ διαμέτρου αὐτῆς, ἀλλ' οὐ ταύτης ἣν γράφουσι, καὶ
τἆλλα οὕτως, * αὐτὰ μὲν ταῦτα ἃ πλάττουσί τε καὶ γράφου- E
σιν, ὧν καὶ σκιαὶ καὶ ἐν ὕδασιν εἰκόνες εἰσί, τούτοις μὲν ὡς
εἰκόσιν αὖ χρώμενοι, ζητοῦντες δὲ **) αὐτὰ ἐκεῖνα ἰδεῖν ἃ οὐκ
ἂν ἄλλως ἴδοι τις * ἢ τῇ διανοίᾳ. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Τοῦτο 511
τοίνυν νοητοῦ μὲν τὸ εἶδος ἔλεγον, ὑποθέσεσι ***) δ' ἀναγ-
καζομένην ψυχὴν χρῆσθαι περὶ τὴν ζήτησιν αὐτοῦ, οὐκ ἐπ'
ἀρχὴν ἰοῦσαν, ὡς οὐ δυναμένην τῶν ὑποθέσεων ἀνωτέρω ἐκ-
βαίνειν, εἰκόσι δὲ χρωμένην αὐτοῖς τοῖς ὑπὸ τῶν κάτω ἀπει-
κασθεῖσι καὶ ἐκείνοις πρὸς ἐκεῖνα, ὡς ἐναργέσι, δεδοξασμένοις
τε καὶ τετιμημένοις †). Μανθάνω, ἔφη, ὅτι τὸ ὑπὸ * ταῖς B
γεωμετρίαις τε καὶ ταῖς ταύταις ἀδελφαῖς τέχναις λέγεις. Τὸ
τοίνυν ἕτερον μάνθανε τμῆμα τοῦ νοητοῦ λέγοντά με τοῦτο,
οὗ αὐτὸς ὁ λόγος ἅπτεται τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει, τὰς
ὑποθέσεις ποιούμενος οὐκ ἀρχάς, ἀλλὰ τῷ ὄντι ὑποθέσεις,
οἷον ἐπιβάσεις τε καὶ ὁρμάς, ἵνα μέχρι τοῦ ἀνυποθέτου ἐπὶ
τὴν τοῦ παντὸς ἀρχὴν ἰών, ἁψάμενος αὐτῆς, πάλιν αὖ ἐχό-
μενος τῶν ἐκείνης ἐχομένων, οὕτως ἐπὶ τελευτὴν καταβαίνῃ
αἰσθητῷ παντάπασιν οὐδενὶ προσχρώμενος * ἀλλ' εἴδεσιν αὐ- C
τοῖς δι' αὐτῶν εἰς αὐτά, καὶ τελευτᾷ εἰς εἴδη. Μανθάνω,
ἔφη, ἱκανῶς μὲν οὔ (δοκεῖς γάρ μοι συχνὸν ἔργον λέγειν), ὅτι

*) ἴσ. εὐθύς. **) γρ. τε. ***) ἴσ. ἐν μὲν εἶδος ἔλεγον τὸ ὑποθ. ἀναγκαζ. †) γρ. τετιμημένοις.

intelliges; facilius enim his ante dictis cognofces. etenim te arbitror fcire eos qui in geometria, numerandi arte talibusque verfentur, fumentes impar et par et figuras et angulorum tres fpecies et alia his fimilia in quaque demonftratione, haec quidem quafi perfpecta habeant pro fumptionibus ponere nec neceffe effe putare eorum rationem reddere neque fibimet ipfis neque aliis, quippe quae cuilibet perfpicua fint, ab his vero exordientes reliqua iam perfequi, et ex conceffis tandem ad id pervenire cuius inveftigationem inftituerint. Sane quidem, inquit, hoc fcio. Nonne etiam adfpectabilibus eos formis uti et verba de eis facere, non de his cogitantes, fed de eis quibus illae funt fimiles, quadrati ipfius caufa verba facientes et lineae ipfius diagonalis, non eius quam defcribunt, et reliqua fimiliter, his quidem ipfis quae fingunt ac defcribunt, quorum etiam umbrae exftant et in aquis fimulacra, tamquam imaginibus utentes, ipfa vero illa fpectare conantes quae non aliter quisquam fpectet nifi mente. Vera, inquit, dicis. Hanc igitur intelligibilis fpeciem dicebam, in qua inveftiganda animus cogeretur fumptionibus uti, non ad principium pergens, quippe qui non poffet ultra fumptiones progredi, fed imaginibus utens ipfis illis ad rerum inferiorum fimilitudinem defcriptis, quae ad illas pro evidentibus haberentur magnique aeftimarentur. Intelligo, inquit, te dicere, quae in geometria eique fimilibus artibus fiant. Alteram vero intelligibilis partem intellige me eam dicere, quam ipfa ratio attingat differendi facultate, fumptiones faciens non principia, fed revera fumptiones quafi adfcenfus et conatus, ut ad abfolutum omnium rerum principium progrediatur, et hoc quum attigerit rurfus apprehendens ex illo fuspenfa, ita ad finem defcendat, fenfibile omnino nihil adhibens, fed notiones ipfas per ipfas ad ipfas, defmensque in notionibus. Intelligo quidem, inquit, non fatis (videris enim mihi magnum opus

μέντοι βούλει διορίζειν σαφέστερον εἶναι τὸ ὑπὸ τῆς τοῦ διαλέγεσθαι ἐπιστήμης τοῦ ὄντος τε καὶ νοητοῦ θεωρούμενον, ἢ τὸ ὑπὸ τῶν τεχνῶν καλουμένων, αἷς αἱ ὑποθέσεις ἀρχαὶ, καὶ διανοίᾳ μὲν ἀναγκάζονται, ἀλλὰ μὴ αἰσθήσεσιν αὐτὰ θεᾶσθαι οἱ θεώμενοι, διὰ δὲ τὸ μὴ ἐπ' ἀρχὴν ἀνελθόντας σκοπεῖν, D ἀλλ' ἐξ ὑποθέσεων, νοῦν οὐκ ἴσχειν περὶ αὐτὰ δοκοῦσί σοι, καίτοι νοητῶν ὄντων μετὰ ἀρχῆς. διάνοιαν δὲ δοκεῖς μοι καλεῖν *) τὴν τῶν γεωμετρικῶν τε καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἕξιν, ἀλλ' οὐ νοῦν, ὡς μεταξύ τι δόξης τε καὶ νοῦ τὴν διάνοιαν οὖσαν. Ἱκανώτατα, ἦν δ' ἐγώ, ἀπεδέξω. καί μοι ἐπὶ τοῖς τέτταρσι τμήμασι τέτταρα ταῦτα παθήματα ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενα λαβέ, νόησιν μὲν ἐπὶ τῷ ἀνωτάτω, διάνοιαν δὲ ἐπὶ τῷ E δευτέρῳ, τῷ τρίτῳ δὲ πίστιν ἀπόδος καὶ τῷ τελευταίῳ εἰκασίαν· καὶ τάξον αὐτὰ ἀνὰ λόγον, ὥσπερ ἐφ' οἷς ἔστιν ἀληθείας μετέχειν, οὕτω ταῦτα σαφηνείας ἡγησάμενος μετέχειν. Μανθάνω, ἔφη, καὶ ξυγχωρῶ καὶ τάττω ὡς λέγεις.

*) γρ. καλεῖν μοι δοκεῖς.

dicere), hoc tamen percipio te velle declarare dilucidiorem esse veri et intelligibilis indagationem quae disserendi arte peragatur, quam quae artibus ita dictis, in quibus sumptiones sint principia, et mente quidem cogantur, non sensibus res indagare ii qui indagent, propterea vero quod non ad principium adscendentes investigent, sed e sumptionibus, nullam earum intelligentiam tibi videntur habere, licet intelligi possint cum principio. ratiocinationem vero vocare mihi videris geometrarum similiumque affectionem, non intelligentiam, quippe inter opinionem et intelligentiam mediam esse ratiocinationem. Optime, inquam, accepisti. atque mihi in quattuor illas partes quattuor has animi affectiones percipe, intelligentiam in supremum, ratiocinationem in secundum, tertio fidem tribue et postremo coniecturam; et pone eas pro portione, statuens, quemadmodum ea ad quae pertineant verum assequantur, ita etiam has evidentiam habere. Intelligo, inquit, et concedo et pono ut dicis.

Z.

Μετὰ ταῦτα δή, εἶπον, ἀπείκασον τοιούτῳ πάθει τὴν ἡμε- 514
τέραν φύσιν παιδείας τε πέρι καὶ ἀπαιδευσίας. ἰδὲ γὰρ ἀνθρώ-
πους οἷον ἐν καταγείῳ οἰκήσει σπηλαιώδει, ἀναπεπταμένην
πρὸς τὸ φῶς τὴν εἴςοδον ἐχούσῃ μακρὰν παρ' ἅπαν τὸ σπή-
λαιον, ἐν ταύτῃ ἐκ παίδων ὄντας ἐν δεσμοῖς καὶ τὰ σκέλη καὶ
τοὺς αὐχένας, ὥςτε μένειν τε αὐτοὺς εἴς τε * τὸ πρόσθεν μόνον B
ὁρᾶν, κύκλῳ δὲ τὰς κεφαλὰς ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἀδυνάτους πε-
ριάγειν, φῶς δὲ αὐτοῖς πυρὸς ἄνωθεν καὶ πόῤῥωθεν καόμενον
ὄπισθεν αὐτῶν, μεταξὺ δὲ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν δεσμωτῶν ἐπάνω
ὁδόν, παρ' ἣν ἰδὲ τειχίον παρῳκοδομημένον, ὥςπερ τοῖς θαυ-
ματοποιοῖς πρὸ τῶν ἀνθρώπων πρόκειται τὰ παραφράγματα
ὑπὲρ ὧν τὰ θαύματα δεικνύασιν. Ὁρῶ, ἔφη. Ὅρα τοίνυν
παρὰ τοῦτο τὸ τειχίον φέροντας ἀνθρώπους σκεύη τε παντοδα-
πὰ ὑπερέχοντα τοῦ τειχίου καὶ ἀνδριάντας * καὶ ἄλλα ζῶα λί- 515
θινά τε καὶ ξύλινα καὶ παντοῖα εἰργασμένα, οἷον εἰκός, τοὺς
μὲν φθεγγομένους, τοὺς δὲ σιγῶντας τῶν παραφερόντων. Ἄτο-
πον, ἔφη, λέγεις εἰκόνα καὶ δεσμώτας ἀτόπους. Ὁμοίους ἡμῖν,
ἦν δ' ἐγώ· τοὺς γὰρ τοιούτους πρῶτον μὲν ἑαυτῶν τε καὶ ἀλ-
λήλων οἴει ἄν τι ἑωρακέναι ἄλλο, πλὴν τὰς σκιὰς τὰς ὑπὸ τοῦ
πυρὸς εἰς τὸ καταντικρὺ αὐτῶν τοῦ σπηλαίου προςπιπτούσας;
Πῶς γάρ, ἔφη, εἰ ἀκινήτους γε τὰς κεφαλὰς ἔχειν ἠναγκασμέ-
νοι * εἶεν διὰ βίου; Τί δὲ τῶν παραφερομένων; οὐ ταὐτὸν B

VII.

Iam deinceps, inquam, hac similitudine exprime naturam nostram doctrina excultam et non excultam. cogita enim homines tamquam in subterranea habitatione speluncae simili, apertum ad lucem versus introitum habente porrectum per totum antrum; in hac illos a pueris esse vinctis cruribus atque cervicibus, ita ut maneant ibi et ante tantum videant, caput vero propter vincula nequeant circumferre; lucem porro ignis desuper ac procul eis splendere a tergo, et inter ignem ac vinctos interiectam esse supra viam, quam iuxta cogita maceriam exstructam, quemadmodum praestigiatoribus ante spectatores praeposita sunt plutea super quibus praestigias ostendunt. Cogito, inquit. Cogita igitur iuxta hancce maceriam homines ferre vasa omnis generis super maceriam exstantia et statuas aliasque imagines lapideas et ligneas varieque confectas, ut par est, aliis qui illas iuxta portant loquentibus, aliis silentibus. Admirabilem, inquit, profers similitudinem vinctosque admirabiles. Similes nobis, inquam, tales enim primum de semet ipsis et inter se censesne aliud quid vidisse praeter umbras ab igne in adversam speluncae partem incidentes? Quî enim, inquit, si immobilia coacti sunt capita habere in omni vita? Quid vero de rebus quae iuxta portan-

τοῦτο; Τί μήν; Εἰ οὖν διαλέγεσθαι οἷοί τ' εἶεν πρὸς ἀλλή-
λους, οὐ ταῦτα ἡγεῖ ἂν τὰ παριόντα *) αὐτοὺς νομίζειν ὀνο-
μάζειν ἅπερ ὁρῷεν; Ἀνάγκη. Τί δ'; εἰ καὶ ἠχὼ τὸ δεσμω-
τήριον ἐκ τοῦ καταντικρὺ ἔχοι, ὁπότε τις τῶν παριόντων φθέγ-
ξαιτο, οἴει ἂν ἄλλο τι αὐτοὺς ἡγεῖσθαι τὸ φθεγγόμενον, ἢ
τὴν παριοῦσαν σκιάν; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφη. Παντάπασι
δή, ἦν δ' ἐγώ, οἱ * τοιοῦτοι οὐκ ἂν ἄλλο τι νομίζοιεν τὸ ἀλη- C
θὲς ἢ τὰς τῶν σκευαστῶν σκιάς. Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Σκό-
πει δή, ἦν δ' ἐγώ, αὐτῶν λύσιν τε καὶ ἴασιν τῶν τε δεσμῶν
καὶ τῆς ἀφροσύνης, οἷα τις ἂν εἴη, εἰ φύσει τοιάδε ξυμβαί-
νοι αὐτοῖς· ὁπότε τις λυθείη καὶ ἀναγκάζοιτο ἐξαίφνης ἀνί-
στασθαί τε καὶ περιάγειν τὸν αὐχένα καὶ βαδίζειν καὶ πρὸς τὸ
φῶς ἀναβλέπειν, πάντα δὲ ταῦτα ποιῶν ἀλγοῖ τε καὶ διὰ τὰς
μαρμαρυγὰς ἀδυνατοῖ καθορᾷν ἐκεῖνα ὧν * τότε τὰς σκιὰς D
ἑώρα, τί ἂν οἴει αὐτὸν εἰπεῖν, εἴ τις αὐτῷ λέγοι ὅτι τότε μὲν
ἑώρα φλυαρίας, νῦν δὲ μᾶλλόν τι ἐγγυτέρω τοῦ ὄντος καὶ πρὸς
μᾶλλον ὄντα τετραμμένος ὀρθότερα βλέπει, καὶ δὴ καὶ ἕκαστον
τῶν παριόντων δεικνὺς αὐτῷ ἀναγκάζοι ἐρωτῶν ἀποκρίνεσθαι
ὅ τι ἔστιν; οὐκ οἴει αὐτὸν ἀπορεῖν τε ἂν καὶ ἡγεῖσθαι τὰ τότε
ὁρώμενα ἀληθέστερα ἢ τὰ νῦν δεικνύμενα; Πολύ γ', ἔφη.
Οὐκοῦν κἂν εἰ πρὸς αὐτὸ τὸ φῶς ἀναγκάζοι αὐτὸν * βλέπειν, E
ἀλγεῖν τε ἂν τὰ ὄμματα καὶ φεύγειν ἀποστρεφόμενον πρὸς ἐκεῖνα
ἃ δύναται καθορᾷν, καὶ νομίζειν ταῦτα τῷ ὄντι σαφέστερα
τῶν δεικνυμένων; Οὕτως, ἔφη. Εἰ δ', ἦν δ' ἐγώ, ἐντεῦθεν
ἕλκοι τις αὐτὸν βίᾳ διὰ τραχείας τῆς ἀναβάσεως καὶ ἀνάντους,
καὶ μὴ ἀνείη πρὶν ἐξελκύσειεν εἰς τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἆρα οὐχὶ
ὀδυνᾶσθαί τε ἂν καὶ ἀγανακτεῖν ἑλκόμενον, καὶ ἐπειδὴ πρὸς
τὸ φῶς * ἔλθοι, αὐγῆς ἂν ἔχοντα τὰ ὄμματα μεστὰ ὁρᾷν οὐδ' 516
ἂν ἓν δύνασθαι τῶν νῦν λεγομένων ἀληθῶν; Οὐ γὰρ ἄν, ἔφη,
ἐξαίφνης γε. Ξυνηθείας δή, οἶμαι, δέοιτ' ἄν, εἰ μέλλοι τὰ

*) γρ. παρόντα.

tur? nonne eadem earum ratio est? Quidni? Quodsi colloqui inter se possent, nonne censes eos res praeterlatas arbitraturos esse nominandas quas viderent? Necesse est. Quid vero? si etiam imaginem voci resonantem ex adversa parte carcer haberet, quotiescumque quis praetereuntium loqueretur, putas aliud quid eos existimaturos esse id quod loqueretur praeter praetereuntem umbram? Haudquaquam hercle ego, inquit. Omnino igitur, inquam, huiusmodi homines nihil aliud existimaturi essent verum nisi rerum fabricatarum umbras. Prorsus necesse est. Considera igitur, inquam, eorum liberationem sanationemque et vinculorum et insipientiae, qualis futura sit, si revera haec eis contingat: quotiescumque aliquis liberetur et cogatur subito surgere et cervicem circumferre et ambulare et in lucem intueri, omnia autem haec faciens dolores sentiat et propter splendorem nequeat adspicere ea quorum tum umbras viderit, quid censes eum dicturum esse, si quis ei significaverit tunc eum vidisse inania, nunc autem multo propius a vero et ad id quod multo magis sit conversum rectius videre, atque etiam rem quamque earum quae praetereant ostendens ei coëgerit interrogando respondere quaenam sit? nonne putas eum haesitaturum esse atque arbitraturum quae tunc viderit veriora esse quam quae nunc ostendantur? Longe vero, inquit. Nonne etiam, si in ipsam lucem coëgerit eum inspicere, fore ut oculi doleant ipseque aversus fugiat ad illa quae possit intueri, et haec existimet vere dilucidiora quam quae ostendantur? Ita, inquit. Iam si, inquam, istinc quispiam eum vi trahat per asperum adscensum atque acclivem nec dimittat priusquam eum protraxerit in solis lucem, nonne eum censes cruciari aegreque trahi, et quum ad solem pervenerit, luce habentem oculos plenos nihil omnino videre posse eorum quae nunc dicantur vera? Sane non, inquit, subito. Consuetudine videlicet, inquam,

ἄνω ὄψεσθαι, καὶ πρῶτον μὲν τὰς σκιὰς ἂν ῥᾷστα καθορῴη, καὶ μετὰ τοῦτο ἐν τοῖς ὕδασι τά τε τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰ τῶν ἄλλων εἴδωλα, ὕστερον δὲ αὐτά· ἐκ δὲ τούτων τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν νύκτωρ ἂν ῥᾷον θεάσαιτο, προσβλέπων τὸ τῶν ἄστρων τε καὶ * τῆς σελήνης φῶς, ἢ μεθ' ἡμέ- B
ραν τὸν ἥλιόν τε καὶ τὸ τοῦ ἡλίου. Πῶς δ' οὔ; Τελευταῖον δή, οἶμαι, τὸν ἥλιον, οὐκ ἐν ὕδασιν οὐδ' ἐν ἀλλοτρίᾳ ἕδρᾳ φαντάσματα αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸν καθ' αὑτὸν ἐν τῇ αὑτοῦ χώρᾳ δύναιτ' ἂν κατιδεῖν καὶ θεάσασθαι οἷός ἐστιν. Ἀναγκαῖον, ἔφη. Καὶ μετὰ ταῦτ' ἂν ἤδη ξυλλογίζοιτο περὶ αὐτοῦ ὅτι οὗτος ὁ τάς τε ὥρας παρέχων καὶ ἐνιαυτοὺς καὶ πάντα ἐπιτροπεύων τὰ ἐν τῷ ὁρωμένῳ τόπῳ, καὶ ἐκείνων ὧν * σφεῖς ἑώρων C
τρόπον τινὰ πάντων αἴτιος. Δῆλον, ἔφη, ὅτι ἐπὶ ταῦτα ἂν μετ' ἐκεῖνα ἔλθοι. Τί οὖν; ἀναμιμνῃσκόμενον αὐτὸν τῆς πρώτης οἰκήσεως καὶ τῆς ἐκεῖ σοφίας καὶ τῶν τότε ξυνδεσμωτῶν οὐκ ἂν οἴει ἑαυτὸν μὲν εὐδαιμονίζειν τῆς μεταβολῆς, τοὺς δ' ἐλεεῖν; Καὶ μάλα. Τιμαὶ δὲ καὶ ἔπαινοι εἴ τινες αὐτοῖς ἦσαν τότε παρ' ἀλλήλων καὶ γέρα τῷ ὀξύτατα καθορῶντι τὰ παριόντα, καὶ μνημονεύοντι μάλιστα ὅσα τε πρότερα αὐτῶν καὶ * ὕστερα εἰώθει καὶ ἅμα πορεύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων δὴ δυνα- D
τώτατα ἀπομαντευομένῳ τὸ μέλλον ἥξειν, δοκεῖς ἂν αὐτὸν ἐπιθυμητικῶς αὐτῶν ἔχειν καὶ ζηλοῦν τοὺς παρ' ἐκείνοις τιμωμένους τε καὶ ἐνδυναστεύοντας, ἢ τὸ τοῦ Ὁμήρου ἂν πεπονθέναι καὶ σφόδρα βούλεσθαι ἐπάρουρον ἐόντα θητευέμεν ἄλλῳ ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ καὶ ὁτιοῦν ἂν πεπονθέναι μᾶλλον, ἢ ἐκεῖνά τε δοξάζειν καὶ ἐκείνως ζῆν; Οὕτως, * ἔφη, ἔγωγε E
οἶμαι πᾶν μᾶλλον πεπονθέναι ἂν δέξασθαι, ἢ ζῆν ἐκείνως. Καὶ τόδε δὴ ἐννόησον, ἦν δ' ἐγώ· εἰ πάλιν ὁ τοιοῦτος καταβὰς εἰς τὸν αὐτὸν θᾶκον καθίζοιτο, ἆρ' οὐ σκότους ἀνάπλεως σχοίη τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαίφνης ἥκων ἐκ τοῦ ἡλίου; Καὶ μάλα γ', ἔφη. Τὰς δὲ δὴ σκιὰς ἐκείνας πάλιν εἰ δέοι αὐτὸν γνωματεύοντα διαμιλλᾶσθαι τοῖς ἀεὶ δεσμώταις ἐκείνοις, ἐν ᾧ ἀμβλυώττοι * πρὶν καταστῆναι τὰ ὄμματα (οὗτος δ' ὁ χρόνος μὴ 517
πάνυ ὀλίγος εἴη τῆς ξυνηθείας), ἆρ' οὐ γέλωτ' ἂν παράσχοι

opus ei erit, ſi ſuperiora ſit ſpectaturus; ac primum quidem umbras facillime intuebitur, deinde in aquis hominum ceterarumque rerum ſimulacra, et poſt ipſas; tum res caeleſtes ipſumque caelum noctu facillime ſpectabit, ſtellarum ac lunae intuens lumen, vel interdiu ſolem eiusque fulgorem. Quidni? Tandem, opinor, ſolem, non in aquis nec alieno in loco eius ſimulacra, ſed ipſum per ſe in ipſius loco poterit intueri atque ſpectare qualis ſit. Neceſſe eſt, inquit. Et dein iam concludet hunc eſſe qui anni tempora praebeat et annos omniaque adminiſtret in loco adſpectabili et ea quae ante viderint ſui quodammodo omnia efficiat. Patet, inquit, eum ad haec poſt illa perventurum eſſe. Quid iam? ſi recordetur primae habitationis ibique regnantis ſapientiae et eorum qui tum vincti cum ipſo fuerint, nonne eum cenſes felicem ſe exiſtimaturum propter converſionem, illis vero miſericordiam eſſe tributurum? Sane quidem. Honores vero et laudes ſi quae ipſis erant tum inter ſe et praemia acutiſſime cernenti res praetereuntes et recordanti maxime quaenam earum prius et ſerius ſolitae eſſent ſimulque proficiſci, et ex his optime coniicienti quid eſſet venturum, num cenſes fore ut appetat illa et felices exiſtimet eos qui apud illos honorentur et principatum teneant, an, quemadmodum eſt apud Homerum, admodum cupiat *ſe in agro degentem alii viro ſervire pauperi* et quidvis potius pati, quam illa opinari illaque ratione vivere? Ita, inquit, equidem arbitror fore ut omnia potius velit perpeti, quam vivere illa ratione. Atque hoc quoque cogita, inquam: ſi rurſus talis deſcendat eademque in ſede conſidat, nonne tenebris oppletos habeat oculos ſubito reverſus e ſole? Sane quidem, inquit. Iam umbras illas rurſus ſi oporteat eum diiudicantem contendere cum illis ſemper vinctis, nonne, quamdiu obtuſa ſit oculorum acies neque dum reſtituta (tempus autem, ut ad conſuetudinem redeat, non ita breve requiritur) riſui ſit, et dicatur, poſt-

καὶ λέγοιτο ἂν περὶ αὐτοῦ ὡς ἀναβὰς ἄνω διεφθαρμένος ἥκει
τὰ ὄμματα, καὶ ὅτι οὐκ ἄξιον οὐδὲ πειρᾶσθαι ἄνω ἰέναι; καὶ
τὸν ἐπιχειροῦντα λύειν τε καὶ ἀνάγειν, εἴ πως ἐν ταῖς χερσὶ
δύναιντο λαβεῖν καὶ ἀποκτείνειν, ἀποκτιννύναι; Σφόδρα γ' *),
ἔφη. Ταύτην τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὴν εἰκόνα, ὦ φίλε Γλαύ-
κων, προσαπτέον ἅπασαν τοῖς ἔμπροσθεν * λεγομένοις, τὴν B
μὲν δι' ὄψεως φαινομένην ἕδραν τῇ τοῦ δεσμωτηρίου οἰκήσει
ἀφομοιοῦντα, τὸ δὲ τοῦ πυρὸς ἐν αὐτῇ φῶς τῇ τοῦ ἡλίου δυ-
νάμει· τὴν δὲ ἄνω ἀνάβασιν καὶ θέαν τῶν ἄνω τὴν εἰς τὸν νοη-
τὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἄνοδον τιθεὶς οὐχ ἁμαρτήσει τῆς γ' ἐμῆς
ἐλπίδος, ἐπειδὴ ταύτης ἐπιθυμεῖς ἀκούειν· θεὸς δέ που οἶδεν
εἰ ἀληθὴς οὖσα τυγχάνει. τὰ δ' οὖν ἐμοὶ φαινόμενα οὕτω φαί-
νεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις
ὁρᾶσθαι, ὀφθεῖσα δὲ * ξυλλογιστέα εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάν- C
των αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία, ἔν τε ὁρατῷ φῶς καὶ τὸν
τούτου κύριον τεκοῦσα ἔν τε νοητῷ αὐτὴ κυρία ἀλήθειαν καὶ
νοῦν παρασχομένη, καὶ ὅτι δεῖ ταύτην ἰδεῖν τὸν μέλλοντα ἐμ-
φρόνως πράξειν ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ. Ξυνοίομαι, ἔφη, καὶ ἐγώ,
ὅν γε δὴ τρόπον δύναμαι. Ἴθι δὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ
τόδε ξυνοιήθητι καὶ μὴ θαυμάσῃς, ὅτι οἱ ἐνταῦθα ἐλθόντες
οὐκ ἐθέλουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων πράττειν, ἀλλ' ἄνω ἀεὶ ἐπεί-
γονται * αὐτῶν αἱ ψυχαὶ διατρίβειν· εἰκὸς γάρ που οὕτως, D
εἴπερ αὖ κατὰ τὴν προειρημένην εἰκόνα ταῦτ' **) ἔχει. Εἰκὸς
μέντοι, ἔφη. Τί δέ; τόδε οἴει τι θαυμαστόν, εἰ ἀπὸ θείων,
ἦν δ' ἐγώ, θεωριῶν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπειά τις ἐλθὼν κακὰ ἀσχη-
μονεῖ τε καὶ φαίνεται σφόδρα γελοῖος ἔτι ἀμβλυώττων καί, πρὶν
ἱκανῶς ξυνήθης γενέσθαι τῷ παρόντι σκότῳ, ἀναγκαζόμενος
ἐν δικαστηρίοις ἢ ἄλλοθί που ἀγωνίζεσθαι περὶ τῶν τοῦ δι-
καίου σκιῶν ἢ ἀγαλμάτων ὧν αἱ σκιαί, καὶ διαμιλλᾶσθαι περὶ
τούτου ὅπῃ ποτὲ * ὑπολαμβάνεται ταῦτα ὑπὸ τῶν αὐτὴν δι- E
καιοσύνην μὴ πώποτε ἰδόντων; Οὐδ' ὁπωστιοῦν θαυμαστόν,
ἔφη. Ἀλλ' εἰ νοῦν γε ἔχοι τις, * ἦν δ' ἐγώ, μέμνητ' ***) 518

*) γρ. ἀποκτιννύναι; Ἀποκτιννύναι ἂν σφόδρα γ'. ἄλλ. ἀποκτιννύναι ἄν; Σφόδρα γ'. ἴσ. κἂν ἀποκτείνειαν; Σφόδρα γ'.

**) ἄλλ. τοῦτ'.

***) γρ. μεμνῇτ'.

quam adſcenderit, corruptis rediſſe oculis, et ne conandum quidem eſſe ſurſum meare? et nonne etiam eum qui tentet eos ſolvere ſurſumque ducere, ſi manibus eum poſſint capere et interficere, interficiant? Admodum, inquit. Haec igitur, inquam, ſimilitudo, o care Glauco, adiungenda eſt tota eis quae ſupra dicta ſunt, ita ut ſedem ſub adſpectum cadentem cum carcere comparemus, et ignis in eo lumen cum ſolis vi; adſcenſum vero et rerum ſuperarum ſpectationem animi eſſe in locum intelligibilem adſcenſum ponens haud aberrabis a ſententia mea, quoniam hanc audire cupis; deus autem ſciverit an vera ſit. quae igitur mihi videntur, haec ſunt, in loco intelligibili ſupremam eſſe boni ſpeciem, vix adſpectabilem, conſpecta autem ſi fuerit, colligendum eſſe omnibus omnium hanc eſſe rectorum ac pulchrorum cauſam, in loco adſpectabili lucem eiusque auctorem procreantem, in loco autem intelligibili ſua ipſam vi veritatem ac rationem praebentem, hancque oportere eum ſpectare qui velit ſapienter agere vel privatim vel publice. Eiusdem, inquit, ego adiutor ſum ſententiae quam maxime poſſum. Agedum, inquam, huic quoque te adſcribe ſententiae nec mirere eos qui huc venerint nolle res humanas tractare, ſed ſurſum ſemper tendere eorum animos ut in his otium conſumant; conſentaneum eſt enim hoc, ſiquidem ſimilitudini ante prolatae hoc quoque reſpondet. Conſentaneum vero, inquit. Quid vero? hoc exiſtimas admirabile, ſi quis a divinis, inquam, contemplationibus ad humana perveniens mala inepte ſe gerat et videatur admodum ridiculus eſſe adhuc hebetatus et, prius quam ſatis adſuetus fuerit praeſentibus tenebris, coactus in iudiciis vel alibi certare de iuſti umbris vel imaginibus has umbras reddentibus et contendere de hoc, quomodo ſtatuant de illis ii qui ipſam numquam iuſtitiam viderint? Minime vero admirabile, inquit. At ſi quis ſapiat, inquam, recordetur duplices eſſe et e du-

ἂν ὅτι διτταὶ καὶ ἀπὸ διττῶν γίγνονται *) ἐπιταράξεις ὄμμασιν,
ἔκ τε φωτὸς εἰς σκότος μεθισταμένων καὶ ἐκ σκότους εἰς φῶς·
ταὐτὰ δὲ ταῦτα νομίσας γίγνεσθαι καὶ περὶ ψυχήν, ὁπότε ἴδοι
θορυβουμένην τινὰ καὶ ἀδυνατοῦσάν τι καθορᾶν, οὐκ ἂν ἀλο-
γίστως γελῴη, ἀλλ' ἐπισκοποῖ ἂν πότερον ἐκ φανοτέρου βίου
ἥκουσα ὑπὸ ἀηθείας ἐσκότωται, ἢ ἐξ ἀμαθίας πλείονος εἰς
φανότερον * ἰοῦσα ὑπὸ λαμπροτέρου μαρμαρυγῆς ἐμπέπλησται, B
καὶ οὕτω δὴ τὴν μὲν εὐδαιμονίσειεν ἂν τοῦ πάθους τε καὶ βίου,
τὴν δὲ ἐλεήσειεν, καὶ εἰ γελᾶν ἐπ' αὐτῇ βούλοιτο, ἧττον ἂν
καταγέλαστος ὁ γέλως αὐτῷ εἴη, ἢ ὁ ἐπὶ τῇ ἄνωθεν ἐκ φωτὸς
ἡκούσῃ. Καὶ μάλα, ἔφη, μετρίως λέγεις. Δεῖ δή, εἶπον,
ἡμᾶς τοιόνδε νομίσαι περὶ αὐτῶν, εἰ ταῦτα ἀληθῆ, τὴν παι-
δείαν οὐχ, οἵαν τινὲς ἐπαγγελλόμενοί φασιν εἶναι, τοιαύτην
καὶ εἶναι· φασὶ δέ που οὐκ ἐνούσης * ἐν τῇ ψυχῇ ἐπιστήμης C
σφεῖς ἐντιθέναι, οἷον τυφλοῖς ὀφθαλμοῖς ὄψιν ἐντιθέντες.
Φασὶ γὰρ οὖν, ἔφη. Ὁ δέ γε νῦν λόγος, ἦν δ' ἐγώ, σημαί-
νει ταύτην τὴν ἐνοῦσαν ἑκάστῳ **) δύναμιν ἐν τῇ ψυχῇ καὶ τὸ
ὄργανον ᾧ καταμανθάνει ἕκαστος, οἷον εἰ ὄμμα μὴ δυνατὸν
ἦν ἄλλως ἢ ξὺν ὅλῳ τῷ σώματι στρέφειν πρὸς τὸ φανὸν ἐκ τοῦ
σκοτώδους, οὕτω ξὺν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐκ τοῦ γιγνομένου περια-
κτέον εἶναι, ἕως ἂν εἰς τὸ ὂν καὶ τοῦ ὄντος τὸ φανότατον δυ-
νατὴ γένηται ἀνασχέσθαι θεωμένη· τοῦτο δ' εἶναί φαμεν * τἀ- D
γαθόν· ἦ γάρ; Ναί. Τούτου τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, * αὐτοῦ
τέχνη ἂν εἴη, τῆς περιαγωγῆς, τίνα τρόπον ὡς ῥᾷστά τε καὶ
ἀνυσιμώτατα μεταστραφήσεται, οὐ τοῦ ἐμποιῆσαι αὐτῷ τὸ
ὁρᾶν, ἀλλ' ὡς ἔχοντι μὲν αὐτό, οὐκ ὀρθῶς δὲ τετραμμένῳ
οὐδὲ βλέποντι οἷ ἔδει τοῦτο δὴ μηχανήσασθαι ***). Ἔοικε γάρ,
ἔφη. Αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυ-
νεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τῶν τοῦ σώματος (τῷ ὄντι γὰρ οὐκ
ἐνοῦσαι πρότερον ὕστερον * ἐμποιεῖσθαι ἔθεσί τε καὶ ἀσκήσε- E
σιν), ἡ δὲ τοῦ φρονῆσαι παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγ-
χάνει, ὡς ἔοικεν, οὖσα, ὃ τὴν μὲν δύναμιν οὐδέποτε ἀπόλλυ-

*) γρ. γίγνοιντ' ἄν.
**) γρ. ἑκάστου.
***) γρ. τοῦτο διαμηχανήσασθαι.

plicibus rebus exsistentes perturbationes oculorum, si e luce in tenebras transeant et e tenebris in lucem, eadem haec arbitrans usu venire etiam animo, quando viderit perturbatum aliquem nec valentem ad spectandum quicquam, non inconsiderate ridebit, sed anquiret, utrum e lucidiore vita veniens propter insolentiam occaecatus sit, an ab insipientia maiore ad lucidiorem progressus splendidiore fulgore oppletus sit, et ita videlicet hunc felicem existimabit propter affectionem ac vitam, illius vero miserebitur, et si forte ridere eum voluerit, minus ridiculus eius risus de hoc erit quam de eo qui desuper e luce venerit. Admodum, inquit, recte dicis. Oportet igitur, inquam, nos ita statuere de eis, si haec vera sunt, disciplinam non, qualem quidam profitentes dicant esse, talem etiam esse; dicunt autem se scientiam quae in animo non insit iniicere, tamquam caecis oculis visum iniicientes. Dicunt vero, inquit. Ea autem quae nunc habetur oratio, inquam, declarat hanc quae in cuiusque animo insit facultatem et instrumentum quo quisque percipiat, velut si oculus non posset aliter nisi toto cum corpore converti ad lucidum e tenebricoso, ita toto cum animo ex eo quod gignatur circumferenda esse, dum ad verum splendidissimamque veri naturam possit attolli contemplans; hoc autem esse dicimus bonum; nonne? Ita. Huius igitur, inquam, conversionis ars erit disciplina, hoc ipsum spectans, quomodo quam facillime maximoque cum profectu circumferri possit oculus, non ut iniiciat ei visum, sed potius ut ei habenti quidem hunc, non recte autem converso neque spectanti quo oporteat omni studio succurrat. Consentaneum vero est, inquit. Atque ceterae quidem virtutes quae dicuntur animi videntur propius fere abesse a corporis facultatibus (revera enim quum ante non insint post iniici consuetudine et exercitatione), intelligentiae autem vis omnino divinior quaedam est ut patet, quae facultatem quidem numquam amittit, con-

σιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιαγωγῆς χρήσιμόν τε καὶ ὠφέλιμον καὶ
ἄχρηστόν αὖ * καὶ βλαβερὸν γίγνεται· ἢ οὔπω ἐννενόηκας 519
τῶν λεγομένων πονηρῶν μέν, σοφῶν δέ, ὡς δριμὺ μὲν βλέπει
τὸ ψυχάριον καὶ ὀξέως διορᾷ πάντα *) ἐφ᾽ ἃ τέτραπται, ὡς
οὐ φαύλην ἔχον τὴν ὄψιν, κακίᾳ δ᾽ ἠναγκασμένον ὑπηρετεῖν,
ὥςτε **) ὅσῳ ἂν ὀξύτερον βλέπῃ, τοσούτῳ πλείω κακὰ ἐργα-
ζόμενον; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τοῦτο μέντοι, ἦν δ᾽ ἐγώ, τὸ
τῆς τοιαύτης φύσεως εἰ ἐκ παιδὸς εὐθὺς κοπτόμενον περιεκόπη
τὰ τῆς γενέσεως ξυγγενῆ, ὥσπερ μολυβδίδας, * αἳ δὴ ἐδωδαῖς B
τε καὶ τῶν τοιούτων ***) ἡδοναῖς τε καὶ λιχνείαις προςφυεῖς
γιγνόμεναι περὶ τὰ κάτω στρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν· ὧν
εἰ ἀπαλλαγὲν περιεστρέφετο εἰς τἀληθῆ καὶ ἐκεῖνα ἂν τὸ αὐτὸ
τοῦτο τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων ὀξύτατα ἑώρα, ὥσπερ καὶ ἐφ᾽ ἃ
νῦν τέτραπται. Εἰκός γ᾽, ἔφη. Τί δέ; τόδε οὐκ εἰκός, ἦν
δ᾽ ἐγώ, καὶ ἀνάγκη ἐκ τῶν προειρημένων, μήτε τοὺς ἀπαιδεύ-
τους καὶ ἀληθείας ἀπείρους ἱκανῶς ἄν ποτε πόλιν ἐπιτροπεῦσαι
* μήτε τοὺς ἐν παιδείᾳ ἐωμένους διατρίβειν διὰ τέλους, τοὺς C
μὲν ὅτι σκοπὸν ἐν τῷ βίῳ οὐκ ἔχουσιν ἕνα, οὗ στοχαζομένους
δεῖ ἅπαντα πράττειν ἃ ἂν πράττωσιν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, τοὺς
δὲ ὅτι ἑκόντες εἶναι οὐ πράξουσιν ἡγούμενοι ἐν μακάρων νήσοις
ζῶντες ἔτι ἀπῳκίσθαι; Ἀληθῆ, ἔφη. Ἡμέτερον δὴ ἔργον,
ἦν δ᾽ ἐγώ, τῶν οἰκιστῶν τάς τε βελτίστας φύσεις ἀναγκάσαι
ἀφικέσθαι πρὸς τὸ μάθημα ὃ ἐν τῷ ἔμπροσθεν †) ἔφαμεν εἶ-
ναι μέγιστον, ἰδεῖν τε τὸ ἀγαθὸν * καὶ ἀναβῆναι ἐκείνην τὴν D
ἀνάβασιν, καὶ ἐπειδὰν ἀναβάντες ἱκανῶς ἴδωσι, μὴ ἐπιτρέπειν
αὐτοῖς ὃ νῦν ἐπιτρέπεται. Τὸ ποῖον δή; Τὸ αὐτοῦ, ἦν δ᾽
ἐγώ, καταμένειν καὶ μὴ ἐθέλειν πάλιν καταβαίνειν παρ᾽ ἐκεί-
νους τοὺς δεσμώτας μηδὲ μετέχειν τῶν παρ᾽ ἐκείνοις πόνων τε
καὶ τιμῶν, εἴτε φαυλότεραι εἴτε σπουδαιότεραι. Ἔπειτ᾽, ἔφη,
ἀδικήσομεν αὐτούς καὶ ποιήσομεν χεῖρον ζῆν δυνατὸν αὐτοῖς
ὂν ἄμεινον; Ἐπελάθου, * ἦν δ᾽ ἐγώ, πάλιν, ὦ φίλε, ὅτι E
νομοθέτῃ οὐ τούτου μέλει ὅπως ἕν τι γένος ἐν πόλει διαφερόν-
τως εὖ πράξει, ἀλλ᾽ ἐν ὅλῃ τῇ πόλει τοῦτο μηχανᾶται ἐγγενέ-

---

*) ἄλλ. ταῦτα. **) ἴσ. καί.
***) ἄλλ. καὶ τοιούτων. †) ἄλλ. πρόσθεν.

versione vero proba et utilis itemque inutilis ac perniciosa exsistit; an nondum animadvertisti eorum qui dicantur improbi quidem, sed sapientes esse quam acriter cernat animus et acute perspiciat omnia ad quae se convertat, quippe non vilem habens aciem oculorum, pravitati autem coactam servire, ut quo acrius cernat, eo plura efficiat mala? Sane quidem, inquit. Talis vero, inquam, natura si statim a pueritia circumcideretur ab eis quae ortui adiuncta sunt, tamquam a massis plumbeis, quae cibis talibusque voluptatibus et cupediis adhaerescentia ad inferiores res convertunt mentis aciem, circumferretur ad vera et haec ipsa illa eorundem hominum vis acerrime cerneret, quemadmodum ea ad quae nunc conversa est. Consentaneum vero, inquit. Quid vero? hoc nonne consentaneum, inquam, et necesse est ex eis quae ante diximus, neque incultos et veritatis expertes satis umquam gubernaturos esse civitatem neque eos quibus permissum fuerit semper in disciplina versari, hos quidem, quia finem in vita non sibi propositum habeant, ad quem referant omnia quaecumque faciant et privatim et publice, illos autem, quia sua sponte nihil acturi sint arbitrantes se in beatorum insulis adhuc collocatos esse? Vera, inquit. Nostrum igitur est, inquam, conditorum, optimas naturas cogere ut ad disciplinam aggrediantur quam supra diximus optimam esse, bonum spectent, et illum gradum adscendant; postquam vero adscenderint satisque viderint, ut ne permittatur eis quod nunc permittitur. Quale tandem? Istic, inquam, permanere nec rursus velle descendere ad illos vinctos neque in partem venire eorum qui illis impositi sunt laborum et honorum, sive viliores hi sunt sive praestabiliores. Itane, inquit, iniuriam eis illaturi atque effecturi sumus ut deterius vivant, quum possint melius? Rursus, inquit, oblitus es, amice, legis latorem non hoc curare ut unum aliquod genus in civitate prae caeteris felicitate utatur, sed id agere ut in

σθαι, ξυναρμόττων τοὺς πολίτας πειθοῖ τε καὶ ἀνάγκῃ, ποιῶν μεταδιδόναι ἀλλήλοις τῆς ὠφελείας ἣν ἂν ἕκαστοι τὸ κοινὸν δυνατοὶ ὦσιν ὠφελεῖν, καὶ αὐτὸς ἐμποιῶν τοιούτους ἄνδρας 520
ἐν τῇ πόλει οὐχ ἵνα ἀφιῇ τρέπεσθαι ὅπῃ ἕκαστος βούλεται, ἀλλ' ἵνα καταχρῆται αὐτὸς αὐτοῖς ἐπὶ τὸν ξύνδεσμον τῆς πόλεως. Ἀληθῆ, ἔφη· ἐπελαθόμην γάρ. Σκέψαι τοίνυν, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ὅτι οὐδ' ἀδικήσομεν τοὺς παρ' ἡμῖν γιγνομένους φιλοσόφους, ἀλλὰ δίκαια πρὸς αὐτοὺς ἐροῦμεν προσαναγκάζοντες τῶν ἄλλων ἐπιμελεῖσθαί τε καὶ φυλάττειν. ἐροῦμεν γὰρ ὅτι οἱ μὲν * ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τοιοῦτοι γιγνόμενοι εἰκότως B
οὐ μετέχουσι τῶν ἐν αὐταῖς πόνων· αὐτόματοι γὰρ ἐμφύονται ἀκούσης τῆς ἐν ἑκάστῃ πολιτείας, δίκην δ' ἔχει τό γε αὐτοφυὲς μηδενὶ τροφὴν ὀφεῖλον μηδ' ἐκτίνειν τῳ προθυμεῖσθαι τὰ τροφεῖα· ὑμᾶς δ' ἡμεῖς ὑμῖν τε αὐτοῖς τῇ τε ἄλλῃ πόλει ὥσπερ ἐν σμήνεσιν ἡγεμόνας τε καὶ βασιλέας ἐγεννήσαμεν, ἄμεινόν τε καὶ τελεώτερον ἐκείνων πεπαιδευμένους * καὶ μᾶλλον δυνατοὺς C
ἀμφοτέρων μετέχειν. καταβατέον οὖν ἐν μέρει ἕκαστον *) εἰς τὴν τῶν ἄλλων ξυνοίκησιν καὶ ξυνεθιστέον τὰ σκοτεινὰ θεάσασθαι· ξυνεθιζόμενοι γὰρ μυρίῳ βέλτιον ὄψεσθε τῶν ἐκεῖ καὶ γνώσεσθε ἕκαστα τὰ εἴδωλα ἅττα ἐστὶ καὶ ὧν, διὰ τὸ τἀληθῆ ἑωρακέναι καλῶν τε καὶ δικαίων καὶ ἀγαθῶν πέρι. καὶ οὕτως ὕπαρ ἡμῖν καὶ ὑμῖν ἡ πόλις οἰκήσεται, ἀλλ' οὐκ ὄναρ, ὡς νῦν αἱ πολλαὶ ὑπὸ σκιαμαχούντων τε πρὸς ἀλλήλους καὶ στασιαζόντων * περὶ τοῦ ἄρχειν οἰκοῦνται, ὡς μεγάλου τινὸς ἀγαθοῦ D
ὄντος. τὸ δέ που ἀληθὲς ὧδ' ἔχει· ἐν πόλει ᾗ ἥκιστα πρόθυμοι ἄρχειν οἱ μέλλοντες ἄρξειν, ταύτην ἄριστα καὶ ἀστασιαστότατα ἀνάγκη οἰκεῖσθαι, τὴν δ' ἐναντίους ἄρχοντας σχοῦσαν ἐναντίως. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἀπειθήσουσιν οὖν ἡμῖν, οἴει, οἱ τρόφιμοι ταῦτ' ἀκούοντες, καὶ οὐκ ἐθελήσουσι ξυμπονεῖν ἐν τῇ πόλει ἕκαστοι ἐν μέρει, τὸν δὲ πολὺν χρόνον μετ' ἀλλήλων οἰκεῖν ἐν τῷ καθαρῷ; Ἀδύνατον, ἔφη· δίκαια * γὰρ E
δὴ δικαίοις ἐπιτάξομεν. παντὸς μὴν μᾶλλον ὡς ἐπ' ἀναγκαῖον

---

*) ἄλλ. ἑκάστῳ.

tota civitate ea exsistat, coniungentem cives persuasione ac necessitate, efficientem ut inter se communicent utilitatem quam quisque communi possit afferre, ipsumque fingentem tales viros in civitate, non ut permittat eis se convertere quocumque quisque velit, sed ut ipse ipsis utatur ad civitatem colligandam. Vero, inquit; oblitus enim eram. Reputa igitur, inquam, Glauco, nos nullam illaturos esse iniuriam nostris qui exstiterint philosophis, sed iure eis dicturos cogentes eos reliquos curare et custodire. dicemus enim: in ceteris quidem civitatibus tales qui exsistunt iure earum labores non subeunt; sua enim sponte innascuntur invita cuiusque civitatis administratione, et par est quod sua sponte nascitur neque ulli educationem debet id nec ulli educationis velle mercedem solvere; vos autem nos et vobismet ipsis et reliquae civitati velut in apium examinibus duces ac reges procreavimus, melius et perfectius illis institutos magisque valentes ad utraque tractanda. descendendum igitur est pro sua cuique parte in reliquorum societatem et adsuescendum ad tenebricosa spectanda; adsueti enim mirum quanto melius ea visuri estis, quam qui ibi versantur atque cognituri quaeque simulacra quaenam sint et quorum, propterea quod veram spectastis pulchri et iusti et boni naturam. et ita vere nobis ac vobis civitas administrabitur, non specie, ut nunc plurimae ab hominibus reguntur qui de rebus vanis contendunt inter se et seditiones conflant imperii causa, quasi magnum quoddam bonum sit. vere autem res sic se habet: civitas, in qua minime appetentes sunt imperii imperaturi, non potest non optime et placidissime administrari, ea vero quae contrarios habet duces, contra. Sane quidem, inquit. An igitur nobis non obsequentur, putas, alumni haec audientes nec volent una labores subire in civitate pro sua quisque parte, plurimum vero tempus inter se vivere in puro? Fieri non potest, inquit; iusta enim iustis mandabimus. omnino tamen, ut ad necessa-

αὐτῶν ἕκαστος εἶσι τὸ ἄρχειν, τοὐναντίον τῶν νῦν ἐν ἑκάστῃ
πόλει ἀρχόντων. Οὕτω γὰρ ἔχει, ἦν δ' ἐγώ, ὦ ἑταῖρε· εἰ
μὲν βίον ἐξευρήσεις ἀμείνω τοῦ ἄρχειν τοῖς * μέλλουσιν ἄρ- 521
ξειν, ἔστι σοι δυνατὴ γενέσθαι πόλις εὖ οἰκουμένη· ἐν μόνῃ
γὰρ αὐτῇ ἄρξουσιν οἱ τῷ ὄντι πλούσιοι, οὐ χρυσίου, ἀλλ' οὗ
δεῖ τὸν εὐδαίμονα πλουτεῖν, ζωῆς ἀγαθῆς τε καὶ ἔμφρονος·
εἰ δὲ πτωχοὶ καὶ πεινῶντες ἀγαθῶν ἰδίων ἐπὶ τὰ δημόσια ἴασιν,
ἐντεῦθεν οἰόμενοι τἀγαθὸν δεῖν ἁρπάζειν, οὐκ ἔστι· περιμά-
χητον γὰρ τὸ ἄρχειν γιγνόμενον, οἰκεῖος ὢν καὶ ἔνδον ὁ τοι-
οῦτος πόλεμος αὐτούς τε ἀπόλλυσι καὶ τὴν ἄλλην πόλιν. Ἀλη-
θέστατα, ἔφη. Ἔχεις οὖν, * ἦν δ' ἐγώ, βίον ἄλλον τινὰ B
πολιτικῶν ἀρχῶν καταφρονοῦντα ἢ τὸν τῆς ἀληθινῆς φιλοσο-
φίας; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς. Ἀλλὰ μέντοι δεῖ γε μὴ ἐρα-
στὰς τοῦ ἄρχειν ἰέναι ἐπ' αὐτό, εἰ δὲ μή, οἵ γε ἀντερασταὶ
μαχοῦνται. Πῶς δ' οὔ; Τίνας οὖν ἄλλους ἀναγκάσεις ἰέναι
ἐπὶ φυλακὴν τῆς πόλεως, ἢ οἳ περὶ τούτων τε φρονιμώτατοι
δι' ὧν ἄριστα πόλις οἰκεῖται, ἔχουσί τε τιμὰς ἄλλας καὶ βίον
ἀμείνω τοῦ πολιτικοῦ; Οὐδένας ἄλλους, ἔφη.

* Βούλει οὖν τοῦτ' ἤδη σκοπῶμεν, τίνα τρόπον οἱ τοιοῦ- C
τοι ἐγγενήσονται, καὶ πῶς τις ἀνάξει αὐτοὺς εἰς φῶς, ὥσπερ
ἐξ Ἅιδου λέγονται δή τινες εἰς θεοὺς ἀνελθεῖν; Πῶς γὰρ οὐ
βούλομαι; ἔφη. Τοῦτο δή, ὡς ἔοικεν, οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη
περιστροφή, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγή, ἐκ νυκτερινῆς τινὸς ἡμέ-
ρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος ἰούσης ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσο-
φίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν. Οὐκοῦν δεῖ σκο-
πεῖσθαι τί τῶν μαθημάτων ἔχει τοιαύτην * δύναμιν; Πῶς γὰρ D
οὔ; Τί ἂν οὖν εἴη, ὦ Γλαύκων, μάθημα ψυχῆς ὁλκὸν ἀπὸ
τοῦ γιγνομένου ἐπὶ τὸ ὄν; τόδε δ' ἐννοῶ λέγων ἅμα· οὐκ ἀθλη-
τὰς μέντοι πολέμου ἔφαμεν τούτους ἀναγκαῖον εἶναι νέους
ὄντας; Ἔφαμεν γάρ. Δεῖ ἄρα καὶ τοῦτο προσέχειν τὸ μάθημα
ὃ ζητοῦμεν πρὸς ἐκείνῳ. Τὸ ποῖον; Μὴ ἄχρηστον πολεμικοῖς
ἀνδράσιν εἶναι. Δεῖ μέντοι, ἔφη, εἴπερ οἷόν τε. Γυμνα-

rium aliquid, eorum quisque aggredietur ad imperium, quod contra fit ab his qui nunc in civitate principatum tenent. Ita enim se habet, inquam, amice. si vitam invenies meliorem principatu eis qui imperaturi sunt, fieri poterit ut civitas exsistat bene administrata; in sola enim hac regnabunt vere divites, non auro, sed eo quo beatum oportet abundare, vita bona ac sapiente; sin autem inopes et indigentes bonorum propriorum ad publica accedunt, hinc arbitrantes bona esse rapienda, non potest fieri; de principatu enim si contenditur, bellum hoc proprium et intestinum ipsos perdit reliquamque civitatem. Verissime, inquit. Tenesne igitur, inquam, vitam aliam civilia imperia despicientem atque eam quae cum vera philosophia vivitur? Haudquaquam hercle, inquit. Iam vero oportet non amatores imperii accedere ad principatum, sin minus, rivales pugnabunt. Quidni? Quosnam ergo alios coges accedere ad custodiam civitatis, nisi prudentissimos ad ea, quibus optime civitas regitur, tenentesque honores alios ac vitam meliorem civili? Nullos alios, inquit.

Visne igitur hoc iam investigemus quo pacto tales innascantur et quomodo quispiam eos educere possit in lucem, quemadmodum ab inferis dicuntur quidam ad deos adscendere? Quidni velim? inquit. Hoc igitur, ut patet, non testae erit conversio, sed animi elatio e nocturno quodam die ad verum ac perfectum, quem quidem adscensum philosophiam veram dicemus esse. Sane quidem. Nonne iam videndum est quaenam disciplinarum talem habeat facultatem? Quidni? Quaenam igitur erit, Glauco, disciplina animum ducens ab eo quod gignitur ad id quod est? hoc autem mecum reputo dum loquor: nonne athletas belli diximus hos necessario esse dum iuvenes essent? Diximus vero. Oportet igitur etiam hoc adiunctum esse disciplinae quam quaerimus praeter illud. Quidnam? Ut ne inutilis sit viris bellicosis. Oportet vero, inquit, si fieri potest. Gymna-

στικῇ μὲν *) καὶ μουσικῇ ἔν γε τῷ πρόσθεν ἐπαιδεύοντο ἡμῖν.
Ἦν ταῦτα, ἔφη. Γυμναστικὴ * μέν που περὶ γιγνόμενον καὶ E
ἀπολλύμενον τετεύτακε· σώματος γὰρ αὔξης καὶ φθίσεως ἐπι-
στατεῖ. Φαίνεται. Τοῦτο μὲν δὴ οὐκ ἂν εἴη ὃ ζητοῦμεν μά-
θημα. * Οὐ γάρ. Ἀλλ' ἆρα μουσικὴ ὅσον **) τὸ πρότερον 522
διήλθομεν; Ἀλλ' ἦν ἐκείνη γ', ἔφη, ἀντίστροφος τῆς γυμνα-
στικῆς, εἰ μέμνησαι, ἔθεσι παιδεύουσα τοὺς φύλακας, κατά
τε ἁρμονίαν εὐαρμοστίαν τινά, οὐκ ἐπιστήμην, παραδιδοῦσα
καὶ κατὰ ῥυθμὸν εὐρυθμίαν, ἔν τε τοῖς λόγοις ἕτερα τούτων
ἀδελφά, ἔφη, ἅττα ἔχουσα, καὶ ὅσοι μυθώδεις τῶν λόγων καὶ
ὅσοι ἀληθινώτεροι ἦσαν· μάθημα δὲ πρὸς τοιοῦτόν τι ἀγα-
θόν ***), οἷον σὺ νῦν ζητεῖς, οὐδὲν ἦν ἐν * αὐτῇ. Ἀκριβέ- B
στατα, ἦν δ' ἐγώ, ἀναμιμνήσκεις με· τῷ γὰρ ὄντι τοιοῦτον
οὐδὲν εἶχεν. ἀλλ', ὦ δαιμόνιε Γλαύκων, τί ἂν εἴη τοιοῦτον;
αἵ γὰρ †) τέχναι βάναυσοί που ἅπασαι ἔδοξαν εἶναι. Πῶς δ'
οὔ; καὶ μὴν τί ἔτ' ἄλλο λείπεται μάθημα, μουσικῆς καὶ γυ-
μναστικῆς καὶ τῶν τεχνῶν κεχωρισμένον; Φέρε, ἦν δ' ἐγώ, εἰ
μηδὲν ἔτι ἐκτὸς τούτων ἔχομεν λαβεῖν, τῶν ἐπὶ πάντα τεινον-
των τι λάβωμεν. Τὸ ποῖον; * Οἷον τοῦτο τὸ κοινόν, ᾧ πᾶσαι C
προςχρῶνται τέχναι τε καὶ διάνοιαι καὶ ἐπιστῆμαι, ὃ καὶ παντὶ
ἐν πρώτοις ἀνάγκη μανθάνειν. Τὸ ποῖον; ἔφη. Τὸ φαῦλον
τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ, τὸ ἕν τε καὶ τὰ δύο καὶ τὰ τρία διαγιγνώ-
σκειν· λέγω δὲ αὐτὸ ἐν κεφαλαίῳ ἀριθμόν τε καὶ λογισμόν· ἢ
οὐχ οὕτω περὶ τούτων ἔχει, ὡς πᾶσα τέχνη τε καὶ ἐπιστήμη
ἀναγκάζεται αὐτῶν μέτοχος γίγνεσθαι; Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκ-
οῦν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ πολεμική; Πολλή, ἔφη, ἀνάγκη. Παγ-
γέλοιον οὖν ††), ἔφην, * στρατηγὸν Ἀγαμέμνονα ἐν ταῖς D
τραγῳδίαις Παλαμήδης ἑκάστοτε ἀποφαίνει· ἢ οὐκ ἐννενόηκας
ὅτι φησὶν ἀριθμὸν εὑρὼν τάς τε τάξεις τῷ στρατοπέδῳ κατα-
στῆσαι ἐν Ἰλίῳ καὶ ἐξαριθμῆσαι ναῦς τε καὶ τἆλλα πάντα, ὡς
πρὸ τοῦ ἀναριθμήτων ὄντων καὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὡς ἔοι-
κεν, οὐδ' ὅσους πόδας εἶχεν εἰδότος, εἴπερ ἀριθμεῖν μὴ ἠπί-

---

*) γρ. μέν που. ἀλλ. μήν. **) γρ. ὅσην.
***) ἴσ. ἀγαγόν. †) γρ. αἵ τε γάρ.
††) γρ. γοῦν.

ſtica et muſica ſupra inſtituebantur nobis. Erant iſta, inquit. Gymnaſtica autem, ni fallor, ad id quod gignitur et interit omne ſtudium confert; corporis enim acceſſioni et deceſſioni praeeſt. Patet. Haec igitur non erit quam quaerimus diſciplina. Minime vero. Num muſica quantum ſupra eam perſequuti ſumus? At erat illa, inquit, ex altera parte reſpondens gymnaſticae arti, ſi meminiſti, moribus inſtituens cuſtodes, harmonica concinnitatem quandam, non ſcientiam, tradens et numero modum congruentem, et in ſermonibus alia quaedam, inquit, his ſimilia habens, quicumque fabuloſi ſermonum et quicumque veriores erant; diſciplina vero ad tale quid ducens quale tu nunc quaeris nulla erat in illa. Accuratiſſime, inquam, in memoriam mihi id reducis; profecto enim nihil tale habebat. at, mi optime Glauco, quaenam erit haec diſciplina? artes enim ſordidae, ni fallor, omnes ad unam videbantur eſſe. Quidni? quamquam quaenam adhuc reliqua erit diſciplina a muſica et gymnaſtica et artibus ſeparata? Age, inquam, ſi nihil iam ab his ſeparatum poſſumus ſumere, eorum quae ad omnia pertinent aliquid ſumamus. Quale iſtud? Velut commune illud quo omnes utuntur et artes et cogitationes et diſciplinae, quod etiam cuique in primis eſt diſcendum. Quidnam? inquit. Vile illud, reſpondi, quod unum et duo et tria diſcernit; dico autem id in univerſum numerandi et computandi artem; an non haec ita ſe habet, ut quaevis ars et diſciplina cogatur eius partem habere? Admodum, inquit. Nonne, inquam, etiam militaris? Prorſus, inquit, neceſſe eſt. Valde ridiculum certe, inquam, ducem Agamemnonem in tragoediis Palamedes paſſim declarat; an non intellexiſti eum dicere numero invento ſe ordines exercitus conſtituiſſe ad Troiam et enumeraſſe naves reliquaque omnia tamquam ſi ante numerari non potuiſſent et Agamemnon, ut patet, nec quot pedes haberet ſciviſſet, quoniam numerare non potuiſſet?

στατο; καίτοι ποῖόν τιν' αὐτὸν οἴει στρατηγὸν εἶναι; Ἄτοπόν τιν', ἔφη, ἔγωγε, εἰ ἦν τοῦτ' ἀληθές. Ἄλλο τι οὖν, * ἦν E
δ' ἐγώ, μάθημα ἀναγκαῖον πολεμικῷ ἀνδρὶ θήσομεν λογίζεσθαί τε καὶ ἀριθμεῖν δύνασθαι; Πάντων γ', ἔφη, μάλιστα, εἰ καὶ ὁτιοῦν μέλλει τάξεων ἐπαΐειν, μᾶλλον δ' εἰ καὶ ἄνθρωπος ἔσεσθαι. Ἐννοεῖς οὖν, εἶπον, περὶ τοῦτο τὸ μάθημα ὅπερ ἐγώ; Τὸ ποῖον; Κινδυνεύει τῶν πρὸς τὴν νόησιν ἀγόντων * φύσει εἶναι ὧν *) ζητοῦμεν, χρῆσθαι δ' οὐδεὶς αὐτῷ 523
ὀρθῶς, ἑλκτικῷ ὄντι παντάπασι πρὸς οὐσίαν. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Ἐγὼ πειράσομαι, ἦν δ' ἐγώ, τό γ' ἐμοὶ δοκοῦν δηλῶσαι. ἃ γὰρ διαιροῦμαι παρ' ἐμαυτῷ ἀγωγά τε εἶναι οἷ **) λέγομεν καὶ μή, ξυνθεατὴς γενόμενος ξύμφαθι ἢ ἄπειπε, ἵνα καὶ τοῦτο σαφέστερον ἴδωμεν εἰ ἔστιν οἷον μαντεύομαι. Δείκνυ, ἔφη. Δείκνυμι δή, εἶπον, εἰ καθορᾷς, τὰ μὲν ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν οὐ παρακαλοῦντα * τὴν νόησιν εἰς ἐπίσκεψιν, ὡς B
ἱκανῶς ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως κρινόμενα, τὰ δὲ παντάπασι διακελευόμενα ἐκείνην ἐπισκέψασθαι, ὡς τῆς αἰσθήσεως οὐδὲν ὑγιὲς ποιούσης ***). Τὰ πόῤῥωθεν, ἔφη, φαινόμενα δῆλον ὅτι λέγεις καὶ τὰ ἐσκιαγραφημένα. Οὐ πάνυ, ἦν δ' ἐγώ, ἔτυχες οὗ λέγω. Ποῖα μήν, ἔφη, λέγεις; Τὰ μὲν οὐ παρακαλοῦντα, ἦν δ' ἐγώ, ὅσα μὴ ἐκβαίνει εἰς ἐναντίαν * αἴσθησιν C
ἅμα· τὰ δ' ἐκβαίνοντα ὡς παρακαλοῦντα τίθημι, ἐπειδὰν ἡ αἴσθησις μηδὲν μᾶλλον τοῦτο ἢ τὸ ἐναντίον δηλοῖ, εἴτ' ἐγγύθεν προσπίπτουσα εἴτε πόῤῥωθεν. ὧδε δὲ ἃ λέγω σαφέστερον εἴσει. οὗτοι, φαμέν, τρεῖς ἂν εἶεν δάκτυλοι, ὅ τε σμικρότατος καὶ ὁ δεύτερος καὶ ὁ μέσος. Πάνυ γ', ἔφη. Ὡς ἐγγύθεν τοίνυν ὁρωμένους λέγοντός μου διανοοῦ. ἀλλά μοι περὶ αὐτῶν τόδε σκόπει. Τὸ ποῖον; Δάκτυλος μὲν αὐτῶν φαίνεται ὁμοίως ἕκαστος, * καὶ ταύτῃ γε οὐδὲν διαφέρει, ἐάν τε ἐν μέσῳ D
ὁρᾶται ἐάν τ' ἐν ἐσχάτῳ, ἐάν τε λευκὸς ἐάν τε μέλας, ἐάν τε παχὺς ἐάν τε λεπτός, καὶ πᾶν ὅ τι τοιοῦτον· ἐν πᾶσι γὰρ τούτοις οὐκ ἀναγκάζεται τῶν πολλῶν ἡ ψυχὴ †) τὴν νόησιν ἐπερέσθαι τί ποτ' ἐστὶ δάκτυλος· οὐδαμοῦ γὰρ ἡ ὄψις αὐτῇ ἅμα ἐσήμηνε τὸν δάκτυλον τοὐναντίον ἢ δάκτυλον εἶναι. Οὐ γὰρ

*) γρ. ὅ. **) γρ. οἷα.
***) ἴσ. νοούσης. †) ἴσ. ἀναγκάζεται ἡ ψυχή.

iam qualem meum censes ducem fuisse? Ridiculum aliquem, inquit, equidem, si hoc erat verum. Nonne igitur, inquam, disciplinam necessariam militari viro ponemus computandi numerandique facultatem? Omnium vero, inquit, maxime, si vel minimam habiturus sit intelligentiam exercitus ordinandi, vel potius si etiam homo sit futurus. Cogitasne igitur, inquam, de hac disciplina id quod ego? Quale istud? Videtur earum quae ad intelligentiam ducunt natura esse quas quaerimus, uti autem nemo ea recte, quippe quae trahat omnino ad id quod est. Quomodo, inquit, dicis? Ego conabor, inquam, sententiam meam declarare. etenim quae distinguo apud animum meum ducentia esse quo dicimus et non ducentia, ea spectans mecum dic vel nega, ut hoc quoque clarius videamus sitne tale quale augurer. Ostende, inquit. Ostendo igitur, inquam, si perspicis, alia quae sensibus percipiantur non excitare mentem ad investigationem, quia satis a sensibus diiudicentur, alia vero prorsus adhortari eam ad investigandum, quia sensus nihil sani percipiat. Ea, inquit, patet te dicere quae procul appareant et in speciem picta sint. Non plane, inquam, assequutus es quod dico. Qualia vero, inquit, dicis? Ea quae non excitent, inquam, omnia quae non evadant in contrariam simul perceptionem, quae vero evadant ea excitare pono, quando sensus nihilo magis hoc quam contrarium declaret, sive cominus incurrat sive eminus. ita autem quae dico clarius perspicies. hi, dicimus, tres sunt digiti, minimus et secundus et medius. Sane quidem, inquit. Cominus autem eos cerni me dicere cogita. iam mihi de eis hoc perpende. Quidnam? Digitus eorum videtur similiter quisque, et hactenus nihil differt, sive medius cernitur sive extremus, sive albus sive niger, sive pinguis sive tenuis et quaecumque sunt eiusdem generis; in omnibus enim his non cogitur [plurimorum hominum] animus a mente sciscitari quid tandem sit digitus; neutiquam enim visus ei simul indicat digitum contrarium ac digitum esse. Haudquaquam

οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, εἰκότως τό γε τοιοῦτον νοήσεως οὐκ ἂν παρακλητικὸν οὐδ' * ἐγερτικὸν εἴη. Εἰκότως. E
Τί δὲ δή; τὸ μέγεθος αὐτῶν καὶ τὴν σμικρότητα ἡ ὄψις ἆρα ἱκανῶς ὁρᾷ, καὶ οὐδὲν αὐτῇ διαφέρει ἐν μέσῳ τινὰ αὐτῶν κεῖσθαι ἢ ἐπ' ἐσχάτῳ; καὶ ὡςαύτως πάχος καὶ λεπτότητα ἢ μαλακότητα καὶ σκληρότητα ἡ ἁφή; καὶ αἱ ἄλλαι αἰσθήσεις ἆρ' οὐκ ἐνδεῶς τὰ τοιαῦτα δηλοῦσιν; ἢ ὧδε ποιεῖ ἑκάστη αὐτῶν, πρῶτον * μὲν ἡ ἐπὶ τῷ σκληρῷ τεταγμένη αἴσθησις ἠνάγκασται 524
καὶ ἐπὶ τῷ μαλακῷ τετάχθαι, καὶ παραγγέλλει τῇ ψυχῇ ὡς ταὐτὸν σκληρόν τε καὶ μαλακὸν αἰσθανομένη; Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἀναγκαῖον ἐν τοῖς τοιούτοις αὖ τὴν ψυχὴν ἀπορεῖν τί ποτε σημαίνει αὐτῇ ἡ αἴσθησις τὸ σκληρόν *), εἴπερ τὸ αὐτὸ καὶ μαλακὸν λέγει, καὶ ἡ τοῦ κούφου καὶ ἡ τοῦ βαρέος τί τὸ κοῦφον καὶ βαρύ, εἰ τό τε βαρὺ κοῦφον καὶ τὸ κοῦφον βαρὺ σημαίνει; * Καὶ γάρ, ἔφη, αὗταί γε ἄτοποι B
τῇ ψυχῇ αἱ ἑρμηνεῖαι καὶ ἐπισκέψεως δεόμεναι. Εἰκότως ἄρ', ἦν δ' ἐγώ, ἐν τοῖς τοιούτοις πρῶτον μὲν πειρᾶται λογισμόν τε καὶ νόησιν ψυχὴ παρακαλοῦσα ἐπισκοπεῖν εἴτε ἓν εἴτε δύο ἐστὶν ἕκαστα τῶν εἰςαγγελλομένων. Πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν ἐὰν δύο φαίνηται, ἕτερόν τε καὶ ἓν ἑκάτερον φαίνεται; Ναί. Εἰ ἄρα ἓν ἑκάτερον, ἀμφότερα δὲ δύο, τά γε δύο κεχωρισμένα νοήσει· οὐ γὰρ ἂν ἀχώριστά γε δύο ἐνόει, ἀλλ' * ἕν. Ὀρθῶς. C
Μέγα μὴν ἡ **) ὄψις καὶ σμικρὸν ἑώρα, φαμέν, ἀλλ' οὐ κεχωρισμένον, ἀλλὰ ξυγκεχυμένον τι· ἢ γάρ; Ναί. Διὰ δὲ τὴν τούτου σαφήνειαν μέγα αὖ καὶ σμικρὸν ἡ νόησις ἠναγκάσθη ἰδεῖν οὐ ξυγκεχυμένα, ἀλλὰ διωρισμένα, τοὐναντίον ἢ ἐκείνη. Ἀληθῆ. Οὐκοῦν ἐντεῦθέν ποθεν πρῶτον ἐπέρχεται ἐρέσθαι ἡμῖν τί οὖν ποτ' ἐστὶ τὸ μέγα αὖ καὶ τὸ σμικρόν; Παντάπασι μὲν οὖν. Καὶ οὕτω δὴ τὸ μὲν νοητόν, τὸ δ' ὁρατὸν ἐκαλέσαμεν. * Ὀρθότατ', ἔφη. Ταῦτα τοίνυν καὶ ἄρτι ἐπεχείρουν D
λέγειν, ὡς τὰ μὲν παρακλητικὰ τῆς διανοίας ἐστί, τὰ δ' οὔ, ἃ μὲν εἰς τὴν αἴσθησιν ἅμα τοῖς ἐναντίοις ἑαυτοῖς ἐμπίπτει, παρακλητικὰ ὁριζόμενος, ὅσα δὲ μή, οὐκ ἐγερτικὰ τῆς νοήσεως. Μανθάνω τοίνυν ἤδη, ἔφη, καὶ δοκεῖ μοι οὕτως. Τί οὖν;

---

*) ἴσ. τοῦ σκληροῦ. **) ἄλλ. καί.

vero, inquit. Itaque, inquam, iure hoc mentem neque advocans neque excitans dicetur. Iure vero. Quid autem? magnitudinem eorum atque parvitatem visus num satis cernit nec quid eius intersit num in medio aliquis eorum positus sit an in extremo? itemque crassitudinem et tenuitatem, mollitudinem et asperitatem tactus? et reliqui sensus num talia satis declarant? an haec est cuiusque eorum ratio, ut primum sensus ad durum percipiendum factus necessario etiam ad molle factus sit animoque nunciet se idem durum ac molle percipere? Ita, inquit. Nonne igitur, inquam, necesse est tum animum haesitare quid tandem significet sibi sensus duri, idemne atque molle dicat, et is qui leve et grave percipiat, quid dicat leve et grave, an grave significet leve et leve grave? Sane quidem, inquit, hae admirabiles ad animum accidunt interpretationes et investigatione indigentes. Consentaneum igitur, inquam, tum primo conari animum rationem et intelligentiam advocantem perscrutari unumne an duo sint quaeque renunciata. Quidni? Nonne si duo apparent, diversum et unum quidque apparet? Etiam. Quodsi unum quidque, utraque autem duo, duo separata cogitabit; neque enim nisi separaret duo cogitaret, sed unum. Recte. Magnum quidem etiam visus et parvum videt, dicimus, verum non separatum, sed confusum; nonne? Recte. Propter huius autem significationem magnum quoque et parvum intelligentia cogitur spectare non confusa, sed distincta, contra atque ille. Vero. Nonne hinc fere primum in mentem venit nobis quaerere quid tandem sit magnum et parvum? Admodum. Et ita quidem unum intelligibile, alterum adspectabile vocavimus. Rectissime, inquit. Haec igitur etiam modo instituebam dicere, alia esse quae cogitationem advocarent, alia quae non, ita definiens, ut quae in sensum incurrerent una cum contrariis sui ea essent advocantia, quae vero secus, non excitantia intelligentiam. Percipio vero iam, inquit, et videtur mihi ita. Quid igitur? numerus et unum utro in genere vi-

ἀριθμός τε καὶ τὸ ἓν ποτέρων δοκεῖ εἶναι; Οὐ ξυννοῶ, ἔφη. Ἀλλ' ἐκ τῶν προειρημένων, ἔφην, ἀναλογίζου. εἰ μὲν γὰρ ἱκανῶς αὐτὸ καθ' αὑτὸ ὁρᾶται ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει λαμβάνεται * τὸ ἕν, οὐκ ἂν ὁλκὸν εἴη ἐπὶ τὴν οὐσίαν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ E δακτύλου ἐλέγομεν· εἰ δ' ἀεί τι αὐτῷ ἅμα ὁρᾶται ἐναντίωμα, ὥστε μηδὲν μᾶλλον ἓν ἢ καὶ τοὐναντίον φαίνεσθαι, τοῦ ἐπικρινοῦντος δὴ δέοι ἂν ἤδη καὶ ἀναγκάζοιτ' ἂν ἐν αὐτῷ ψυχὴ ἀπορεῖν καὶ ζητεῖν, κινοῦσα ἐν ἑαυτῇ τὴν ἔννοιαν, καὶ ἀνερωτᾶν τί ποτ' ἐστὶν αὐτὸ τὸ ἕν, καὶ οὕτω τῶν * ἀγωγῶν ἂν εἴη 525 καὶ μεταστρεπτικῶν ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος θέαν ἡ περὶ τὸ ἓν μάθησις. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφη, τοῦτό γ' ἔχει οὐχ ἥκιστα ἡ περὶ αὐτὸ ὄψις· ἅμα γὰρ ταὐτὸν ὡς ἕν τε ὁρῶμεν καὶ ὡς ἄπειρα τὸ πλῆθος. Οὐκοῦν, εἴπερ τὸ ἕν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ξύμπας ἀριθμὸς ταὐτὸν πέπονθε τοῦτο; Πῶς δ' οὔ; Ἀλλὰ μὴν λογιστική τε καὶ ἀριθμητικὴ περὶ ἀριθμὸν πᾶσα. Καὶ μάλα. Ταῦτα δέ γε φαίνεται ἀγωγὰ * πρὸς ἀλήθειαν. Ὑπερφυῶς μὲν οὖν. Ὧν B ζητοῦμεν ἄρα, ὡς ἔοικε, μαθημάτων ἂν εἴη· πολεμικῷ μὲν γὰρ διὰ τὰς τάξεις ἀναγκαῖον μαθεῖν ταῦτα, φιλοσόφῳ δὲ διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἁπτέον εἶναι γενέσεως ἐξαναδύντι, ἢ μηδέποτε λογιστικῷ γενέσθαι. Ἔστι ταῦτ', ἔφη. Ὁ δέ γε ἡμέτερος φύλαξ πολεμικός τε καὶ φιλόσοφος τυγχάνει ὤν. Τί μήν; Προσῆκον δὴ τὸ μάθημα ἂν εἴη, ὦ Γλαύκων, νομοθετῆσαι καὶ πείθειν τοὺς μέλλοντας ἐν τῇ πόλει τῶν μεγίστων μεθέξειν, ἐπὶ λογιστικὴν * ἰέναι καὶ ἀνθάπτεσθαι αὐτῆς μὴ ἰδιωτικῶς, C ἀλλ' ἕως ἂν ἐπὶ θέαν τῆς τῶν ἀριθμῶν φύσεως ἀφίκωνται τῇ νοήσει αὐτῇ, οὐκ ὠνῆς οὐδὲ πράσεως χάριν ὡς ἐμπόρους ἢ καπήλους μελετῶντας, ἀλλ' ἕνεκα πολέμου τε καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς ῥᾳστώνης μεταστροφῆς ἀπὸ γενέσεως ἐπ' ἀλήθειάν τε καὶ οὐσίαν. Κάλλιστ', ἔφη, λέγεις. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, νῦν καὶ ἐννοῶ ῥηθέντος τοῦ περὶ τοὺς λογισμοὺς * μαθήματος, D ὡς κομψόν ἐστι καὶ πολλαχῇ χρήσιμον ἡμῖν πρὸς ὃ βουλόμεθα, ἐὰν τοῦ γνωρίζειν ἕνεκά τις αὐτὸ ἐπιτηδεύῃ, ἀλλὰ μὴ τοῦ κα-

dentur esse reponenda? Non perspicio, inquit. Itaque ex eis quae ante dicta sunt, inquam, collige. etenim si satis ipsum per se cernitur aliove sensu percipitur unum, non ducet ad verum, quemadmodum de digito dicebamus; sin autem semper cernitur una aliquid eius contrarium, ut nihilo magis unum quam contrarium se exhibeat, opus iam erit iudice et cogetur de eo animus dubitare et anquirere, excitans in se cogitationem et interrogans quid tandem sit ipsum unum, et ita in numero erit ducentium et convertentium ad eius quod vere est spectationem unius cognitio. Sane quidem, inquit, hoc habet vel maxime eius spectatio; simul enim idem ut unum videmus et ut infinita ad numerum. Nonne vero si unum, inquam, etiam universus numerus idem hoc efficit? Quidni? Iam vero computandi et numerandi ars in numero tota versatur. Admodum. Haec autem reperitur ducens ad veritatem. Mirum quantum. Earum igitur quas quaerimus, ut patet, disciplinarum erit; militari enim propter ordines opus erit eam addiscere, philosopho autem propterea quod verum ei attingendum est e rebus generatis emergenti, si vult computandi scientiam adipisci. Sunt ista, inquit. Noster autem custos et militaris et philosophus est. Quidni? Conveniet ergo disciplinam hanc, Glauco, lege sancire et persuadere eis qui voluerint in civitate ad summa accedere, ut ad computandi artem aggrediantur eamque attingant non negligenter, sed tamdiu dum ad numerorum naturam spectandam pervenerit ipsa cogitatione, non vendendi emendive causa ut mercatores vel propolae eam tractans, sed belli causa et ut ipse animus facile convertatur a rebus generatis ad veritatem et id quod per se est. Praeclare, inquit, dicis. Atque etiam, inquam, nunc intelligo haec de qua loquor computandi disciplina quam scita sit multisque partibus utilis nobis ad ea quae velimus, si cognoscendi causa aliquis ei studeat, non ob quae-

πηλεύειν. Πῇ δή; ἔφη. Τοῦτό γε, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, ὡς
σφόδρα ἄνω ποι ἄγει τὴν ψυχὴν καὶ περὶ αὐτῶν τῶν ἀριθμῶν
ἀναγκάζει διαλέγεσθαι, οὐδαμῇ ἀποδεχόμενον. ἐάν τις αὐτῇ
ὁρατὰ ἢ ἁπτὰ σώματα ἔχοντας ἀριθμοὺς προτεινόμενος δια-
λέγηται. οἶσθα γάρ που τοὺς περὶ ταῦτα δεινοὺς * ὡς, ἐὰν E
τις αὐτὸ τὸ ἓν ἐπιχειρῇ τῷ λόγῳ τέμνειν, καταγελῶσί τε καὶ οὐκ
ἀποδέχονται, ἀλλ', ἐὰν σὺ κερματίζῃς αὐτό, ἐκεῖνοι πολλα-
πλασιοῦσιν, εὐλαβούμενοι μή ποτε φανῇ τὸ ἓν μὴ ἕν, ἀλλὰ
πολλὰ μόρια. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Τί οὖν οἴει, ὦ
Γλαύκων, * εἴ τις ἔροιτο αὐτούς· Ὦ θαυμάσιοι, περὶ ποίων 526
ἀριθμῶν διαλέγεσθε, ἐν οἷς τὸ ἕν, οἷον ὑμεῖς ἀξιοῦτε, ἔστιν,
ἴσον τε ἕκαστον πᾶν παντὶ καὶ οὐδὲ σμικρὸν διαφέρον, μόριόν
τε ἔχον ἐν ἑαυτῷ οὐδέν; τί ἂν οἴει αὐτοὺς ἀποκρίνασθαι;
Τοῦτο ἔγωγε, ὅτι περὶ τούτων λέγουσιν ὧν διανοηθῆναι μόνον
ἐγχωρεῖ, ἄλλως δ' οὐδαμῶς μεταχειρίζεσθαι δυνατόν. Ὁρᾷς
οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, ὅτι τῷ ὄντι ἀναγκαῖον ἡμῖν κινδυ-
νεύει εἶναι τὸ μάθημα, ἐπειδὴ * φαίνεταί γε προσαναγκάζον B
αὐτῇ τῇ νοήσει χρῆσθαι τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν;
Καὶ μὲν δή, ἔφη, σφόδρα γε ποιεῖ αὐτό. Τί δέ; τόδε ἤδη
ἐπεσκέψω, ὡς οἵ τε φύσει λογιστικοὶ εἰς πάντα τὰ μαθήματα
ὡς ἔπος εἰπεῖν ὀξεῖς φαίνονται, οἵ τε βραδεῖς, ἂν ἐν τούτῳ
παιδευθῶσι καὶ γυμνάσωνται, κἂν μηδὲν ἄλλο ὠφεληθῶσιν,
ὅμως εἴς γε τὸ ὀξύτεροι αὐτοὶ αὑτῶν γίγνεσθαι πάντες ἐπιδι-
δόασιν; Ἔστιν, ἔφη, οὕτως. Καὶ μήν, ὡς* ἐγῷμαι, ἅ γε C
μείζω πόνον παρέχει μανθάνοντι καὶ μελετῶντι, οὐκ ἂν ῥα-
δίως οὐδὲ πολλὰ ἂν εὕροις ὡς τοῦτο. Οὐ γὰρ οὖν. Πάντων
δὴ ἕνεκα τούτων οὐκ ἀφετέον τὸ μάθημα, ἀλλ' οἱ ἄριστοι τὰς
φύσεις παιδευτέοι ἐν αὐτῷ. Ξύμφημι, ἦ δ' ὅς.

Τοῦτο μὲν τοίνυν, εἶπον, ἓν ἡμῖν κείσθω· δεύτερον δὲ
τὸ ἐχόμενον τούτου σκεψώμεθα ἆρά τι *) προσήκει ἡμῖν. Τὸ
ποῖον; ἢ γεωμετρίαν, ἔφη, λέγεις; Αὐτὸ τοῦτο, ἦν δ' ἐγώ.
Ὅσον μέν, ἔφη, πρὸς * τὰ πολεμικὰ αὐτοῦ τείνει, δῆλον D
ὅτι προσήκει· πρὸς γὰρ τὰς στρατοπεδεύσεις καὶ καταλήψεις

---

*) ἀλλ. ἄρα τι.

stum faciendum. Quî, quaeso? inquit. Hoc ipsum quod modo diximus, quod magnopere sursum ducit animum, et de ipsis numeris cogit disserere, neutiquam admittens si quis ei numeros corpora habentes quae sub adspectum et tactum cadunt proferens disserit. scis enim huius disciplinae peritos, si quis ipsum unum conetur oratione dividere, ridere nec id admittere, sed, si feces illud, ipsos multiplicare, caventes ne umquam reperiatur unum non unum, sed multae partes. Verissime, inquit, dicis. Quid igitur censes, Glauco, si quis ex eis quaerat O admirabiles, de qualibus numeris disseritis, in quibus unum tale sit quale vos arbitramini, aequale videlicet quidque cuique, ne minimum quidem differens nec ullam in se partem habens? quid eos censes responsuros esse? Hoc equidem, se de his loqui quae cogitare tantum liceat, alia vero nulla ratione tractari possint. Viden igitur, inquam, amice, revera nobis necessariam esse disciplinam, quoniam videatur cogere animum ipsam cogitationem adhibere ad ipsam veritatem? Sane quidem, inquit, magnopere id facit. Quid vero? hoc iam considerasti, eos qui natura sint ratiocinatores ad omnes propemodum disciplinas acutos reperiri, et tardos, si ad hanc instituti atque exercitati fuerint, etiamsi nullam aliam inde utilitatem capiant, tamen in acumine excitando et augendo omnes proficere? Sunt, inquit, ista. Atque etiam, ut arbitror, quae plus negoti exhibeant discenti ac meditanti, non facile multa reperias quam haec. Minime vero. Omnibus igitur his de causis non mittenda haec disciplina, sed optima indole praediti ad eam sunt instituendi. Assentior, inquit.

Hoc igitur, inquam, unum nobis positum esto; secundum vero huic cognatum videamus num quid ad nos pertineat. Quale? an geometriam, inquit, dicis? Ipsam hanc, respondi. Quatenus, inquit, ad res militares spectat, patet eam ad nos pertinere; in castris enim metandis, locis occupandis, exercitu conducendo et extendendo et quae

χωρίων καὶ ξυναγωγὰς καὶ ἐκτάσεις στρατιᾶς καὶ ὅσα δὴ ἄλλα
σχηματίζουσι τὰ στρατόπεδα ἐν αὐταῖς τε ταῖς μάχαις καὶ πο-
ρείαις, διαφέροι ἂν αὐτὸς αὑτοῦ γεωμετρικὸς καὶ μὴ ὤν. Ἀλλ'
οὖν δή, εἶπον, πρὸς μὲν τὰ τοιαῦτα καὶ βραχύ τι ἂν ἐξαρκοῖ
γεωμετρίας τε καὶ λογισμοῦ *) μόριον· τὸ δὲ πολὺ αὐτῆς καὶ
πορρωτέρω προϊὸν σκοπεῖσθαι * δεῖ, εἴ τι πρὸς ἐκεῖνο τείνει, E
πρὸς τὸ ποιεῖν κατιδεῖν ῥᾷον τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν. τείνει
δέ, φαμέν, πάντα αὐτόσε, ὅσα ἀναγκάζει ψυχὴν εἰς ἐκεῖνον
τὸν τόπον μεταστρέφεσθαι ἐν ᾧ ἔστι τὸ εὐδαιμονέστατον τοῦ
ὄντος, ὃ δεῖ αὐτὴν παντὶ τρόπῳ ἰδεῖν. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις.
Οὐκοῦν, εἰ μὲν οὐσίαν ἀναγκάζει θεάσασθαι, προςήκει, εἰ
δὲ γένεσιν, οὐ προςήκει. Φαμέν γε δή. Οὐ τοίνυν τοῦτό
γε, * ἦν δ' ἐγώ, ἀμφισβητήσουσιν ἡμῖν ὅσοι καὶ σμικρὰ γεω- 527
μετρίας ἔμπειροι, ὅτι αὕτη ἡ ἐπιστήμη πᾶν τοὐναντίον ἔχει
τοῖς ἐν αὐτῇ λόγοις λεγομένοις ὑπὸ τῶν μεταχειριζομένων.
Πῶς; ἔφη. Λέγουσι μέν που μάλα γελοίως τε καὶ ἀναγκαίως·
ὡς γὰρ πράττοντές τε καὶ πράξεως ἕνεκα πάντας τοὺς λόγους
ποιούμενοι λέγουσι, τετραγωνίζειν τε καὶ παρατείνειν καὶ προς-
τιθέναι, καὶ πάντα οὕτω φθεγγόμενοι· τὸ δ' ἔστι που πᾶν τὸ
μάθημα * γνώσεως ἕνεκα ἐπιτηδευόμενον. Παντάπασι μὲν B
οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν τοῦτο ἔτι διομολογητέον; Τὸ ποῖον; Ὡς
τοῦ ἀεὶ ὄντος γνώσεως, ἀλλ' οὐ τοῦ ποτέ τι γιγνομένου καὶ
ἀπολλυμένου. Εὐομολόγητον, ἔφη· τοῦ γὰρ ἀεὶ ὄντος ἡ γεω-
μετρικὴ γνῶσίς ἐστιν. Ἕλκον ἄρα, ὦ γενναῖε, πρὸς ἀλήθειαν
ψυχὴν **) εἴη ἂν καὶ ἀπεργαστικὸν φιλοσόφου διανοίας πρὸς
τὸ ἄνω σχεῖν, ἃ νῦν κάτω οὐ δέον ἔχομεν. Ὡς οἷόν τε μά-
λιστα, ἔφη. Ὡς οἷόν τ' ἄρα, ἦν δ' * ἐγώ, μάλιστα προς- C
τακτέον ὅπως οἱ ἐν τῇ καλλιπόλει σοι μηδενὶ τρόπῳ γεωμετρίας
ἀφέξονται· καὶ γὰρ τὰ πάρεργα αὐτοῦ οὐ σμικρά. Ποῖα; ἦ
δ' ὅς. Ἅ τε δὴ σὺ εἶπες, ἦν δ' ἐγώ, τὰ περὶ τὸν πόλεμον,
καὶ δὴ καὶ πρὸς πάσας μαθήσεις, ὥστε κάλλιον ἀποδέχεσθαι,
ἴσμεν που ὅτι τῷ ὅλῳ καὶ παντὶ διοίσει ἡμμένος τε γεωμετρίας

*) ἄλλ. λογισμῶν.

**) ἄλλ. Ὁλκὸν — ψυχῆς πρὸς ἀλήθειαν.

aliae sunt formae exercitus in ipsis pugnis et in profectione, magnopere refert sitne aliquis geometriae peritus necne. Verumtamen, inquam, ad talia quidem exigua satis erit geometriae artisque computandi particula; plurima autem eius longiusque progrediens pars videndum an huc spectet, ut facilius conspiciatur boni species. spectant vero, dicimus, omnia huc quae cogunt animum ad illum se convertere locum in quo est beatissima veri natura, quam omni modo eum oportet conspicere. Recte, inquit, dicis. Itaque si id quod est cogit spectare, pertinet ad nos, sin id quod gignitur, non pertinet. Dicimus vero. Nec vero hoc, inquam, dubitabunt nobis quicumque vel minimam geometriae scientiam habent, hanc disciplinam plane contra se habere atque illi loquantur qui eam exerceant. Quomodo? inquit. In eo enim quod dicunt valde ridiculi sunt atque necessitate coacti; nam tamquam agentes et agendi causa omnia verba facientes loquuntur, verba quadrandi et producendi et addendi omniaque id genus ponentes; quum tamen tota haec disciplina cognitionis causa sit tractanda. Prorsus ita se habet, inquit. Nonne hoc praeterea confitendum? Quale istud? Cognitionem esse eius quod semper sit, numquam vero eius quod gignatur atque intereat. Facile hoc confitendum; inquit; eius enim quod semper est geometrica est cognitio. Trahet igitur, o generose, animum ad veritatem atque efficiet ut philosopha mens ad supera dirigat ea quae nunc, contra ac decet, ad infera dirigimus. Quam maxime potest, inquit. Quam maxime igitur, inquam, potest praescribendum nulla ut ratione urbis tuae praeclarae cives a geometria se abstineant; namque etiam quae ei adiunctae sunt accessiones haud leves. Quales? inquit. Quas tu dixisti, inquam, ad bellum spectantes; atque etiam ad omnes disciplinas, ut pulchrius eas percipiat, scimus ni fallor plurimum interesse utrum aliquis attigerit geometriam necne. Plurimum mehercule, inquit.

καὶ μή. Τῷ παντὶ μέντοι νὴ Δί', ἔφη. Δεύτερον δὴ τοῦτο τιθῶμεν μάθημα τοῖς νέοις; Τιθῶμεν, ἔφη.

Τί δέ; * τρίτον θῶμεν ἀστρονομίαν; ἢ οὐ δοκεῖ; Ἐμοὶ D γοῦν, ἔφη· τὸ γὰρ περὶ ὥρας εὐαισθητοτέρως ἔχειν καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν οὐ μόνον γεωργίᾳ οὐδὲ ναυτιλίᾳ προσήκει, ἀλλὰ καὶ στρατηγίᾳ οὐχ ἧττον. Ὡς ἡδὺς εἶ, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι ἔοικας δεδιότι τοὺς πολλούς, μὴ δοκῇς ἄχρηστα μαθήματα προστάττειν· τὸ δ' ἔστιν οὐ πάνυ φαῦλον, ἀλλὰ χαλεπὸν πιστεῦσαι, ὅτι ἐν τούτοις τοῖς μαθήμασιν ἑκάστου *) ὄργανόν τι ψυχῆς ἐκκαθαίρεταί τε καὶ ἀναζωπυρεῖται * ἀπολλύμενον E καὶ τυφλούμενον ὑπὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων, κρεῖττον ὂν σωθῆναι μυρίων ὀμμάτων· μόνῳ γὰρ αὐτῷ ἀλήθεια ὁρᾶται. οἷς μὲν οὖν ταῦτα ξυνδοκεῖ, ἀμηχάνως ὡς εὖ δόξεις λέγειν, ὅσοι δὲ τούτου μηδαμῇ ᾐσθημένοι εἰσίν, εἰκότως ἡγήσονταί σε λέγειν οὐδέν· ἄλλην γὰρ ἀπ' αὐτῶν οὐχ ὁρῶσιν ἀξίαν λόγου ὠφέλειαν. σκόπει οὖν αὐτόθεν, πρὸς ποτέρους διαλέγει· ἢ οὐ * πρὸς οὐδετέρους, ἀλλὰ σαυτοῦ ἕνεκα τὸ μέγιστον ποιεῖ 528 τοὺς λόγους, φθονοῖς μέντοι **) οὐδ' ἂν ἄλλῳ, εἴ τίς τι δύναιτο ἀπ' αὐτῶν ὄνασθαι. Οὕτως γ', ἔφη, αἱροῦμαι, ἐμαυτοῦ ἕνεκα τὸ πλεῖστον λέγειν τε καὶ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι. Ἄναγε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, εἰς τοὐπίσω· νῦν δὴ γὰρ οὐκ ὀρθῶς τὸ ἑξῆς ἐλάβομεν τῇ γεωμετρίᾳ. Πῶς λαβόντες; ἔφη. Μετὰ ἐπίπεδον, ἦν δ' ἐγώ, ἐν περιφορᾷ ὂν ἤδη στερεὸν λαβόντες, πρὶν αὐτὸ καθ' αὑτὸ λαβεῖν· * ὀρθῶς δὲ ἔχει ἑξῆς B μετὰ δευτέραν αὔξην τρίτην λαμβάνειν. ἔστι δέ που τοῦτο περὶ τὴν τῶν κύβων αὔξην καὶ τὸ βάθους μετέχον. Ἔστι γάρ, ἔφη· ἀλλὰ ταῦτά γε, ὦ Σώκρατες, δοκεῖ οὔπω εὑρῆσθαι. Διττὰ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, τὰ αἴτια· ὅτι τε οὐδεμία πόλις ἐντίμως αὐτὰ ἔχει, ἀσθενῶς τε ζητεῖται χαλεπὰ ὄντα, ἐπιστάτου τε ***) δέονται οἱ ζητοῦντες, ἄνευ οὗ οὐκ ἂν εὕροιεν, ὃν πρῶτον μὲν γενέσθαι χαλεπόν, ἔπειτα καὶ γενομένου, ὡς νῦν ἔχει, οὐκ ἂν πείθοιντο οἱ περὶ ταῦτα ζητητικοὶ μεγαλοφρονού-

---

*) γρ. ἑκάστοις.
**) ἀλλ. μήν.
***) ἴσ. γε.

Secundam igitur hanc ponamus disciplinam iuvenibus. Ponamus vero, inquit.

Quid vero? tertiamne ponamus astrologiam? an non videtur? Mihi certe, inquit; anni enim tempora et menses ipsosque annos acrioribus percipere sensibus non solum agriculturae et navigationi convenit, verum etiam arti imperatoriae haud minus. Quam suavis es, inquam, quod videris multitudinem vereri ne censeat inutiles te disciplinas praescribere. hoc est autem non sane leve, sed difficile ad fidem, his disciplinis singulis instrumentum aliquod animi expurgari atque suscitari exstinctum et caecatum reliquis studiis, quod quidem praestet servari quam sexcentos oculos; solo enim hoc veritatem conspici. eis igitur qui haec tibi assentiuntur mirum quam bene videberis dicere, quicumque autem nullo modo id cognoverunt, eos patet existimaturos esse te nihil dicere; aliam enim quam habeant illa non vident insignem utilitatem. considera iam hinc cum utris disseras, an cum neutris, sed tua causa maximam partem verba facias, neque tamen invideas si quis quid inde possit utilitatis capere. Ita, inquit, malo, mea causa plurimum et dicere et interrogare et respondere. Inhibe vero, inquam, retro orationem; nunc enim haud recte quod exciperet geometriam sumpsimus. Quî autem? inquit. Post planum, inquam, sumpsimus iam solidum quod circumfertur, antequam ipsum per se sumpsimus; recte tamen habet post secundam accessionem tertiam sumi; et haec, ut opinor, est cuborum accessio et id quod altitudinem habet. Est vero, inquit; at haec, Socrate, nondum videntur inventa esse. Duae sunt, inquam, causae: quia nulla civitas ea in honore habet, tenuiter quaeruntur quippe quae difficilia sint, praeterea praeceptore opus est quaerentibus, sine quo non sunt inventuri, quî primo non facile exsistit, deinde, etiamsi exstiterit, ut nunc res sunt, non obtemperabunt qui haec investigant fastidio elati. quodsi civitas universa

μενοι. * εἰ δὲ πόλις ὅλη ξυνεπιστατοῖ ἐντίμως ἄγουσα αὐτά, C
οὗτοί τε ἂν πείθοιντο καὶ ξυνεχῶς τε ἂν καὶ ἐντόνως ζητού-
μενα ἐκφανῆ γένοιτο ὅπῃ ἔχει, ἐπεὶ καὶ νῦν ὑπὸ μὲν τῶν πολ-
λῶν ἀτιμαζόμενα καὶ κολουόμενα, ὑπὸ δὲ τῶν ζητούντων λόγον
οὐκ ἐχόντων καθ' ὅ τι χρήσιμα, ὅμως πρὸς ἅπαντα ταῦτα βίᾳ
ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται, καὶ οὐδὲν * θαυμαστὸν αὐτὰ φανῆ- D
ναι. Καὶ μὲν δή, ἔφη, τό γε ἐπίχαρι καὶ διαφερόντως ἔχει.
ἀλλά μοι σαφέστερον εἰπὲ ἃ νῦν δὴ ἔλεγες. τὴν μὲν γάρ που
τοῦ ἐπιπέδου πραγματείαν γεωμετρίαν ἐτίθης. Ναί, ἦν δ'
ἐγώ. Εἶτά γ', ἔφη, τὸ μὲν πρῶτον ἀστρονομίαν μετ' αὐτήν,
ὕστερον δ' ἀνεχώρησας. Σπεύδων γάρ, ἔφην, ταχὺ πάντα
διεξελθεῖν μᾶλλον βραδύνω· ἑξῆς γὰρ οὖσαν τὴν βάθους αὔξης
μέθοδον, ὅτι τῇ ζητήσει γελοίως ἔχει, ὑπερβὰς αὐτὴν μετὰ
γεωμετρίαν ἀστρονομίαν ἔλεγον, φορὰν * οὖσαν βάθους. 'Ορ- E
θῶς, ἔφη, λέγεις. Τέταρτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τιθῶμεν
μάθημα ἀστρονομίαν, ὡς ὑπαρχούσης τῆς νῦν παραλειπομέ-
νης, ἐὰν αὐτὴν πόλις μετίῃ. Εἰκός, ἦ δ' ὅς. καὶ ὅ γε νῦν
δή μοι, ὦ Σώκρατες, ἐπέπληξας περὶ ἀστρονομίας ὡς φορ-
τικῶς ἐπαινοῦντι, νῦν ᾗ σὺ μετέρχει ἐπαινῶ. * παντὶ γάρ 529
μοι δοκεῖ δῆλον ὅτι αὕτη γε ἀναγκάζει ψυχὴν εἰς τὸ ἄνω ὁρᾶν
καὶ ἀπὸ τῶν ἐνθένδε ἐκεῖσε ἄγει. Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, παντὶ
δῆλον πλὴν ἐμοί· ἐμοὶ γὰρ οὐ δοκεῖ οὕτως. Ἀλλὰ πῶς; ἔφη.
Ὡς μὲν νῦν αὐτὴν μεταχειρίζονται οἱ εἰς φιλοσοφίαν ἀνάγον-
τες, πάνυ ποιεῖν κάτω βλέπειν. Πῶς, ἔφη, λέγεις; Οὐκ
ἀγεννῶς μοι δοκεῖς, ἦν δ' ἐγώ, τὴν περὶ τὰ ἄνω μάθησιν
λαμβάνειν παρὰ σαυτῷ ᾗ ἐστι· κινδυνεύεις γάρ * καὶ εἴ τις ἐν B
ὀροφῇ ποικίλματα θεώμενος ἀνακύπτων καταμανθάνοι τι, ἡγεῖ-
σθαι ἂν αὐτὸν νοήσει, ἀλλ' οὐκ ὄμμασιν θεωρεῖν. ἴσως οὖν
καλῶς ἡγεῖ, ἐγὼ δ' εὐηθικῶς. ἐγὼ γὰρ αὖ οὐ δύναμαι ἄλλο
τι νομίσαι ἄνω ποιοῦν ψυχὴν βλέπειν μάθημα ἢ ἐκεῖνο ὃ ἂν
περὶ τὸ ὄν τε ᾖ καὶ τὸ ἀόρατον, ἐάν τέ τις ἄνω κεχηνὼς ἢ

una praeceptoris munere fungeretur in honore illa habens, et hi obtemperarent et illa continenter ac studiose investigata patefierent quomodo se haberent; quum etiam nunc, quamvis a multitudine contemnantur ac reprimantur, et ii qui ea investigant explicare nequeant quatenus utilitatem habeant, tamen his omnibus adversantibus propter venustatem quam habent augeantur; nec mirandum ita haec patefieri. Sane quidem, inquit, venustatem prae ceteris habent. at clarius mihi expone quae modo dixisti. etenim, ni fallor, plani tractationem geometriam posuisti. Etiam, inquam. Deinde, inquit, primum quidem astrologiam post eam, paullo post autem te revocasti. Festinans scilicet, inquam, celeriter omnia persequi magis moror. etenim, quae illam excipit, altitudinis accessionis investigationem, quia quaestio eius est ridicula, transiens post geometriam astrologiam dixi, quae agitatio est altitudinis. Recte, inquit, dicis. Quartam igitur, inquam, ponamus disciplinam astrologiam, quippe ea, quae nunc praetermissa est, tum exstante quum civitas eam tractet. Consentaneum vero, inquit. atque quum modo mihi, Socrate, obieceris quod astrologiam insulse laudassem, nunc ea qua tu instituis ratione laudabo. cuilibet enim mihi videtur liquere hanc cogere animum sursum spectare et a rebus hic exstantibus illuc ducere. Fortasse, inquam, omnibus liquet me excepto; mihi enim non videtur ita. Sed quomodo? inquit. Ita, ut nunc eam tractant qui ad philosophiam extollunt, plane efficere ut deorsum spectemus. Quo modo, inquit, dicis? Viriliter sane mihi videris, inquam, rerum superarum disciplina qualis sit animo comprehendere; periculum est enim ne, si quis in tecto ornatus spectet suspiciensque aliquid animadvertat, censeas eum mente, non oculis contemplari. fortasse quidem bene existimas, ego autem stolide. neque tamen possum aliam arbitrari disciplinam animum reddere suspicientem, nisi hanc quae in eo versetur quod per se est nec sub adspectum cadit; si vero

κάτω ξυμμεμυκὼς τῶν αἰσθητῶν τι ἐπιχειρῇ *) μανθάνειν, οὔτε μαθεῖν ἄν ποτέ φημι αὐτόν (ἐπιστήμην γὰρ οὐδὲν ἔχειν τὸν τοιοῦτον **)), οὔτε ἄνω, ἀλλὰ κάτω αὐτοῦ * βλέπειν τὴν ψυ- C
χήν, κἂν ἐξ ὑπτίας νέων ἐν γῇ ἢ ἐν θαλάττῃ μανθάνῃ. Δίκην, ἔφη, ἔχω· ὀρθῶς γάρ μοι ἐπέπληξας. ἀλλὰ πῶς δὴ ἔλεγες δεῖν ἀστρονομίαν μανθάνειν παρὰ ἃ νῦν μανθάνουσιν, εἰ μέλλοιεν ὠφελίμως πρὸς ἃ λέγομεν μαθήσεσθαι; Ὧδε, ἦν δ' ἐγώ· ταῦτα μὲν τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ποικίλματα, ἐπείπερ ἐν ὁρατῷ πεποίκιλται, κάλλιστα μὲν ἡγεῖσθαι καὶ ἀκριβέστατα * τῶν D
τοιούτων ἔχειν, τῶν δὲ ἀληθινῶν πολὺ ἐνδεῖν, ἃς τὸ ὂν τάχος καὶ ἡ οὖσα βραδυτὴς ἐν τῷ ἀληθινῷ ἀριθμῷ ***) καὶ πᾶσι τοῖς ἀληθέσι σχήμασι φοράς τε πρὸς ἄλληλα φέρεται καὶ τὰ ἐνόντα φέρει· ἃ δὴ λόγῳ μὲν καὶ διανοίᾳ ληπτά, ὄψει δ' οὔ· ἢ σὺ οἴει; Οὐδαμῶς γ', ἔφη. Οὐκοῦν, εἶπον, τῇ περὶ τὸν οὐρανὸν ποικιλίᾳ παραδείγμασι χρηστέον τῆς πρὸς ἐκεῖνα μαθήσεως ἕνεκα, ὁμοίως ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐντύχοι ὑπὸ Δαιδάλου ἢ * τινος ἄλλου δημιουργοῦ ἢ γραφέως διαφερόντως γεγραμ- E
μένοις καὶ ἐκπεπονημένοις διαγράμμασιν. ἡγήσαιτο γὰρ ἄν πού τις ἔμπειρος γεωμετρίας, ἰδὼν τὰ τοιαῦτα, κάλλιστα μὲν ἔχειν ἀπεργασίᾳ, γελοῖον μέντοι †) ἐπισκοπεῖν ταῦτα σπουδῇ ὡς τὴν ἀλήθειαν ἐν αὐτοῖς ληψόμενον ἴσων ἢ διπλασίων * ἢ 530
ἄλλης τινὸς ξυμμετρίας. Τί δ' οὐ μέλλει γελοῖον εἶναι; ἔφη. Τῷ ὄντι δὴ ἀστρονομικόν, ἦν δ' ἐγώ, ὄντα οὐκ οἴει ταὐτὸν πείσεσθαι εἰς τὰς τῶν ἄστρων φορὰς ἀποβλέποντα; νομιεῖν μέν, ὡς οἷόν τε κάλλιστα τὰ τοιαῦτα ἔργα ξυστήσασθαι, οὕτω ξυνεστάναι τῷ τοῦ οὐρανοῦ δημιουργῷ αὐτόν τε καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, τὴν δὲ νυκτὸς πρὸς ἡμέραν ξυμμετρίαν καὶ τούτων πρὸς μῆνα καὶ μηνὸς πρὸς ἐνιαυτὸν καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων πρός τε ταῦτα * καὶ πρὸς ἄλληλα, οὐκ ἄτοπον, οἴει, ἡγήσεται τὸν νομίζοντα B
γίγνεσθαί τε ταῦτα ἀεὶ ὡσαύτως καὶ οὐδαμῇ οὐδὲν παραλλάττειν, σῶμά τε ἔχοντα καὶ ὁρώμενα, καὶ ζητεῖν παντὶ τρόπῳ

*) ἄλλ. συμμεμυκὼς τούτων τι μανθάνῃ· ἐὰν δ' ἄνω [illegible]ρου κεχηνὼς ὁτιοῦν τῶν αἰσθητῶν ἐπιχειρῇ.
**) γρ. τῶν τοιούτων.
***) ἴσ. ὧν τὸ ὂν τάχος — βραδυτής, καὶ ἐν τῷ ἀληθινῷ κτλ.
†) ἄλλ. μήν.

aliquis ore hiante suspiciens vel compresso despiciens rerum sub sensus cadentium aliquam conetur percipere, neque eum percepturum esse umquam dico (cognitionem enim nequaquam habere talem), neque sursum, sed deorsum eius spectare animum, etiamsi supinus in terra cubans vel in mari natans percipiat. Poenas, inquit, do; recte enim mihi hoc obiecisti. at quomodo quaeso dicis astrologiam esse addiscendam contra atque nunc addiscatur, si profutura sit eius perceptio ad ea quae dicimus? Ita, respondi, ut iudicemus, hos in caelo ornatus, quia in loco adspectabili appareant, optime quidem et accuratissime omnium id generis se habere, a veris autem longe abesse, quorum vera est celeritas veraque tarditas, et quae in vero numero omnibusque veris figuris inter se feruntur eaque quae complectuntur ferunt, quae quidem ratione et cogitatione comprehenduntur, non visu; an tu putas? Minime vero, inquit. Itaque, inquam, caeli ornatu tamquam exemplo uti oportet in illorum cognitione, similiter ac si quis offenderit a Daedalo vel alio opifice vel pictore pictas et elaboratas figuras. arbitretur enim quispiam geometriae peritus, tales quum viderit, optime quidem eas habere ad confectionem, ridiculum autem esse curiose has contemplari quasi veram in eis percepturus sis rationem aequalitatis vel dupli vel alius alicuius proportionis. Quidni ridiculum sit? inquit. Eum igitur, inquam, qui vere est astrologiae intelligens, nonne censes idem sensurum esse stellarum cursus intuentem, et existimaturum, ut quam optime talia opera possint componi, ita composita esse a caeli opifice ipsum hoc et quae in eo sint; de noctis vero cum die convenientia et horum cum mense et mensis cum anno reliquarumque stellarum cum his et inter se, nonne ineptum censes eum existimaturum esse hunc qui crediderit fieri haec semper eadem ratione nec ullo modo aliquid ab ea deflectere, corpus habentia et sub adspectum cadentia, et studeat omni modo veram eorum rationem

τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν λαβεῖν; Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ, ἔφη, σοῦ νῦν
ἀκούοντι. Προβλήμασιν ἄρ', ἦν δ' ἐγώ, χρώμενοι ὥςπερ
γεωμετρίαν, οὕτω καὶ ἀστρονομίαν μέτιμεν· τὰ δ' ἐν τῷ οὐ-
ρανῷ ἐάσομεν, εἰ μέλλομεν * ὄντως ἀστρονομίας μεταλαμβά- C
νοντες χρήσιμον τὸ φύσει φρόνιμον ἐν τῇ ψυχῇ ἐξ ἀχρήστου
ποιήσειν. Ἦ πολλαπλάσιον, ἔφη, τὸ ἔργον, ἢ ὡς νῦν ἀστρο-
νομεῖται, προστάττεις. Οἶμαι δέ γε, εἶπον, καὶ τἄλλα κατὰ
τὸν αὐτὸν τρόπον προστάξειν ἡμᾶς, ἐάν τι ἡμῶν ὡς νομοθε-
τῶν ὄφελος ᾖ.

Ἀλλὰ γάρ τί ἔχεις ὑπομνῆσαι τῶν προςηκόντων μαθη-
μάτων; Οὐκ ἔχω, ἔφη, νῦν γ' οὑτωσί. Οὐ μὴν ἕν, ἀλλὰ
πλείω, ἦν δ' ἐγώ, εἴδη παρέχεται ἡ φορά, ὡς ἐγῷμαι. τὰ
μὲν οὖν * πάντα ἴσως, ὅς τις σοφός, ἕξει εἰπεῖν, ἃ δὲ καὶ D
ἡμῖν προφανῆ, δύο. Ποῖα δή; Πρὸς τούτῳ, ἦν δ' ἐγώ, ἀντί-
στροφον αὐτοῦ. Τὸ ποῖον; Κινδυνεύει, ἔφην, ὡς πρὸς
ἀστρονομίαν ὄμματα πέπηγεν, ὣς πρὸς ἐναρμόνιον φορὰν ὦτα
παγῆναι, καὶ αὗται ἀλλήλων ἀδελφαί τινες αἱ ἐπιστῆμαι εἶναι,
ὡς οἵ τε Πυθαγόρειοί φασι καὶ ἡμεῖς, ὦ Γλαύκων, ξυγχω-
ροῦμεν· ἢ πῶς ποιοῦμεν; Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ,
ἐπειδὴ πολὺ τὸ * ἔργον, ἐκείνων πευσόμεθα πῶς λέγουσι περὶ E
αὐτῶν καὶ εἴ τι ἄλλο πρὸς τούτοις, ἡμεῖς δὲ παρὰ πάντα ταῦτα
φυλάξομεν τὸ ἡμέτερον; Ποῖον; Μή ποτ' αὐτῶν τι ἀτελὲς
ἐπιχειρῶσιν ἡμῖν μανθάνειν οὓς θρέψομεν, καὶ οὐκ ἐξῆκον
ἐκεῖσε ἀεὶ οἷ πάντα δεῖ ἀφήκειν, οἷον ἄρτι περὶ τῆς ἀστρονο-
μίας ἐλέγομεν· ἢ οὐκ οἶσθ' ὅτι καὶ περὶ ἁρμονίας ἕτερον
* τοιοῦτον ποιοῦσι; τὰς γὰρ ἀκουομένας αὖ ξυμφωνίας καὶ 531
φθόγγους ἀλλήλοις ἀναμετροῦντες ἀνήνυτα, ὥςπερ οἱ ἀστρο-
νόμοι, πονοῦσιν. Νὴ τοὺς θεούς, ἔφη, καὶ γελοίως γε, πυκνώ-
ματ' ἄττα ὀνομάζοντες καὶ παραβάλλοντες τὰ ὦτα, οἷον ἐκ
γειτόνων φωνὴν θηρευόμενοι, οἱ μέν φασιν ἔτι κατακούειν ἐν
μέσῳ τινὰ ἠχὴν καὶ σμικρότατον εἶναι τοῦτο διάστημα ᾧ μετρη-
τέον, οἱ δὲ ἀμφιςβητοῦντες ὡς ὅμοιον ἤδη φθεγγομένων, ἀμ-

percipere? Mihi quidem videtur, inquit, quum ex te nunc audiam. Quaestionibus igitur, inquam, utentes sicut geometriam, ita astrologiam tractabimus, res autem in caelo exstantes missas faciemus, si vere astrologiam attingentes prudentiam in animo natura insitam utilem effecturi sumus ex inutili. Profecto multo maiorem, inquit, operam, quam quae nunc in astrologia ponitur, praescribis. Arbitror vero, inquam, etiam reliqua eadem nos ratione praescripturos esse, si legum latorum munere bene functuri simus.

Iam vero potes de aliqua admonere disciplinarum nobis convenientium? Non possum, inquit, sic in praesentia. Neque enim unam, sed plures, inquam, species habet agitatio, ut ego arbitror. et universas quidem fortasse, si quis sapiens erit, dicere poterit, quae autem nobis quoque perspicuae, duae. Quales tandem? Praeter hanc, inquam, altera ei respondens. Quaenam? Videntur, inquam, quemadmodum in astrologia oculi defiguntur, ita in harmonica agitatione aures defigi, et hae inter se cognatae quaedam disciplinae esse, quemadmodum Pythagorei dicunt et nos, Glauco, assentimur; an quî faciamus? Ita, inquit. Nonne igitur, quoniam amplum est opus, illos rogabimus quomodo loquantur de his et num quid aliud praeter haec, nos autem contra haec omnia servabimus nostrum? Quidnam? Ne umquam horum imperfectum aliquid conentur nobis discere quos alemus nec spectans illuc quo omnia oportet pertinere, quemadmodum paullo ante de astrologia monuimus; an nescis etiam in harmonia eos similiter facere? auditos enim concentus ac sonos inter se dimetientes frustra, ut astrologi, laborem suscipiunt. Mehercule, inquit, et ridicule quoque, densitates nescio quas vocantes et aures admoventes quasi ex propinquo vocem venantes, dum alii dicunt se praeterea audire in medio sonum aliquem et minimum esse hoc intervallum quo dimetiendum sit, alii vero contendunt aequalem iam esse

φότεροι ὦτα * τοῦ νοῦ προστησάμενοι. Σὺ μέν, ἦν δ' ἐγώ, B
τοὺς χρηστοὺς λέγεις τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας
καὶ βασανίζοντας, ἐπὶ τῶν κολλόπων στρεβλοῦντας· ἵνα δὲ μὴ
μακροτέρα ἡ εἰκὼν γίγνηται πλήκτρῳ τε πληγῶν γιγνομένων
καὶ κατηγορίας πέρι καὶ ἐξαρνήσεως καὶ ἀλαζονείας χορδῶν,
παύομαι τῆς εἰκόνος καὶ οὔ φημι τούτους λέγειν, ἀλλ' ἐκείνους
οὓς ἔφαμεν νῦν δὴ περὶ ἁρμονίας ἐρήσεσθαι *)· ταὐτὸν γὰρ
ποιοῦσι τοῖς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ· * τοὺς γὰρ ἐν ταύταις ταῖς ξυμ- C
φωνίαις ταῖς ἀκουομέναις ἀριθμοὺς ζητοῦσιν, ἀλλ' οὐκ εἰς
προβλήματα ἀνίασιν, ἐπισκοπεῖν τίνες ξύμφωνοι ἀριθμοὶ καὶ
τίνες οὔ, καὶ διὰ τί ἑκάτεροι. Δαιμόνιον γάρ, ἔφη, πρᾶγμα
λέγεις. Χρήσιμον μὲν οὖν, ἦν δ' ἐγώ, πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ
τε καὶ ἀγαθοῦ ζήτησιν, ἄλλως δὲ μεταδιωκόμενον ἄχρηστον.
Εἰκός γ', ἔφη. Οἶμαι δέ γ', ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ τούτων πάν-
των ὧν διεληλύθαμεν μέθοδος ἐὰν * μὲν ἐπὶ τὴν ἀλλήλων κοι- D
νωνίαν ἀφίκηται καὶ ξυγγένειαν, καὶ ξυλλογισθῇ ταῦτα ᾗ ἐστὶν
ἀλλήλοις οἰκεῖα, φέρειν τι αὐτῶν εἰς ἃ βουλόμεθα τὴν πραγ-
ματείαν καὶ οὐκ ἀνόνητα πονεῖσθαι, εἰ δὲ μή, ἀνόνητα. Καὶ
ἐγώ, ἔφη, οὕτω μαντεύομαι· ἀλλὰ πάμπολυ ἔργον λέγεις, ὦ
Σώκρατες. Τοῦ προοιμίου, ἦν δ' ἐγώ, ἢ τίνος λέγεις; ἢ οὐκ
ἴσμεν ὅτι πάντα ταῦτα προοίμιά ἐστιν αὐτοῦ τοῦ νόμου ὃν **)
δεῖ μαθεῖν; οὐ γάρ που δοκοῦσί γέ σοι οἱ ταῦτα * δεινοὶ δια- E
λεκτικοὶ εἶναι. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη, εἰ μὴ μάλα γέ τινες ὀλί-
γοι ὧν ἐγὼ ἐντετύχηκα. Ἀλλὰ δή ***), εἶπον, οἱ μὴ δυνατοὶ
ὄντες †) δοῦναί τε καὶ ἀποδέξασθαι λόγον εἴσεσθαί ποτέ τι ὧν
φαμὲν δεῖν εἰδέναι; Οὐδ' αὖ, ἔφη, τοῦτό γε. * Οὐκοῦν, εἶ- 532
πον, ὦ Γλαύκων, οὗτος ἤδη αὐτός ἐστιν ὁ νόμος ὃν τὸ δια-
λέγεσθαι περαίνει; ὃν καὶ ὄντα νοητὸν μιμοῖτ' ἂν ἡ τῆς ὄψεως
δύναμις, ἣν ἐλέγομεν πρὸς αὐτὰ ἤδη τὰ ζῷα ἐπιχειρεῖν ἀπο-
βλέπειν καὶ πρὸς αὐτὰ ἄστρα τε καὶ τελευταῖον δὴ πρὸς αὐτὸν
τὸν ἥλιον. οὕτω καὶ ὅταν τις τῷ διαλέγεσθαι ἐπιχειρῇ, ἄνευ
πασῶν τῶν αἰσθήσεων διὰ τοῦ λόγου ἐπ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἕκαστον
ὁρμᾶν ††) καὶ μὴ ἀποστῇ πρὶν ἂν αὐτὸ ὃ ἔστιν ἀγαθὸν * αὐ- B

*) γρ. αἱρήσεσθαι. **) ἴσ. ᾗ. ***) γρ. Ἀλλ' ἤδη.
†) γρ. εἶπον, μὴ δυνατοί τινες ὄντες.
††) γρ. ὁρμᾷ.

sonum, utrique aures menti praeficientes. Tu quidem, inquit, bonos illos dicis qui chordis negotia exhibent easque examinant verticillis torquendo; ne autem longius producatur similitudo ad ictus plectri et querelas recusationis et petulantiae chordarum, desino similitudinem et non hos me aio dicere, sed illos quos dicebamus modo nos de harmonia rogaturos esse; nam idem faciunt quod illi in astrologia; numeros enim in his quos auditu percipiunt concentibus quaerunt, sed ad quaestiones non adscendunt perscrutantes quinam concinant numeri qui non et cur utrique. Divinam enim, inquit, rem memoras. Utilem vero, inquam, ad pulchri et boni investigationem, aliter vero indagatam inutilem. Consentaneum vero, inquit. Arbitror autem, inquam, etiam horum omnium quae persequuti sumus tractationem si ad communionem quae inter ea est progrediatur atque cognationem et rationem colligat qua inter se propinqua sint, ducere fere eo quo velimus nec frustra hunc laborem suscipi, sin minus, frustra. Ego quoque, inquit, ita auguror; quamquam permagnum opus est quod dicis, Socrate. Prooemium, inquam, an quid significas? an nescimus omnia haec prooemia esse ipsius legis quomodo oporteat disci? neque enim putaverim tibi videri harum rerum peritos dialecticos esse. Haudquaquam hercle, inquit, quum a paucis quibusdam discesserim quos offendi. At vero, inquam, ii qui nequeunt rationem reddere et accipere, umquam tibi videntur cognituri esse quae dicimus eis esse cognoscenda? Neque hoc, inquit, videtur. Nonne igitur, inquam, Glauco, haec iam ipsa est lex quam dialectica perficit? quam quidem mente comprehendendam imitabitur visus facultas, quam diximus in ipsa iam animalia conari intueri, in ipsas stellas et postremo in ipsum solem. similiter quum quis ad dialecticam aggreditur, nullis adhibitis sensibus ratione ad ipsum quod quidque est tendit nec desistit prius quam ipsum quod per se est bonum ipsa cogitatione compre-

τῇ νοήσει λάβῃ, τότε δὴ *) ἐπ' αὐτῷ γίγνεται τῷ τοῦ νοητοῦ
τέλει, ὥσπερ ἐκεῖνος τότε ἐπὶ τῷ τοῦ ὁρατοῦ. Παντάπασι μὲν
οὖν, ἔφη. Τί οὖν; οὐ διαλεκτικὴν ταύτην τὴν πορείαν κα-
λεῖς; Τί μήν; Ἡ δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, λύσις τε ἀπὸ τῶν δεσμῶν
καὶ μεταστροφὴ ἀπὸ τῶν σκιῶν ἐπὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὸ φῶς καὶ
ἐκ τοῦ καταγείου εἰς τὸν ἥλιον ἐπάνοδος, καὶ ἐκεῖ πρὸς μὲν
τὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ καὶ τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέ-
πειν, * πρὸς δὲ τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα, **) ἐνταῦθα δὲ πρὸς C
φαντάσματα θεῖα καὶ σκιὰς τῶν ὄντων, ἀλλ' οὐκ εἰδώλων
σκιὰς δι' ἑτέρου τοιούτου φωτός, ὡς πρὸς ἥλιον κρίνειν, ἀπο-
σκιαζομένας, — πᾶσα αὕτη ἡ πραγματεία τῶν τεχνῶν ἃς διήλ-
θομεν ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ἐπαναγωγὴν τοῦ βελτίστου
ἐν ψυχῇ πρὸς τὴν τοῦ ἀρίστου ἐν τοῖς οὖσι θέαν, ὥσπερ τότε
τοῦ σαφεστάτου ἐν σώματι πρὸς τὴν τοῦ φανοτάτου ἐν τῷ σω-
ματοειδεῖ * τε καὶ ὁρατῷ τόπῳ. Ἐγὼ μέν, ἔφη, ἀποδέχομαι D
οὕτω· καίτοι παντάπασί γέ μοι δοκεῖ χαλεπὰ μὲν ἀποδέχεσθαι
εἶναι, ἄλλον δ' αὖ τρόπον χαλεπὰ μὴ ἀποδέχεσθαι. ὅμως δέ
(οὐ γὰρ ἐν τῷ νῦν παρόντι μόνον ἀκουστέα, ἀλλὰ καὶ αὖθις
πολλάκις ἐπανιτέον) ταῦτα θέντες ἔχειν ὡς νῦν λέγεται, ἐπ'
αὐτὸν δὴ τὸν νόμον ἴωμεν καὶ διέλθωμεν οὕτως ὥσπερ τὸ προ-
οίμιον διήλθομεν. λέγε οὖν τίς ὁ τρόπος τῆς τοῦ διαλέγεσθαι
δυνάμεως, καὶ * κατὰ ποῖα δὴ εἴδη διέστηκε, καὶ τίνες αὖ E
ὁδοί. αὗται γὰρ ἂν ἤδη, ὡς ἔοικεν, αἱ πρὸς αὐτὸ ἄγουσαι
εἶεν, οἷ ἀφικομένῳ ὥσπερ ὁδοῦ ἀνάπαυλα ἂν εἴη καὶ τέλος
τῆς πορείας. Οὐκέτ', ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε Γλαύκων, οἷός τ'
* ἔσει ἀκολουθεῖν, ἐπεὶ τό γ' ἐμὸν οὐδὲν ἂν προθυμίας ἀπο- 533
λίποι, οὐδ' εἰκόνα ἂν ἔτι οὗ λέγομεν ἴδοις, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀλη-
θές, ὅ γε δὴ ἐμοὶ φαίνεται· εἰ δ' ὄντως ἢ μή, οὐκέτ' ἄξιον
τοῦτο διισχυρίζεσθαι, ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ τοιοῦτόν τι, ἰσχυριστέον·
ἦ γάρ; Τί μήν; Οὐκοῦν καὶ ὅτι ἡ τοῦ διαλέγεσθαι δύναμις
μόνη ἂν φήνειεν ἐμπείρῳ ὄντι ὧν νῦν δὴ διήλθομεν, ἄλλῃ
δὲ οὐδαμῇ δυνατόν; Καὶ τοῦτ', ἔφη, ἄξιον διισχυρίζεσθαι.
Τόδε γοῦν, ἦν δ' ἐγώ, οὐδεὶς ἡμῖν * ἀμφισβητήσει λέγουσιν B

*) ἄλλ. λάβῃ, ἐπ' αὐτῷ κτλ. **) ἴσ. καὶ ἐκεῖ μὲν πρὸς τὰ ζῶά τε καὶ φυτὰ καί, τὸ τοῦ ἡλίου φῶς ἐπ' ἀδυναμίᾳ βλέπειν, πρὸς τὰ ἐν ὕδασι φαντάσματα, ἐνταῦθα δὲ κτλ.

henderit, tum ad ipsum venit rerum intelligibilium finem, quemadmodum ille ad rerum adspectabilium finem. Sane quidem, inquit. Quid igitur? nonne dialecticam hanc viam vocas? Quidni? Ac liberatio quidem, inquam, vinculorum et conversio ab umbris ad simulacra ac lumen et ex antro adscensus ad solem, ubi, postquam in antro animalium et plantarum et solis lucis conspiciendae impotentes simulacra in aquis spectavimus, species divinas et umbras veri contemplamur, non simulacrorum umbras a simili luce, cum sole collata, adumbratas: omne illud artium quas persequuti sumus studium hanc habet vim ut educat praestantissimam animi partem in eius quod optimum est in rerum natura spectationem, quemadmodum tum clarissimum in corpore ad splendidissimi in corporeo et adspectabili loco spectationem eductum est. Ego quidem, inquit, ita accipio; quamquam prorsus mihi videntur haec difficilia esse ad accipiendum, et alia rursus ratione difficilia ad non accipiendum. attamen, quoniam non in praesentia tantum haec audienda, sed alias saepe ad ea revertendum, haec ponentes ita se habere ut nunc dicitur, ad ipsam iam legem pergamus eamque ita exponamus ut prooemium exposuimus. dic igitur quae sit ratio disserendi facultatis, quales in species divisa sit et quaenam sint viae. hae enim iam, ut patet, eo ducent, quo si pervenerimus quasi itineris requies erit atque finis profectionis. Nondum, inquam, care Glauco, poteris sequi, quamquam quod ad me attinet operae non parcam, nec imaginem iam eius quod dicimus videbis, sed ipsum verum, quod quidem mihi videtur; an ita se habeat necne, iam non decet id pro certo affirmari; at tale fere id esse, affirmandum; nonne? Quidni? Nonne etiam hoc, disserendi facultatem solam declarare illud posse ei qui peritus sit horum quae modo exposuimus, aliam vero nullam id posse? Etiam hoc, inquit, par est affirmare. Hoc certe, inquam, nemo nobis in controversiam vocabit

ὡς αὐτοῦ γε ἑκάστου πέρι, ὃ ἔστιν ἕκαστον, οὐκ ἄλλη τις
ἐπιχειρεῖ μέθοδος ὁδῷ περὶ παντὸς λαμβάνειν, ἀλλ' αἱ μὲν
ἄλλαι πᾶσαι τέχναι ἢ πρὸς δόξας ἀνθρώπων καὶ ἐπιθυμίας
εἰσὶν ἢ πρὸς γενέσεις τε καὶ ξυνθέσεις, ἢ καὶ πρὸς θεραπείαν
τῶν φυομένων τε καὶ ξυντιθεμένων ἅπασαι τετράφαται· αἱ *
δὲ λοιπαί, ἃς τοῦ ὄντος τι ἔφαμεν ἐπιλαμβάνεσθαι, γεωμε-
τρίαν τε καὶ τὰς ταύτῃ * ἑπομένας, ὁρῶμεν ὡς ὀνειρώττουσι C
μὲν περὶ τὸ ὄν, ὕπαρ δὲ ἀδύνατον αὐταῖς ἰδεῖν, ἕως ἂν ὑπο-
θέσεσι χρώμεναι ταύτας ἀκινήτους ἐῶσι, μὴ δυνάμεναι λόγον
διδόναι αὐτῶν. ᾧ γὰρ ἀρχὴ μὲν ὃ μὴ οἶδε, τελευτὴ δὲ καὶ τὰ
μεταξὺ ἐξ οὗ μὴ οἶδε ξυμπέπλεκται, τίς μηχανὴ τὴν τοιαύτην
ὁμολογίαν ποτὲ ἐπιστήμην γενέσθαι; Οὐδεμία, ἦ δ' ὅς. Οὐκ-
οῦν, ἦν δ' ἐγώ, ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος μόνη ταύτῃ πορεύεται,
τὰς ὑποθέσεις ἀναιροῦσα ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχήν, ἵνα βεβαιώση-
ται, καὶ τῷ * ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς D
ὄμμα κατορωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, ξυνερίθοις
καὶ ξυμπεριαγωγοῖς χρωμένη αἷς διήλθομεν τέχναις· ἃς ἐπι-
στήμας μὲν πολλάκις προςείπομεν διὰ τὸ ἔθος, δέονται δὲ
ὀνόματος ἄλλου, ἐναργεστέρου μὲν ἢ δόξης, ἀμυδροτέρου δὲ
ἢ ἐπιστήμης. διάνοιαν δὲ αὐτὴν ἔν γε τῷ πρόσθεν που ὡρι-
σάμεθα· ἔστι δ', ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐ περὶ ὀνόματος ἡ ἀμφις-
βήτησις, οἷς τοσούτων * πέρι σκέψις ὅσων ἡμῖν πρόκειται. E
Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη *). Ἀρέσκει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὥςπερ τὸ πρό-
τερον, τὴν μὲν πρώτην μοῖραν ἐπιστήμην καλεῖν, δευτέραν
δὲ διάνοιαν, * τρίτην δὲ πίστιν καὶ εἰκασίαν τετάρτην, καὶ ξυν- 534
αμφότερα μὲν ταῦτα δόξαν, ξυναμφότερα δ' ἐκεῖνα νόησιν·
καὶ δόξαν μὲν περὶ γένεσιν, νόησιν δὲ περὶ οὐσίαν· καὶ ὅ τι
οὐσίαν πρὸς γένεσιν, νόησιν πρὸς δόξαν, ἐπιστήμην πρὸς
πίστιν καὶ διάνοιαν πρὸς εἰκασίαν. τὴν δ' ἐφ' οἷς ταῦτα ἀνα-
λογίαν τε καὶ διαίρεσιν διχῇ ἑκατέρου, δοξαστοῦ τε καὶ νοη-
τοῦ, ἐῶμεν, ὦ Γλαύκων, ἵνα μὴ ἡμᾶς πολλαπλασίων λόγων

---

*) γρ. ἔφη, ἄλλο ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν ἕξιν σαφηνείᾳ, λέγει ἐν ψυχῇ. ἄλλ. ἀλλ' ὃ ἂν μόνον δηλοῖ πρὸς τὴν λέξιν σαφηνείᾳ, ὃ λέγοι ἐν ψυχῇ.

uniuscuiusque rei qualis sit quaeque naturam universam aliam nullam investigationem ratione et via comprehendere, sed reliquas omnes artes vel ad opiniones hominum et cupiditates vel ad res genitas et compositas, vel etiam ad culturam eorum quae nascuntur et componuntur esse conversas; ceteras autem quas veri aliquid diximus apprehendere, geometriam eique adiunctas, videmus quantopere somnient de vero, vigilantes vero nequeant id conspicere, dum sumptionibus utantur easque immobiles sinant, quia rationem earum reddere non possint. cui enim principium est id quod ignorat, finis autem et media ex eo quod ignorat contexta sunt, quî potest fieri ut huiusmodi consensus umquam scientia exsistat? Nullo vero modo, inquit. Nonne igitur, inquam, dialectica investigatio sola huc pergit, sumptiones tollens ad ipsum principium ut confirmet, et mentis oculum vere in coeno barbaro quodam defossum leniter trahit sursumque ducit, adiutricibus et una convertentibus utens quas memoravimus artibus, quas disciplinas saepius ante diximus propter consuetudinem, licet aliud requirant nomen, evidentius quidem quam opinionis, obscurius vero quam disciplinae. cogitationem eam supra definivimus. est autem, ut mihi videtur, non verbi controversia eis qui tantis de rebus quaestionem habent quantae nobis propositae sunt. Minime vero, inquit. Placet igitur, inquam, ut, quemadmodum ante, primam partem scientiam dicamus, secundam cogitationem, tertiam fidem et coniecturam quartam et utrasque has opinionem, utrasque vero illas intelligentiam; et opinionem quidem ad res quae gignantur spectare, intelligentiam vero ad id quod vere sit; et quod verum ad generatum, id intelligentiam ad opinionem, scientiam ad fidem et cogitationem ad coniecturam esse. proportionem vero eorum quibus haec ponimus nomina et divisionem cuiusque bipartitam, opinabilis et intelligibilis, mittamus, Glauco, ut ne mul-

ἐμπλήσῃ, ᾗ ὅσων οἱ παρεληλυθότες. * Ἀλλὰ μὴν ἔμοιγ', B
ἔφη, τά γε ἄλλα, καθ' ὅσον δύναμαι ἕπεσθαι, ξυνδοκεῖ. Ἦ
καὶ διαλεκτικὸν καλεῖς τὸν λόγον ἑκάστου λαμβάνοντα τῆς οὐσίας; καὶ τὸν μὴ ἔχοντα, καθ' ὅσον ἂν μὴ ἔχῃ λόγον αὑτῷ τε καὶ ἄλλῳ διδόναι, κατὰ τοσοῦτον νοῦν περὶ τούτου οὐ φήσεις ἔχειν; Πῶς γὰρ ἄν, ἦ δ' ὅς, φαίην; Οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ὡσαύτως, ὃς ἂν μὴ ἔχῃ διορίσασθαι τῷ λόγῳ ἀπὸ
τῶν ἄλλων πάντων ἀφελὼν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν, καὶ * ὥς- C
περ ἐν μάχῃ διὰ πάντων ἐλέγχων διεξιών, μὴ κατὰ δόξαν, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν προθυμούμενος ἐλέγχειν, ἐν πᾶσι τούτοις ἀπτῶτι τῷ λόγῳ διαπορεύηται, οὔτε αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν φήσεις εἰδέναι τὸν οὕτως ἔχοντα οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν, ἀλλ' εἴ πῃ εἰδώλου τινὸς ἐφάπτεται, δόξῃ, οὐκ ἐπιστήμῃ ἐφάπτεσθαι, καὶ τὸν νῦν βίον ὀνειροπολοῦντα καὶ ὑπνώττοντα, πρὶν ἐν-
θάδ' ἐξέγρεσθαι, εἰς Ἅιδου * πρότερον ἀφικόμενον τελέως D
ἐπικαταδαρθάνειν; Νὴ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, σφόδρα γε πάντα ταῦτα φήσω. Ἀλλὰ μὴν τούς γε σαυτοῦ παῖδας, οὓς τῷ λόγῳ τρέφεις τε καὶ παιδεύεις, εἴ ποτε ἔργῳ τρέφοις, οὐκ ἂν ἐάσαις, ὡς ἐγῷμαι, ἀλόγους ὄντας ὥσπερ γραμμάς, ἄρχοντας ἐν τῇ πόλει κυρίους τῶν μεγίστων εἶναι. Οὐ γὰρ οὖν, ἔφη. Νομοθετήσεις δὴ αὐτοῖς ταύτης μάλιστα τῆς παιδείας ἀντιλαμβάνεσθαι ἐξ ἧς ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι ἐπιστημονέστατα
οἷοί τ' ἔσονται; Νομοθετήσω, * ἔφη, μετά γε σοῦ. Ἆρ' E
οὖν δοκεῖ σοι, ἔφην ἐγώ, ὥσπερ θριγκὸς τοῖς μαθήμασιν ἡ διαλεκτικὴ ἡμῖν ἐπάνω κεῖσθαι, καὶ οὐκέτ' ἄλλο τούτου μάθημα ἀνωτέρω ὀρθῶς ἂν ἐπιτίθεσθαι, ἀλλ' ἔχειν ἤδη τέλος τὰ τῶν
* μαθημάτων; Ἔμοιγ', ἔφη. 535

Διανομὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὸ λοιπόν σοι, τίσι ταῦτα τὰ μαθήματα δώσομεν καὶ τίνα τρόπον. Δῆλον, ἔφη. Μέμνησαι οὖν τὴν προτέραν ἐκλογὴν τῶν ἀρχόντων, οἵους ἐξελέξαμεν; Πῶς γάρ, ἦ δ' ὅς, οὔ; Τὰ μὲν ἄλλα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ἐκείνας τὰς φύσεις οἴου δεῖν ἐκλεκτέας εἶναι· τούς τε γὰρ βεβαιοτάτους καὶ τοὺς ἀνδρειοτάτους προαιρετέον, καὶ κατὰ

to plurium nos impleat disputationum quam superiores quaestiones. Mihi quidem, inquit, quantum sequi possum, ita tecum videtur. An etiam dialecticum vocas eum qui notionem verae cuiusque rei naturae comprehendit, eum vero qui non comprehendit, quatenus rationem sibi ipsi et alteri reddere nequeat, hactenus nullam eius rei cognitionem dicis habere? Quî possum, inquit, aliter dicere? Nonne eadem est boni ratio, ut, qui nequeat oratione definire boni speciem a reliquis omnibus distinctam, nec, velut in pugna omnia explorans et percurrens, eaque non ex opinione, sed e veritate studens explorare, in omnibus his stabili oratione progrediatur, eum neque ipsum bonum dices cognitum habere, quum ita sit affectus, neque aliud quid boni, sed, si forte simulacrum aliquod attingat, opinione, non scientia eum hoc attingere, et in vita praesente somniantem ac dormitantem, antequam hic expergiscatur, ad inferos profectum altissimo sepultum iri somno? Mehercule, inquit, admodum quidem omnia haec dicam. Iam vero tuos liberos, quos oratione educas et instituis, si quando re educares, non sineres, ut ego arbitror, quamdiu rationis expertes essent tamquam lineamenta, duces esse civitatis res maximas ad suum arbitrium constituentes. Minime vero, inquit. Legem igitur eis scribes ut hanc maxime institutionem arripiant, quam adepti interrogare et respondere scientissime possint. Legem vero scribam, inquit, tecum. Nonne igitur videtur tibi, inquam, velut apex disciplinis dialectica superiecta esse, nec iam alia quam haec disciplina superior recte poni, sed finis ea esse disciplinarum? Mihi vero, inquit.

Distributio iam, inquit, relinquitur tibi, quibusnam has disciplinas impertituri simus et quo pacto. Patet, inquit. Recordarisne priorem electionem ducum quales elegerimus? Quidni? inquit. In universum igitur, inquam, illas naturas existima eligendas esse; stabilissimi enim et fortissimi praeoptandi, et quoad eius fieri

δύναμιν τοὺς εὐειδεστάτους· πρὸς δὲ τούτοις ζητητέον * μὴ B μόνον γενναίους τε καὶ βλοσυροὺς τὰ ἤθη, ἀλλὰ καὶ ἃ τῇδε τῇ παιδείᾳ τῆς φύσεως πρόσφορα ἑκτέον αὐτοῖς. Ποῖα δὴ διαστέλλει; Δριμύτητα, ὦ μακάριε, ἔφην, δεῖ αὐτοῖς πρὸς τὰ μαθήματα ὑπάρχειν, καὶ μὴ χαλεπῶς μανθάνειν· πολὺ γάρ τοι μᾶλλον ἀποδειλιῶσι ψυχαὶ ἐν ἰσχυροῖς μαθήμασιν, ἢ ἐν γυμνασίοις· οἰκειότερος γὰρ αὐταῖς ὁ πόνος, ἴδιος, ἀλλ' οὐ κοινὸς ὢν μετὰ τοῦ σώματος. Ἀληθῆ, ἔφη. Καὶ μνήμονα δὲ καὶ ἄῤῥατον καὶ * πάντῃ φιλόπονον ζητητέον· ἢ τίνι τρόπῳ C οἴει τά τε τοῦ σώματος ἐθελήσειν τινὰ διαπονεῖν καὶ τοσαύτην μάθησίν τε καὶ μελέτην ἐπιτελεῖν; Οὐδένα, ἦ δ' ὅς, ἐὰν μὴ παντάπασί γ' ᾖ εὐφυής. Τὸ γοῦν νῦν ἁμάρτημα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἡ ἀτιμία φιλοσοφίᾳ διὰ ταῦτα προσπέπτωκεν, ὃ καὶ πρότερον εἴπομεν, ὅτε οὐ κατ' ἀξίαν αὐτῆς ἅπτονται· οὐ γὰρ νόθους ἔδει ἅπτεσθαι, ἀλλὰ γνησίους. Πῶς; ἔφη. Πρῶτον μέν, εἶπον, φιλοπονίᾳ οὐ * χωλὸν δεῖ εἶναι τὸν ἁψόμενον, D τὰ μὲν ἡμίσεα φιλόπονον ὄντα, τὰ δὲ ἡμίσεα ἄπονον· ἔστι δὲ τοῦτο, ὅταν τις φιλογυμναστὴς μὲν καὶ φιλόθηρος ᾖ καὶ πάντα τὰ διὰ τοῦ σώματος φιλοπονῇ, φιλομαθὴς δὲ μὴ μηδὲ φιλήκοος μηδὲ ζητητικός, ἀλλ' ἐν πᾶσι τούτοις μισοπονῇ. χωλὸς δὲ καὶ ὁ τἀναντία τούτου μεταβεβληκὼς τὴν φιλοπονίαν. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν καὶ πρὸς ἀλήθειαν, ἦν δ' ἐγώ, ταὐτὸν τοῦτο ἀνάπηρον ψυχὴν θήσομεν, * ἣ ἂν τὸ E μὲν ἑκούσιον ψεῦδος μισῇ καὶ χαλεπῶς φέρῃ αὐτή τε καὶ ἑτέρων ψευδομένων ὑπεραγανακτῇ, τὸ δ' ἀκούσιον εὐκόλως προσδέχηται καὶ ἀμαθαίνουσά που ἁλισκομένη μὴ ἀγανακτῇ, ἀλλ' εὐχερῶς ὥσπερ θηρίον ὕειον ἐν ἀμαθίᾳ μολύνηται; Παντάπασι * μὲν οὖν, ἔφη. Καὶ πρὸς σωφροσύνην, ἦν δ' ἐγώ, 536 καὶ ἀνδρείαν καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς μέρη οὐχ ἥκιστα δεῖ φυλάττειν τὸν νόθον τε καὶ τὸν γνήσιον. ὅταν γάρ τις μὴ ἐπίστηται πάντα τὰ τοιαῦτα σκοπεῖν καὶ ἰδιώτης καὶ πόλις, λανθάνουσι χωλοῖς τε καὶ νόθοις χρώμενοι πρὸς

potest formosissimi; praeterea quaerendi non generosis modo ac severis moribus praediti, verum etiam ea naturâ habentes quae tali institutioni conveniunt. Quaenam quaeso statuis? Acre ingenium, o bone, inquam, oportet eis ad disciplinas subesse, ut ne difficile discant; multò enim magis animi deficiunt in validis disciplinis quam in corporis exercitationibus; magis enim eorum proprius est labor qui privatus est, non communis cum corpore. Vero, inquit. Atque etiam memor, stabilis prorsusque laboriosus est quaerendus; an qui censes fore ut et corporis labores velit subire et tantam disciplinam et exercitationem perficere? Nullo modo, inquit, nisi prorsus bona sit indole praeditus. Hoc certe quod nunc peccatum est, inquam, et ignominia philosophiae iniuncta hinc exstiterunt, id quod etiam supra diximus, quod non pro dignitate eam attingunt; non enim adulterinos oportet eam attingere, sed germanos. Quomodo? inquit. Primum quidem, inquam, ad laboris studium non claudum oportet esse qui eam attingat, ut partim laboriosus sit, partim labores refugiat; usu autem hoc venit, si quis exercitationum corporis et venationis omniumque corporis laborum appetens est, sed non discendi cupidus neque audiendi neque investigandi, et in omnibus his laborem refugit. claudus est autem etiam qui contra atque ille laboribus se dedit. Verissime, inquit, dicis. Nonne etiam ad veritatem, inquam, similiter mutilum animum dicemus, qui voluntarium quidem mendacium odit et aegre fert ipse aliisque mentientibus admodum indignatur, non voluntarium autem facile admittit et, si in dementia deprehensus fuerit, non indignatur, sed haud gravate tamquam pecus suillum inscitia sese inquinat? Admodum, inquit. Etiam in temperantia, inquam, et fortitudine et magnificentia omnibusque virtutis partibus haud minus oportet observari adulterinum et germanum. nam nisi quis haec omnia potuerit explorare, tam privatus quam civitas, insciens claudis et adulteri-

ὅ τι ἂν τύχωσι τούτων, οἱ μὲν φίλοις, οἱ δὲ ἄρχουσιν. Καὶ
μάλα, ἔφη, οὕτως ἔχει. Ἡμῖν δή, ἦν δ' ἐγώ, πάντα τὰ τοι-
αῦτα διευλαβητέον· * ὡς, ἐὰν μὲν ἀρτιμελεῖς τε καὶ ἀρτί- B
φρονας ἐπὶ τοσαύτην μάθησιν καὶ τοσαύτην ἄσκησιν κομίσαν-
τες παιδεύωμεν, ἥ τε δίκη ἡμῖν οὐ μέμψεται αὐτή τήν τε πόλιν
καὶ πολιτείαν σώσομεν, ἀλλοίους δὲ ἄγοντες ἐπὶ ταῦτα τἀναν-
τία πάντα καὶ πράξομεν καὶ φιλοσοφίας ἔτι πλείω γέλωτα κα-
ταντλήσομεν. Αἰσχρὸν μέντ' ἂν εἴη, ἦ δ' ὅς. Πάνυ μὲν
οὖν, εἶπον· γελοῖον δ' ἔγωγε καὶ ἐν τῷ παρόντι ἔοικα παθεῖν.
Τὸ ποῖον; ἔφη. Ἐπελαθόμην, ἦν * δ' ἐγώ, ὅτι ἐπαίζομεν, C
καὶ μᾶλλον ἐντεινάμενος εἶπον. λέγων γὰρ ἅμα ἔβλεψα πρὸς
φιλοσοφίαν, καὶ ἰδὼν προπεπηλακισμένην ἀναξίως ἀγανακτή-
σας μοι δοκῶ καὶ ὥσπερ θυμωθεὶς τοῖς αἰτίοις σπουδαιότερον
εἰπεῖν ἃ εἶπον. Οὐ μὰ τὸν Δί', ἔφη, οὔκουν ὥς γ' ἐμοὶ
ἀκροατῇ. Ἀλλ' ὡς ἐμοί, ἦν δ' ἐγώ, ῥήτορι. τόδε δὲ μὴ
ἐπιλανθανώμεθα, ὅτι ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ ἐκλογῇ πρεσβύτας
ἐξελέγομεν, ἐν δὲ ταύτῃ οὐκ ἐγχωρήσει· Σόλωνι * γὰρ οὐ D
πειστέον ὡς γηράσκων τις πολλὰ δυνατὸς μανθάνειν, ἀλλ'
ἧττον ἢ τρέχειν, νέων δὲ πάντες οἱ μεγάλοι καὶ οἱ πολλοὶ πό-
νοι. Ἀνάγκη, ἔφη. Τὰ μὲν τοίνυν λογισμῶν τε καὶ γεω-
μετριῶν καὶ πάσης τῆς προπαιδείας, ἣν τῆς διαλεκτικῆς δεῖ
προπαιδευθῆναι, παισὶν οὖσι χρὴ προβάλλειν, οὐχ ὡς ἐπά-
ναγκες μαθεῖν τὸ σχῆμα τῆς διδαχῆς ποιουμένους. Τί δή;
Ὅτι, ἦν δ' ἐγώ, οὐδὲν μάθημα * μετὰ δουλείας τὸν ἐλεύθερον E
χρὴ μανθάνειν. οἱ μὲν γὰρ τοῦ σώματος πόνοι βίᾳ πονού-
μενοι χεῖρον οὐδὲν τὸ σῶμα ἀπεργάζονται, ψυχῇ δὲ βίαιον
οὐδὲν ἔμμονον μάθημα. Ἀληθῆ, ἔφη. Μὴ τοίνυν βίᾳ, εἶπον,
ὦ ἄριστε, τοὺς παῖδας ἐν τοῖς μαθήμασιν, ἀλλὰ παίζοντας
* τρέφε, ἵνα καὶ μᾶλλον οἷός τ' ἦς καθορᾶν ἐφ' ὃ ἕκαστος 537
πέφυκεν. Ἔχει ὃ λέγεις, ἔφη, λόγον. Οὐκοῦν μνημονεύεις,
ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ εἰς τὸν πόλεμον ἔφαμεν τοὺς παῖδας εἶναι

nis utetur ad quodcumque eos adhibebit, amicis unus, alter ducibus. Sane quidem, inquit, sic se res habet. Nobis igitur, inquam, omnia haec sunt praecavenda; nam si integris et membris et mente praeditos tantam in disciplinam tantamque exercitationem induxerimus et instituerimus, iustitia ipsa nos non reprehendet et urbem civitatemque servabimus, alienos autem si adduxerimus ad has, plane contra nobiscum agetur et philosophiam etiam maiore obruemus risu. Turpe sane erit, inquit. Admodum, inquam; ridiculi vero aliquid mihi etiam in praesentia videtur accidere. Quidnam? inquit. Oblitus sum, respondi, nos ludere, contentiusque dixi. etenim inter disputationem intuitus sum in philosophiam et quum viderem contumelia vexatam indigne, graviter id molesteque ferens mihi videor et quasi succensens eis qui in culpa sunt studiosius dixisse quae dixi. Haudquaquam hercle, inquit, me quidem iudice qui audivi. At me, inquam, iudice qui peroravi. hoc autem ne obliviscamur, in priore quidem nos electione senes elegisse, in hac autem non permissum fore; Soloni enim non est fides tribuenda dicenti senescentem multa posse discere, immo, minus quam currere, et iuvenum omnes sunt magni multique labores. Necesse est, inquit. Ars igitur computandi et geometria omnisque disciplina quam dialecticae oportet praecurrere, pueris sunt proponendae a nobis, eam institutionis formam adhibentibus, quae nullam eis discendi necessitatem imponit. Quid ita? Quia, inquam, nulla disciplina cum servitute libero est percipienda; corporis enim labores quos coacti subimus nihilo deterius corpus reddunt, animo autem nulla disciplina coacta stabilis. Vero, inquit. Ne igitur vi, inquam, optime, pueros in disciplinis, sed ludentes educa, ut etiam magis possis perspicere ad quid quisque natus sit. Habet quod dicis, inquit, rationem. Nonne igitur meministi, inquam, etiam in bellum nos dixisse pueros

ακτέον ἐπὶ τῶν ἵππων θεωροὺς καί, ἐάν που ἀσφαλὲς ᾖ, προςακτέον ἐγγὺς καὶ γευστέον αἵματος, ὥςπερ τοὺς σκύλακας; Μέμνημαι, ἔφη. Ἐν πᾶσι δὴ τούτοις, ἦν δ' ἐγώ, τοῖς τε πόνοις καὶ μαθήμασι καὶ φόβοις ὃς ἂν ἐντρεχέστατος ἀεὶ φαίνηται, εἰς ἀριθμόν τινα ἐγκριτέον. * Ἐν τίνι, ἔφη, ἡλικίᾳ; B Ἡνίκα, ἦν δ' ἐγώ, τῶν ἀναγκαίων γυμνασίων μεθίενται· οὗτος γὰρ ὁ χρόνος, ἐάν τε δύο ἐάν τε τρία ἔτη γίγνηται, ἀδύνατός τι ἄλλο πρᾶξαι· κόποι γὰρ καὶ ὕπνοι μαθήμασι πολέμιοι· καὶ ἅμα μία καὶ αὕτη τῶν βασάνων οὐκ ἐλαχίστη, τίς *) ἕκαστος ἐν τοῖς γυμνασίοις φανεῖται. Πῶς γὰρ οὔκ; ἔφη. Μετὰ δὴ τοῦτον τὸν χρόνον, ἦν δ' ἐγώ, ἐκ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν οἱ προκριθέντες τιμάς τε μείζους τῶν ἄλλων οἴσονται, τά τε * χύδην μαθήματα παισὶν ἐν τῇ παιδείᾳ γενόμενα τούτοις C ξυνακτέον εἰς ξύνοψιν οἰκειότητος ἀλλήλων τῶν μαθημάτων καὶ τῆς τοῦ ὄντος φύσεως. Μόνη γοῦν, εἶπεν, ἡ τοιαύτη μάθησις βέβαιος ἐν οἷς ἂν ἐγγένηται. Καὶ μεγίστη γε, ἦν δ' ἐγώ, πεῖρα διαλεκτικῆς φύσεως καὶ μή· ὁ μὲν γὰρ ξυνοπτικὸς διαλεκτικός, ὁ δὲ μὴ οὔ. Ξυνοίομαι, ἦ δ' ὅς. Ταῦτα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, δεήσει σε ἐπισκοποῦντα, * οἳ ἂν μάλιστα D τοιοῦτοι ἐν αὐτοῖς ὦσι καὶ μόνιμοι μὲν ἐν μαθήμασι, μόνιμοι δ' ἐν πολέμῳ καὶ τοῖς ἄλλοις νομίμοις, τούτους αὖ, ἐπειδὰν τὰ τριάκοντα ἔτη ἐκβαίνωσιν, ἐκ τῶν προκρίτων προκρινάμενον εἰς μείζους τε τιμὰς καθιστάναι καὶ σκοπεῖν, τῇ τοῦ διαλέγεσθαι δυνάμει βασανίζοντα, τίς ὀμμάτων καὶ τῆς ἄλλης αἰσθήσεως δυνατὸς μεθιέμενος ἐπ' αὐτὸ τὸ ὂν μετ' ἀληθείας ἰέναι. καὶ ἐνταῦθα δὴ πολλῆς φυλακῆς ἔργον, ὦ ἑταῖρε. Τί μάλιστα; ἦ δ' ὅς. Οὐκ ἐννοεῖς, * ἦν δ' ἐγώ, τὸ νῦν περὶ E τὸ διαλέγεσθαι κακὸν γιγνόμενον ὅσον γίγνεται; Τὸ ποῖον; ἔφη. Παρανομίας που, ἔφην ἐγώ, ἐμπίπλαται **). Καὶ μάλα, ἔφη. Θαυμαστὸν οὖν τι οἴει, εἶπον, πάσχειν αὐτούς, καὶ οὐ ξυγγιγνώσκεις; Πῇ μάλιστ'; ἔφη. Οἷον, ἦν δ' ἐγώ, εἴ τις

---

*) ἴσ. ποῖός τις.

**) ἴσ. ἐμπίπλανται.

esse ducendos in equis spectatores et, sicubi tutum esset, propius adducendos ut sanguinem degustarent velut catuli? Memini vero, inquit. In omnibus igitur his, inquam, et laboribus et disciplinis et timoribus quicumque acerrimum sese exhibet, in numerum quendam adscribendus. Quanam, inquit, aetate? Quando, inquam, ex necessariis excesserunt exercitationibus; hoc enim tempore, sive duo sive tres sunt anni, nequit aliud quid agere; lassitudines enim et somni disciplinis inimica; simulque una haec quoque probationum haud minima, qualem se quisque in exercitationibus praestet. Quidni? inquit. Hoc igitur post tempore, inquam, qui vicesimum aetatis annum egressi electi fuerint honores ceteris ampliores assequentur, et disciplinae quae sine ullo delectu pueris instituendis tradebantur coniuncte eis proponendae sunt uno in conspectu ut disciplinarum inter se et eius quod per se est naturae perspiciant cognationem. Sola certe, inquit, talis disciplina stabilis in omnibus in quibus exstat. Ac maxima quidem, inquam, probatio dialecticae naturae et non dialecticae; nam qui uno in conspectu res videt dialecticus est, qui non videt, non est. Assentior, inquit. Hoc igitur, inquam, quum exploraveris, quinam maxime tales in illis sint et stabiles quidem in disciplinis, stabiles vero etiam in bello ceterisque lege sancitis, hos rursus, quum tricesimum aetatis annum egressi fuerint, ex electis eligere te oportebit, amplioribus in honoribus collocare et videre, disserendi facultate eos explorantem, quis ab oculis reliquisque sensibus abstractus ad ipsum possit quod per se est cum veritate progredi. et hîc quidem multa opus est custodia, amice. Cur potissimum? inquit. Nonne animadvertis, inquam, quantum nunc mali in disserendi arte exsistat? Quodnam? inquit. Petulantiae fere legibus aversae, inquam, implentur. Sane quidem, inquit. Mirumne igitur aliquid censes, inquam, accidere eis, nec ignoscis? Quî autem? inquit. Velut, respondi, si

ὑποβολιμαῖος τραφείη ἐν πολλοῖς μὲν χρήμασι, πολλῷ δὲ καὶ
μεγάλῳ γένει * καὶ κόλαξι πολλοῖς, ἀνὴρ δὲ γενόμενος αἴσθοι- 538
το ὅτι οὐ τούτων ἐστὶ τῶν φασκόντων γονέων, τοὺς δὲ τῷ
ὄντι γεννήσαντας μὴ εὕροι, τοῦτον ἔχεις μαντεύσασθαι πῶς
ἂν διατεθείη πρός τε τοὺς κόλακας καὶ πρὸς τοὺς ὑποβαλο-
μένους ἐν ἐκείνῳ τε τῷ χρόνῳ ᾧ οὐκ ᾔδει τὰ περὶ τῆς ὑποβο-
λῆς καὶ ἐν ᾧ αὖ ᾔδει; ἢ βούλει ἐμοῦ μαντευομένου ἀκοῦσαι;
Βούλομαι, ἔφη. Μαντεύομαι τοίνυν, εἶπον, μᾶλλον αὐτὸν
τιμᾶν ἂν τὸν πατέρα καὶ τὴν * μητέρα καὶ τοὺς ἄλλους οἰκείους B
δοκοῦντας, ἢ τοὺς κολακεύοντας, καὶ ἧττον μὲν ἂν περιιδεῖν
ἐνδεεῖς τινός, ἧττον δὲ παράνομόν τι δρᾶσαι ἢ εἰπεῖν εἰς αὐ-
τούς, ἧττον δὲ ἀπειθεῖν τὰ μεγάλα ἐκείνοις, ἢ τοῖς κόλαξιν,
ἐν ᾧ χρόνῳ τὸ ἀληθὲς μὴ εἰδείη. Εἰκός, ἔφη. Αἰσθόμενος
τοίνυν τὸ ὄν, μαντεύομαι αὖ περὶ μὲν τούτους ἀνεῖναι ἂν τὸ
τιμᾶν τε καὶ σπουδάζειν, περὶ δὲ τοὺς κόλακας ἐπιτεῖναι, καὶ
πείθεσθαί τε αὐτοῖς διαφερόντως ἢ πρότερον, * καὶ ζῆν ἂν C
ἤδη κατ' ἐκείνους, ξυνόντα αὐτοῖς ἀπαρακαλύπτως, πατρὸς
δὲ ἐκείνου καὶ τῶν ἄλλων ποιουμένων οἰκείων, εἰ μὴ πάνυ
εἴη φύσει ἐπιεικής, μέλειν τὸ μηδέν. Πάντ', ἔφη, λέγεις
οἷά περ ἂν γένοιτο. ἀλλὰ πῇ πρὸς τοὺς ἁπτομένους *) τῶν
λόγων αὕτη φέρει ἡ εἰκών; Τῇδε· ἔστι που ἡμῖν δόγματα ἐκ
παίδων περὶ δικαίων καὶ καλῶν, ἐν οἷς ἐκτεθράμμεθα ὥσπερ
ὑπὸ γονεῦσι, πειθαρχοῦντές τε καὶ τιμῶντες αὐτά. Ἔστι γάρ.
Οὐκοῦν καὶ * ἄλλα ἐναντία τούτων ἐπιτηδεύματα ἡδονὰς ἔχοντα, D
ἃ κολακεύει μὲν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ ἕλκει ἐφ' ἑαυτά, πείθει
δ' οὐ τοὺς καὶ ὁπηοῦν μετρίους· ἀλλ' ἐκεῖνα τιμῶσι τὰ πάτρια
καὶ ἐκείνοις πειθαρχοῦσιν. Ἔστι ταῦτα. Τί οὖν; ἦν δ' ἐγώ·
ὅταν τὸν οὕτως ἔχοντα ἐλθὸν ἐρώτημα ἔρηται τί ἐστι τὸ καλόν,
καὶ ἀποκρινάμενον ὃ τοῦ νομοθέτου ἤκουεν ἐξελέγχῃ ὁ λόγος,
καὶ πολλάκις καὶ πολλαχῇ ἐλέγχων εἰς δόξαν καταβάλῃ ὡς τοῦτο
* οὐδὲν μᾶλλον καλὸν ἢ αἰσχρόν, καὶ περὶ δικαίου ὡσαύτως E

---

*) γρ. προσάπτομενους.

quis subditicius nutriatur multis in opibus, copiosa et magna familia multosque inter adulatores, vir autem factus animadvertat, non his se esse qui se parentes profiteantur natum, veros autem parentes non reperiat, hunc potes augurari quomodo animatus sit in adulatores et in eos qui eum supposuerint tam illo tempore quo nesciverit se suppositum esse quam eo quo id compererit? an vis a me quid augurer audire? Volo, inquit. Auguror igitur, inquam, magis eum veneraturum esse patrem et matrem ceterosque qui videantur propinquos, quam eos qui adulentur, minusque illos neglecturum si quo indigeant, minus iniusti quid facturum vel dicturum in eos, minusque admonitiones aspernaturum esse illorum, quam assentatorum eo tempore quo verum non cognoverit. Consentaneum vero, inquit. Quum autem compererit ut res sit, auguror tum fore ut venerationem ac studium illorum remittat, assentatorum vero studium contendat, eisque obediat multo magis quam ante, et vivat iam ad eorum voluntatem, palam se eis dans in consuetudinem, patrem vero illum et reliquos qui existimantur eius propinqui, nisi admodum sit natura bonus, nihil curet. Omnia, inquit, dicis quae fieri possunt. at quomodo ad eos qui sermones attingunt haec spectat similitudo? Ita: sunt sine dubio nobis sententiae a pueritia de iustis ac pulchris, in quibus educati sumus tamquam sub parentibus, obedientes et venerantes eas. Sunt vero. Atque etiam alia illarum contraria studia voluptates creantia, quae adulantur quidem animo nostro eumque ad sese trahunt, neque tamen persuadent hominibus ullo modo moderatis, sed hi venerantur patria illa eisque obediunt. Sunt ista. Quid igitur? inquam: si ad hominem sic affectum quaestio accedens interroget quid sit pulchrum, respondentem id quod a legis latore audiverit refellat oratio et saepius multisque modis refutando opinionem ei iniiciat [illegible] nihilo magis pulchrum esse quam turpe, et de iusto similiter et bono et eis quae

καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἃ μάλιστα ἦγεν ἐν τιμῇ, μετὰ τοῦτο τί οἴει ποιήσειν αὐτὸν πρὸς αὐτὰ τιμῆς τε πέρι καὶ πειθαρχίας; Ἀνάγκη, ἔφη, μήτε τιμᾶν ἔτι ὁμοίως μήτε πείθεσθαι. Ὅταν οὖν, ἦν δ' ἐγώ, μήτε ταῦτα ἡγῆται τίμια καὶ οἰκεῖα ὥσπερ πρὸ τοῦ, τά τε ἀληθῆ μὴ εὑρίσκῃ, ἔστι πρὸς ὁποῖον βίον * ἄλλον ἢ τὸν κολακεύοντα εἰκότως προσχωρήσεται; Οὐκ ἔστιν, 539 ἔφη. Παράνομος δή, οἶμαι, δόξει γεγονέναι ἐκ νομίμου *). Ἀνάγκη. Οὐκοῦν, ἔφην, εἰκὸς τὸ πάθος τῶν οὕτω λόγων ἁπτομένων καί, ὃ ἄρτι ἔλεγον, πολλῆς ξυγγνώμης ἄξιον; Καὶ ἐλέου γ', ἔφη. Οὐκοῦν, ἵνα μὴ γίγνηται ὁ ἔλεος οὗτος, περὶ τοὺς τριακοντούτας σοι εὐλαβουμένῳ παντὶ τρόπῳ τῶν λόγων ἁπτέον; Καὶ μάλ', ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν οὐ μία μὲν εὐλάβεια αὕτη συχνή, τὸ * μὴ νέους ὄντας αὐτῶν γεύεσθαι; οἶμαι γάρ B σε οὐ λεληθέναι ὅτι οἱ μειρακίσκοι, ὅταν τὸ πρῶτον λόγων γεύωνται, ὡς παιδιᾷ αὐτοῖς καταχρῶνται, ἀεὶ εἰς ἀντιλογίαν χρώμενοι, καὶ μιμούμενοι τοὺς ἐξελέγχοντας αὐτοὶ ἄλλους ἐλέγχουσι, χαίροντες ὥσπερ σκυλάκια τῷ ἕλκειν τε καὶ σπαράττειν τῷ λόγῳ τοὺς πλησίον ἀεί. Ὑπερφυῶς μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν, ὅταν δὴ πολλοὺς μὲν αὐτοὶ ἐλέγξωσιν, ὑπὸ πολλῶν δὲ ἐλεγχθῶσι, σφόδρα καὶ * ταχὺ ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ μηδὲν ἡγεῖ- C σθαι ὧνπερ πρότερον, καὶ ἐκ τούτων δὴ αὐτοί τε καὶ τὸ ὅλον φιλοσοφίας πέρι εἰς τοὺς ἄλλους διαβέβληνται; Ἀληθέστατα, ἔφη. Ὁ δὲ δὴ πρεσβύτερος, ἦν δ' ἐγώ, τῆς μὲν τοιαύτης μανίας οὐκ ἂν ἐθέλοι μετέχειν, τὸν δὲ διαλέγεσθαι ἐθέλοντα καὶ σκοπεῖν τἀληθὲς μᾶλλον μιμήσεται, ἢ τὸν παιδιᾶς χάριν παίζοντα καὶ ἀντιλέγοντα, καὶ αὐτός τε μετριώτερος * ἔσται D καὶ τὸ ἐπιτήδευμα τιμιώτερον ἀντὶ ἀτιμοτέρου ποιήσει. Ὀρθῶς, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ τὰ προειρημένα τούτου ἐπ' εὐλαβείᾳ πάντα προείρηται, τὸ τὰς φύσεις κοσμίους εἶναι καὶ στασίμους οἷς τις μεταδώσει τῶν λόγων, καὶ μή **), ὡς νῦν, ὁ τυχὼν καὶ οὐδὲν προσήκων ἔρχεται ἐπ' αὐτό; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη.

---

*) γρ. νομικοῦ.

**) ἴσ. εἰ δὲ μή.

maxime in honore habuerit, dein quid censes eum facturum esse illis ratione honoris et obedientiae? Necesse est, inquit, eum neque honorare illa iam aeque neque eis obedire. Quando igitur, inquam, neque haec existimet honore digna et propinqua, ut ante, neque vera inveniat, num ad aliam vitam quam ad assentationi deditam consentaneum erit eum accedere? Ad aliam vero nullam, inquit. A lege igitur aversus, opinor, videbitur fieri ex homine legi parente. Necesse est. Nonne igitur, inquam, consentanea haec est affectio eorum qui illo modo ad disserendi artem accedunt eaque, quod modo dicebam, multa venia digna? Quin etiam misericordia, inquit. Itaque, ne haec misericordia tribuenda sit iuvenibus tuis triginta annos habentibus, omni cum cautione ad disserendum eos oportet accedere. Sane quidem, inquit. Nonne vero una haec est cautio magna, si disserendi artem non dum pueri sunt degustant? arbitror enim te non fugere adolescentulos, quum primum disputationes degustent, ut ludo eis uti, semper ad contradicendum adhibentes, et imitantes eos qui refellunt ipsos alios refellere, cum voluptate veluti catulos raptantes ac lacerantes proximos quosque. Mirum quam verum, inquit. Nonne vero quum multos ipsi refutarunt et a multis refutati sunt, admodum et celeriter eo delabuntur ut nihil existiment eorum quae ante, et hinc quidem tam ipsi quam universa philosophia apud reliquos invidiam sibi conflant? Verissime, inquit. Senior autem, inquam, huius se insaniae participem esse minime volet, sed eum qui disserere cupit verumque cognoscere potius imitabitur quam eum qui ludi causa ludit et contra dicit, et ipse modestior erit et studium honoratius faciet ex inhonoratiore. Recte, inquit. Nonne etiam ante haec dicta cautionis causa omnia prolata sunt, naturas esse debere modestas ac stabiles quibus quis traditurus esset disserendi artem, sin minus, fore ut, quemadmodum nunc, primus quisque et alienus ad eam accederet? Sane quidem, in-

Ἀρκεῖ δὴ ἐπὶ λόγων μεταλήψει μεῖναι ἐνδελεχῶς καὶ ξυντόνως
μηδὲν ἄλλο πράττοντι, ἀλλ' ἀντιστρόφως γυμναζομένῳ τοῖς
περὶ τὸ σῶμα γυμνασίοις, ἔτη διπλάσια ἢ τότε; * Ἕξ, ἔφη, E
ἢ τέτταρα λέγεις; Ἀμέλει, εἶπον, πέντε θές· μετὰ γὰρ τοῦτο
καταβιβαστέοι ἔσονταί σοι εἰς τὸ σπήλαιον πάλιν ἐκεῖνο, καὶ
ἀναγκαστέοι ἄρχειν τά τε περὶ τὸν πόλεμον καὶ ὅσαι νέων ἀρχαί,
ἵνα μηδ' ἐμπειρίᾳ ὑστερῶσι τῶν ἄλλων· καὶ ἔτι καὶ ἐν τού-
τοις βασανιστέοι, εἰ ἐμμενοῦσιν ἑλκόμενοι πανταχόσε, * ἤ τι 540
καὶ παρακινήσουσιν. Χρόνον δέ, ἦ δ' ὅς, πόσον τοῦτον
τίθης; Πεντεκαίδεκα ἔτη, ἦν δ' ἐγώ. γενομένων δὲ πεντη-
κοντούτων τοὺς διασωθέντας καὶ ἀριστεύσαντας πάντα πάντῃ
ἐν ἔργοις τε καὶ ἐπιστήμαις πρὸς τέλος ἤδη ἀκτέον, καὶ ἀναγκα-
στέον ἀνακλίναντας τὴν τῆς ψυχῆς αὐγὴν *) εἰς αὐτὸ ἀποβλέ-
ψαι τὸ πᾶσι φῶς παρέχον, καὶ ἰδόντας τὸ ἀγαθὸν αὐτό, παρα-
δείγματι χρωμένους ἐκείνῳ, καὶ πόλιν καὶ ἰδιώτας καὶ ἑαυ-
τοὺς * κατακοσμεῖν τὸν ἐπίλοιπον βίον ἐν μέρει ἑκάστους, τὸ B
μὲν πολὺ πρὸς φιλοσοφίαν διατρίβοντας, ὅταν δὲ τὸ μέρος
ἥκῃ, πρὸς πολιτικοῖς ἐπιταλαιπωροῦντας καὶ ἄρχοντας ἑκάστους
τῆς πόλεως ἕνεκα, οὐχ ὡς καλόν τι, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον πράτ-
τοντας, καὶ οὕτως ἄλλους ἀεὶ παιδεύσαντας τοιούτους, ἀντι-
καταλιπόντας τῆς πόλεως φύλακας, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόν-
τας οἰκεῖν· μνημεῖα δ' αὐτοῖς καὶ θυσίας τὴν πόλιν δημοσίᾳ
* ποιεῖν, ἐὰν καὶ ἡ Πυθία ξυναναιρῇ, ὡς δαίμοσιν, εἰ δὲ C
μή, ὡς εὐδαίμοσί τε καὶ θείοις. Παγκάλους, ἔφη, τοὺς
ἄρχοντας, ὦ Σώκρατες, ὥσπερ ἀνδριαντοποιὸς ἀπείργασαι.
Καὶ τὰς ἀρχούσας γε, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων· μηδὲν γάρ τι
οἴου με περὶ ἀνδρῶν εἰρηκέναι μᾶλλον ἃ εἴρηκα, ἢ περὶ γυναι-
κῶν, ὅσαι ἂν αὐτῶν ἱκαναὶ τὰς φύσεις ἐγγένωνται **). Ὀρ-
θῶς, ἔφη, εἴπερ ἴσα γε πάντα τοῖς ἀνδράσι κοινωνήσουσιν,
ὡς διήλθομεν. Τί * οὖν; ἔφην· ξυγχωρεῖτε ***) περὶ τῆς D
πόλεώς τε καὶ πολιτείας μὴ παντάπασιν ἡμᾶς εὐχὰς εἰρηκέναι,
ἀλλὰ χαλεπὰ μέν, δυνατὰ δέ πῃ, καὶ οὐκ ἄλλῃ †) εἴρηται,

*) γρ. ἀκτῖνα.
**) γρ. ἐγγίγνωνται.
***) γρ. ξυγχωρεῖς.
†) ἴσ. ἢ ὡς.

quit. Satisne igitur est in disserendi arte percipienda mansisse continenter et contente ita ut nihil aliud agas, sed in contrario exerceare corporis exercitationum studio, annos duplices quam tum? Sex, inquit, vel quattuor dicis? Quin, inquam, quinque pone; post enim demittendi tibi erunt in antrum rursus illud et cogendi rebus praeesse militaribus omnibusque quibus iuvenes imperant, ut ne usu superentur a ceteris; atque etiam in his adhuc explorandi, num permaneant si quoquoversus trahantur, an quid mente permoveantur. Tempus autem, inquit, quantum hoc ponis? Quindecim annos, inquam. quinquagesimum vero annum quum agunt ii qui servati sunt et excelluerunt usquequaque tam factis quam scientiis ad finem iam ducendi sunt atque cogendi extollentes mentis aciem in ipsum id intueri quod omnibus lumen praebet, et ipsum quum spectaverint bonum, eius exemplum sequentes et civitatem et privatos et semet ipsos disponere reliquam per vitam pro se quisque, maximam quidem partem in philosophia versantes, quando vero res ad suas partes transigendas eos vocaverit, in res civiles laborem insumentes et imperantes quisque civitatis causa, non tamquam pulchrum aliquid, sed tamquam necessarium agentes; ut alios semper quum tales instituerint urbisque custodes reliquerint, in beatorum insulas migrent ibique habitent; monumenta vero eis et sacrificia a civitate publice sunt instituenda, si Pythia quoque responsum id dederit, ut laribus, sin minus, ut beatis ac divinis. Oppido pulchros, inquit, gubernatores, Socrate, tamquam statuarius fingis. Quin etiam gubernatrices, inquam, Glauco; minime enim credideris me de viris dixisse magis ea quae dixerim, quam de mulieribus, quaecumque idonea praeditae indole innascuntur. Recte, inquit, siquidem communia omnia eis cum viris erunt, ut exposuimus. Quid igitur? inquam: num confitemini de urbe et civitate non prorsus nos vota protulisse, sed difficilia quidem, at non eius-

ὅταν οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι δυνάσται, ἢ πλείους ἢ εἷς, ἐν
πόλει γενόμενοι τῶν μὲν νῦν τιμῶν καταφρονήσωσιν, ἡγησά-
μενοι ἀνελευθέρους εἶναι καὶ οὐδενὸς ἀξίας, τὸ δὲ ὀρθὸν περὶ
πλείστου ποιησάμενοι καὶ τὰς ἀπὸ τούτου τιμάς, * μέγιστον E
δὲ καὶ ἀναγκαιότατον τὸ δίκαιον, καὶ τούτῳ δὴ ὑπηρετοῦντές
τε καὶ αὔξοντες αὐτὸ διασκευωρήσωνται τὴν ἑαυτῶν πόλιν;
Πῶς; ἔφη. Ὅσοι μὲν ἄν, ἦν δ' ἐγώ, πρεσβύτεροι τυγχάνωσι
δεκετῶν ἐν τῇ πόλει, πάντας ἐκπέμψωσιν εἰς τοὺς * ἀγρούς, 541
τοὺς δὲ παῖδας αὐτῶν παραλαβόντες ἐκτὸς τῶν νῦν ἠθῶν, ἃ
καὶ οἱ γονῆς ἔχουσι, θρέψωνται ἐν τοῖς σφετέροις τρόποις καὶ
νόμοις, οὖσιν οἵοις διεληλύθαμεν τότε. καὶ οὕτω τάχιστά τε
καὶ ῥᾷστα πόλιν τε καὶ πολιτείαν, ἣν ἐλέγομεν, καταστᾶσαν
αὐτήν τε εὐδαιμονήσειν καὶ τὸ ἔθνος, ἐν ᾧ ἂν ἐγγένηται,
πλεῖστα ὀνήσειν. Πολύ γ', ἔφη· * καὶ ὡς ἂν γένοιτο, εἴ- B
περ ποτὲ γίγνοιτο, δοκεῖς μοι, ὦ Σώκρατες, εὖ εἰρηκέναι.
Οὐκοῦν ἅδην ἤδη, εἶπον ἐγώ, ἔχουσιν ἡμῖν οἱ λόγοι περί τε
τῆς πόλεως ταύτης καὶ τοῦ ὁμοίου ταύτῃ ἀνδρός; δῆλος γάρ
που καὶ οὗτος οἷον φήσομεν δεῖν αὐτὸν εἶναι. Δῆλος, ἔφη,
καί, ὅπερ ἐρωτᾷς, δοκεῖ μοι τέλος ἔχειν.

---

modi quae fieri nequeant, quamquam non aliter atque ita ut dictum est, quando vere philosophi dominatores, vel plures vel unus, in civitate exsistentes honores quidem nunc tribui solitos contemnant, existimantes illiberales nihilique faciendos, rectum autem plurimi ducentes eosque qui inde oriantur honores, pro summo vero et maxime necessario habentes iustum, et huic servientes, hoc augentes suam ipsi civitatem administrent? Quomodo? inquit. Quicumque, inquam, seniores sunt quam decennes in civitate, omnes mittent in agros, liberos autem eorum sumentes procul a moribus nostris quibus etiam parentes utuntur sua in vivendi ratione ac legibus educabunt, quales tum explicavimus. et hac quidem ratione celerrime ac facillime urbem civitatemque, quam diximus, constitutam et ipsam beatam fore et generi hominum in quo exstet plurimum esse utilitatis allaturam. Sane quidem, inquit, et quomodo exsistat, si quando exsistat, videris mihi, Socrate, bene exposuisse. Nonne satis iam sunt, inquam, disputationes nostrae de civitate hac et viro ei simili? patet enim hunc quoque qualem dicamus esse debere. Patet vero, inquit, et, quod rogas, videtur mihi res ad exitum esse adducta.

H.

Εἶεν, ταῦτα μὲν δὴ ὡμολόγηται, ὦ Γλαύκων, τῇ μελλούσῃ 543
ἄκρως οἰκεῖν πόλει κοινὰς μὲν γυναῖκας, κοινοὺς δὲ παῖδας
εἶναι καὶ πᾶσαν παιδείαν, ὡσαύτως δὲ τὰ ἐπιτηδεύματα κοινὰ
ἐν πολέμῳ τε καὶ εἰρήνῃ, βασιλέας δὲ αὐτῶν εἶναι τοὺς ἐν φιλο-
σοφίᾳ τε καὶ πρὸς τὸν πόλεμον γεγονότας ἀρίστους. Ὡμο-
λόγηται, ἔφη. Καὶ μὴν καὶ τάδε * ξυνεχωρήσαμεν, ὡς, ὅταν B
δὴ καταστῶσιν οἱ ἄρχοντες, ἄγοντες τοὺς στρατιώτας κατοι-
κιοῦσιν εἰς οἰκήσεις οἵας προείπομεν, ἴδιον μὲν οὐδὲν οὐδενὶ
ἐχούσας, κοινὰς δὲ πᾶσι· πρὸς δὲ ταῖς τοιαύταις οἰκήσεσι καὶ
τὰς κτήσεις, εἰ μνημονεύεις, διωμολογησάμεθά που οἷαι ἔσον-
ται αὐτοῖς. Ἀλλὰ μνημονεύω, ἔφη, ὅτι γε οὐδὲν οὐδένα
ᾠόμεθα δεῖν κεκτῆσθαι ὧν *) νῦν οἱ ἄλλοι, ὥσπερ δὲ ἀθλη-
τάς τε πολέμου καὶ φύλακας, μισθὸν τῆς φυλακῆς * δεχομέ- C
νους εἰς ἐνιαυτὸν τὴν εἰς ταῦτα τροφὴν παρὰ τῶν ἄλλων, αὐ-
τῶν τε δεῖν καὶ τῆς ἄλλης πόλεως ἐπιμελεῖσθαι. Ὀρθῶς,
ἔφην, λέγεις. Ἀλλ' ἄγε **), ἐπειδὴ τοῦτ' ἀπετελέσαμεν, ἀνα-
μνησθῶμεν πόθεν δεῦρο ἐξετραπόμεθα, ἵνα πάλιν τὴν αὐτὴν
ἴωμεν. Οὐ χαλεπόν, ἔφη· σχεδὸν γάρ, καθάπερ νῦν διε-
λήλυθας ***), περὶ τῆς πόλεως τοὺς λόγους ἐποιοῦ, λέγων ὡς
ἀγαθὴν μὲν τὴν τοιαύτην, οἵαν τότε διῆλθες, τιθείης πόλιν καὶ
ἄνδρα * τὸν ἐκείνῃ ὅμοιον, καὶ ταῦτα, ὡς ἔοικε †), καλ- D
λίω ἔτι ἔχων εἰπεῖν πόλιν τε καὶ ἄνδρα. ἀλλ' * οὖν δὴ τὰς 544

*) γρ. ὡς. **) γρ. ἀλλά γε.
***) ἄλλ. καθάπερ νῦν, ὡς διεληλυθώς.
†) ἄλλ. ἔοικας.

VIII.

Iam haec quidem inter nos convenerunt, Glauco, civitati perfecte administrandae communes mulieres, communes liberos esse et universam institutionem, itemque studia communia in bello et pace, reges autem eorum esse qui in philosophia et ad bellum optimos sese exhibuerint. Convenerunt, inquit. Atque etiam hoc concessimus, quum constituti essent reges, eos acturos esse milites atque collocaturos in domiciliis qualia ante descripsissemus, proprii alicuius nihil habentibus, sed communibus omnium; et praeter domicilia huiusmodi etiam possessiones, si meministi, confessi sumus quales eis futurae essent. Sane memini, inquit, nos neminem arbitratos esse debere eorum quicquam possidere quae nunc reliqui, sed tamquam athletas belli et custodes, mercedem custodiae accipientes annua ad haec alimenta a reliquis, tam in semet ipsos debere quam in reliquam civitatem omnes curas conferre. Recte, inquit, dicis. Age vero, quum haec absolverimus, recordemur unde huc digressa sit oratio, ut eodem redeat. Haud difficile, inquit; fere enim, ut nunc, de civitate disputans monuisti, bonam hanc te ponere civitatem quam tum descripsisses virumque ei similem, licet, ut patebat, etiam pulchriorem potuisses describere civitatem ac virum. ve-

ἄλλας ἡμαρτημένας ἔλεγες, εἰ αὕτη ὀρθή· τῶν δὲ λοιπῶν πολιτειῶν ἔφησθα, ὡς μνημονεύω, τέτταρα εἴδη εἶναι, ὧν καὶ πέρι λόγον ἄξιον εἴη ἔχειν καὶ ἰδεῖν αὐτῶν τὰ ἁμαρτήματα καὶ τοὺς ἐκείναις αὖ ὁμοίους, ἵνα πάντας αὐτοὺς ἰδόντες καὶ ὁμολογησάμενοι τὸν ἄριστον καὶ τὸν κάκιστον ἄνδρα, ἐπισκεψαίμεθα εἰ ὁ ἄριστος εὐδαιμονέστατος καὶ ὁ κάκιστος ἀθλιώτατος, ἢ ἄλλως ἔχει· καὶ ἐμοῦ ἐρομένου τίνας λέγεις *) τὰς τέτταρας πολιτείας, * ἐν τούτῳ ὑπέλαβε Πολέμαρχός τε καὶ Ἀδείμαντος· καὶ οὕτω δὴ σὺ ἀναλαβὼν τὸν λόγον δεῦρο ἀφῖξαι. Ὀρθότατα, εἶπον, ἐμνημόνευσας. Πάλιν τοίνυν, ὥσπερ παλαιστής, τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε, καὶ τὸ αὐτὸ ἐμοῦ ἐρομένου πειρῶ εἰπεῖν, ἅπερ τότε ἔμελλες λέγειν. Ἐάνπερ, ἦν δ' ἐγώ, δύνωμαι. Καὶ μήν, ἦ δ' ὅς, ἐπιθυμῶ καὶ αὐτὸς ἀκοῦσαι τίνας ἔλεγες τὰς τέτταρας πολιτείας. * Οὐ χαλεπῶς, ἦν δ' ἐγώ, ἀκούσει· εἰσὶ γὰρ ἃς λέγω αἵπερ καὶ ὀνόματα ἔχουσιν, ἥ τε ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπαινουμένη, ἡ Κρητική τε καὶ Λακωνικὴ αὕτη· καὶ δευτέρα καὶ δευτέρως ἐπαινουμένη, καλουμένη δ' ὀλιγαρχία, συχνῶν γέμουσα κακῶν πολιτεία· ἥ τε ταύτῃ διάφορος καὶ ἐφεξῆς γιγνομένη δημοκρατία, καὶ ἡ γενναία δὴ τυραννὶς καὶ πασῶν τούτων διαφέρουσα, τέταρτόν τε καὶ ἔσχατον πόλεως νόσημα· ἤ τινα **) ἄλλην ἔχεις ἰδέαν * πολιτείας, ἥτις καὶ ἐν εἴδει διαφανεῖ τινὶ κεῖται; δυναστεῖαι γὰρ καὶ ὠνηταὶ βασιλεῖαι καὶ τοιαῦταί τινες πολιτεῖαι μεταξύ τι τούτων πού εἰσιν, εὕροι δ' ἄν τις αὐτὰς οὐκ ἐλάττους περὶ τοὺς βαρβάρους, ἢ τοὺς Ἕλληνας. Πολλαὶ γοῦν καὶ ἄτοποι, ἔφη, λέγονται. Οἶσθ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ ἀνθρώπων εἴδη τοσαῦτα ἀνάγκη τρόπον τινὰ ***) εἶναι, ὅσαπερ καὶ πολιτειῶν; ἢ οἴει ἐκ δρυός ποθεν ἢ ἐκ πέτρας τὰς πολιτείας γίγνεσθαι, ἀλλ' οὐχὶ ἐκ τῶν ἠθῶν τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν, * οἳ ἂν ὥσπερ ῥέψαντα †) τἄλλα ἐφελκύσηται; Οὐδαμῶς ἔγωγ', ἔφη, ἄλλοθεν ἢ ἐντεῦθεν. Οὐκοῦν, εἰ τὰ τῶν πόλεων πέντε, καὶ αἱ τῶν ἰδιωτῶν κατασκευαὶ τῆς ψυχῆς πέντε ἂν εἶεν; Τί μήν;

B C D E

*) ἄλλ. λέγοις. **) γρ. ἤ τινα.
***) ἄλλ. τρόπων. †) ἴσ. ἃ οἳ ἂν ῥέψωσιν ὥσπερ ῥεύματα τἄλλα ἐφελκύσηται;

rumtamen ceteras pravas dixisti, si haec recta esset; reliquarum vero civitatum dixisti, ut memini, quattuor species esse, quas operae pretium esse cognoscere atque videre earum vitia, itemque viros illis similes, ut, omnes eos quum vidissemus et hoc inter nos convenisset quis optimus esset quis pessimus vir, anquireremus optimusne esset beatissimus et pessimus miserrimus, an aliter se res haberet; et me interrogantem quasnam diceres quattuor civitates, interpellarunt Polemarchus et Adimantus; et tu deinde sermonem quum suscepisses, huc pervenisti. Rectissime, inquam, admonuisti. Rursus vero, velut luctator, eandem ad prehendendum ansam da idemque me rogante conare explicare quid tum volueris dicere. Si, inquam, potuero. Atqui, inquit, ipse quoque aveo audire quasnam dixeris quattuor civitates. Non est difficile, inquam, auditu; sunt enim quas dico et quae nomina habent, illa a multitudine laudata Cretensis et Laconica, secunda secundoque loco laudata ea quae dicitur paucorum principatus, multis illa quidem plena malis rei publicae forma; ab hac diversa eamque excipiens populi gubernatio, et fortis denique tyrannis eaque ab omnibus illis differens, quartus atque extremus civitatis morbus; an aliam quam tenes speciem rei publicae quae etiam in forma quadam pellucida sit posita? dominatus enim regnaque venalia et huiusmodi quaedam rei publicae formae mediae fere inter has sunt, inveneris autem eas non minus apud barbaros, quam apud Graecos. Multae certe et admirabiles, inquit, dicuntur. Scin igitur, inquam, etiam hominum species tot sint necesse esse, quot rei publicae formarum? an existimas e quercu aliqua vel rupe civitates nasci, ac non e moribus in civitatibus dominantibus, qui quocumque vergunt instar fluminum reliqua secum trahunt? Haudquaquam, inquit, aliunde quam hinc. Nonne si civitatum formae quinque, etiam privatorum habitus animi quinque erunt? Quidni? Et eum quidem

Τὸν μὲν δὴ τῇ ἀριστοκρατίᾳ ὅμοιον διεληλύθαμεν ἤδη, ὃν ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον ὀρθῶς φαμὲν εἶναι. * Διεληλύθαμεν. 545 Ἆρ' οὖν τὸ μετὰ τοῦτο διιτέον τοὺς χείρους, τὸν φιλόνεικόν τε καὶ φιλότιμον, κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἑστῶτα πολιτείαν, καὶ ὀλιγαρχικὸν αὖ καὶ δημοκρατικὸν καὶ τὸν τυραννικόν, ἵνα τὸν ἀδικώτατον ἰδόντες ἀντιθῶμεν τῷ δικαιοτάτῳ καὶ ἡμῖν τελέα ἡ σκέψις ᾖ, πῶς ποτε ἡ ἄκρατος δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν τὴν ἄκρατον ἔχει εὐδαιμονίας τε πέρι τοῦ ἔχοντος καὶ ἀθλιότητος, ἵνα ἢ Θρασυμάχῳ πειθόμενοι διώκωμεν * ἀδικίαν ἢ τῷ νῦν B προφαινομένῳ λόγῳ δικαιοσύνην; Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη, οὕτω ποιητέον. Ἆρ' οὖν, ὥσπερ ἠρξάμεθα ἐν ταῖς πολιτείαις πρότερον σκοπεῖν τὰ ἤθη ἢ ἐν τοῖς ἰδιώταις, ὡς ἐναργέστερον ὄν, καὶ νῦν οὕτω πρῶτον μὲν τὴν φιλότιμον σκεπτέον πολιτείαν (ὄνομα γὰρ οὐκ ἔχω λεγόμενον ἄλλο· ἢ τιμοκρατίαν ἢ τιμαρχίαν αὐτὴν κλητέον), πρὸς δὲ ταύτην τὸν τοιοῦτον ἄνδρα σκεψόμεθα, ἔπειτα ὀλιγαρχίαν καὶ * ἄνδρα ὀλιγαρχικόν, αὖθις δὲ εἰς δημοκρατίαν ἀποβλέψαντες θεασόμεθα ἄνδρα δημοκρατικόν, τὸ δὲ τέταρτον εἰς τυραννουμένην πόλιν ἐλθόντες καὶ ἰδόντες, πάλιν εἰς τυραννικὴν ψυχὴν βλέποντες πειρασόμεθα περὶ ὧν προὐθέμεθα ἱκανοὶ κριταὶ γενέσθαι; Κατὰ λόγον γέ τοι ἄν, ἔφη, οὕτω γίγνοιτο ἥ τε θέα καὶ ἡ κρίσις. C

Φέρε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, πειρώμεθα λέγειν τίνα τρόπον τιμοκρατία γένοιτ' ἂν ἐξ ἀριστοκρατίας· ἢ τόδε μὲν * ἁπλοῦν, D ὅτι πᾶσα πολιτεία μεταβάλλει ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔχοντος τὰς ἀρχάς, ὅταν ἐν αὐτῷ τούτῳ στάσις ἐγγένηται, ὁμονοοῦντος δέ, κἂν πάνυ ὀλίγον ᾖ, ἀδύνατον κινηθῆναι; Ἔστι γὰρ οὕτως. Πῶς οὖν δή, εἶπον, ὦ Γλαύκων, ἡ πόλις ἡμῖν κινηθήσεται, καὶ πῇ στασιάσουσιν οἱ ἐπίκουροι καὶ οἱ ἄρχοντες πρὸς ἀλλήλους τε καὶ πρὸς ἑαυτούς; ἢ βούλει, ὥσπερ Ὅμηρος, εὐχώμεθα ταῖς Μούσαις εἰπεῖν ἡμῖν ὅπως δὴ πρῶτον στάσις ἔμπεσε, καὶ

qui optimatum principatui similis est iam descripsimus, quem bonum et iustum rite dicimus esse. Descripsimus vero. Num vero post persequi nos oportet deteriores, contentionis et honoris cupidos, ad Laconicam compositos civitatem, et paucorum imperii appetentem et popularis gubernationis studiosum et tyrannicum, ut iniustissimum videntes iustissimo opponamus et absolvatur quaestio nostra, quomodo perfecta iustitia ad iniustitiam perfectam se habeat ad felicitatem eius qui ea praeditus sit et miseriam, quo aut Thrasymachum sequentes iniustitiam appetamus aut oratione nunc explicata adducti iustitiam? Sane quidem, inquit, ita faciendum. Num vero, sicut incepimus in civitatibus prius considerare mores quam in privatis, quia in illis maior est evidentia, ita etiam nunc primum honoris appetens exploranda est civitas (nomen enim aliud non habeo quo eam afficiam; nisi forte gubernatio vel imperium ambitiosum appellanda erit), et post eam virum contemplabimur similiter habentem, deinde paucorum gubernationem virumque ei respondentem, porro in popularem gubernationem intuentes spectabimus virum popularem, quarto autem ad civitatem tyranno subiectam progredientes et spectantes rursusque in animum tyrannicum intuentes conabimur de eis quae nobis proposuimus idoneum facere iudicium. Rationi sane, inquit, consentanea erit haec spectatio ac diiudicatio.

Age igitur, inquam, conemur explicare quo pacto imperium ambitiosum exsistat ex optimatum imperio; an nulla est controversia quin quaevis civitas convertatur per id ipsum quod principatum obtineat, quando in ipso hoc seditio exsistat, neque vero, hoc secum consentiente, quamvis exiguum sit, fieri possit ut moveatur? Est vero ita. Quomodo igitur, inquam, Glauco, civitas nobis movebitur et quo pacto dissidebunt adiutores et rectores inter se et a se ipsis? an vis, quemadmodum Homerus, precemur Musas ut dicant nobis quomodo

φῶμεν αὐτὰς * τραγικῶς, ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας E
καὶ ἐρεσχελούσας *), ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας, ὑψηλολογου-
μένας λέγειν; Πῶς; Ὧδέ πως. * χαλεπὸν μὲν κινηθῆναι 546
πόλιν οὕτω ξυστᾶσαν· ἀλλ᾽ ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστιν,
οὐδ᾽ ἡ τοιαύτη ξύστασις τὸν ἅπαντα μενεῖ χρόνον, ἀλλὰ λυ-
θήσεται. λύσις δὲ ἥδε. οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις, ἀλλὰ καὶ
ἐν ἐπιγείοις ζώοις φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων
γίγνεται **), ὅταν περιτροπαὶ ἑκάστοις κύκλων περιφορὰς ξυν-
άπτωσι, βραχυβίοις μὲν βραχυπόρους, ἐναντίοις δὲ ἐναντίας.
γένους δὲ ὑμετέρου εὐγονίας τε καὶ ἀφορίας, καίπερ * ὄντες B
σοφοί, οὓς ἡγεμόνας πόλεως ἐπαιδεύσασθε, οὐδὲν μᾶλλον
λογισμῷ μετ᾽ αἰσθήσεως τεύξονται, ἀλλὰ πάρεισιν αὐτοὺς καὶ
γεννήσουσι παῖδάς ποτε, οὐ δέον. ἔστι δὲ θείῳ μὲν γεννητῷ
περίοδος ἣν ἀριθμὸς περιλαμβάνει τέλειος, ἀνθρωπείῳ δὲ ἐν
ᾧ πρώτῳ αὐξήσεις δυνάμεναί τε καὶ δυναστευόμεναι τρεῖς ἀπο-
στάσεις ***), τέτταρας δὲ ὅρους λαβοῦσαι ὁμοιούντων τε καὶ
ἀνομοιούντων καὶ αὐξόντων καὶ φθινόντων, πάντα προσήγορα
καὶ * ῥητὰ πρὸς ἄλληλα ἀπέφηναν, ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν C
πεμπάδι ξυζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται τρὶς αὐξηθείς, τὴν
μὲν ἴσην ἰσάκις, ἑκατὸν τοσαυτάκις, τὴν δὲ ἰσομήκη μέν, τῇ
προμήκει δέ, ἑκατὸν μὲν ἀριθμῶν ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμ-
πάδος †), δεομένων ἑνὸς ἑκάστων, ἀῤῥήτων δὲ δυεῖν, ἑκατὸν
δὲ κύβων τριάδος. ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς γεωμετρικός,
τοιούτου κύριος, ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων, ἃς
ὅταν ἀγνοήσαντες ὑμῖν * οἱ φύλακες ξυνοικίζωσι νύμφας νυμ- D
φίοις παρὰ καιρόν, οὐκ εὐφυεῖς οὐδ᾽ εὐτυχεῖς παῖδες ἔσονται.

---

*) ἄλλ. ἐρεσχηλούσας.

**) ἄλλ. γίγνονται.

***) γρ. ἀποκαταστάσεις.

†) γρ. πεμπάδων.

primum seditio incidat, easque dicamus more tragico, quippe cum pueris nobis iocantes ac ludificantes, quasi seria agant, altam usurpare orationem? Quomodo? Ita fere. difficilis quidem motu civitas sic constituta; attamen quoniam omne quod ortum est interitum habet, nec talis constitutio omne manebit tempus sed solvetur. solutio autem haecce. non solum plantis quae e terra nascuntur, verum etiam animantibus terrestribus fertilitas et sterilitas tam animi quam corporis obtingit, quando conversiones cuique orbium circuitus connectunt, eis quibus brevis vita est brevem cursum habentes, contrariis vero contrarios. vestri autem generis fecunditatem et sterilitatem ii quos duces civitatis instituistis, quamvis sapientes sint, nihilo tamen magis ratione, adiuvante sensu, assequentur, sed praeteribunt eos liberosque procreabunt aliquando, quum non oporteat. ac divinitus quidem procreatum circuitum habet, quem numerus comprehendit perfectus, humanae vero proli is in quo primo incrementa efficientia trium distantiarum eisque subiecta, quattuor vero terminos nanciscentia simile reddentium ac dissimile, crescentium ac decrescentium, omnia appellanda inter se et ratione definienda exhibuerunt, quorum sesquitertia radix cum numero quinario copulata duas efficit harmonias ter aucta, unam quidem aequalem aequaliter, centum toties, alteram vero aequalis quidem longitudinis, anteriore autem parte longiori respondentem*) . . . . . universus autem hic numerus geometricus est eamque habet facultatem ut et meliores et deteriores efficiat generationes, quas si ignoraverint vestri custodes et sponsas sponsosque copulaverint intempestive, neque ingeniosi neque felices

*) *Ficin.* centum quidem numerorum ex diametris comparabilibus invicem quinitatis, indigentibus uno ex singulis, duobus vero qui invicem dici nequeant, centum vero cuborum trinitatis ipsius. *Cornar.* centum quidem numerorum, ita ut a diametris dictorum quinariorum singulis unum desit, ab his autem qui dici non possunt duo, a centum vero cubis ternarius.

ὧν καταστήσονται μὲν τοὺς ἀρίστους οἱ πρότεροι, ὅμως δὲ ὄν-
τες ἀνάξιοι, εἰς τὰς τῶν πατέρων αὖ δυνάμεις ἐλθόντες, ἡμῶν
πρῶτον ἄρξονται ἀμελεῖν φύλακες ὄντες, παρ᾽ ἔλαττον τοῦ
δέοντος ἡγησάμενοι τὰ μουσικῆς, δεύτερον δὲ τὰ γυμναστικῆς·
ὅθεν ἀμουσότεροι γενήσονται ὑμῖν οἱ νέοι. ἐκ δὲ τούτων ἄρ-
χοντες οὐ πάνυ φυλακικοὶ καταστήσονται * πρὸς τὸ δοκιμάζειν E
τὰ Ἡσιόδου τε καὶ τὰ παρ᾽ ὑμῖν γένη, χρυσοῦν * τε καὶ ἀργυ- 547
ροῦν καὶ χαλκοῦν καὶ σιδηροῦν· ὁμοῦ δὲ μιγέντος σιδήρου
ἀργύρῳ καὶ χαλκοῦ χρυσῷ, ἀνομοιότης ἐγγενήσεται καὶ ἀνω-
μαλία ἀνάρμοστος, ἃ γενόμενα, οὗ ἂν ἐγγένηται, ἀεὶ ἐντίκτει*)
πόλεμον καὶ ἔχθραν. ταύτης τοι γενεῆς χρὴ φάναι εἶναι στά-
σιν, ὅπου ἂν γίγνηται ἀεί. Καὶ ὀρθῶς γ᾽, ἔφη, αὐτὰς ἀπο-
κρίνασθαι φήσομεν. Καὶ γάρ, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἀνάγκη Μούσας
γε οὔσας. Τί οὖν, ἦ δ᾽ ὅς, τὸ μετὰ τοῦτο * λέγουσιν αἱ B
Μοῦσαι; Στάσεως, ἦν δ᾽ ἐγώ, γενομένης εἱλκέτην ἄρα ἑκα-
τέρω τὼ γένη, τὸ μὲν σιδηροῦν καὶ χαλκοῦν ἐπὶ χρηματισμὸν
καὶ γῆς κτῆσιν καὶ οἰκίας χρυσίου τε καὶ ἀργύρου, τὰ δ᾽ αὖ
χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν, ἅτε οὐ πενομένω, ἀλλὰ φύσει ὄντε
πλουσίω, τὰς ψυχὰς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἀρχαίαν κατάστα-
σιν ἠγέτην. βιαζομένων δὲ καὶ ἀντιτεινόντων ἀλλήλοις, εἰς
μέσον ὡμολόγησαν γῆν μὲν καὶ οἰκίας κατανειμαμένους ἰδιώ-
σασθαι, * τοὺς δὲ πρὶν φυλαττομένους ὑπ᾽ αὐτῶν ὡς ἐλευ- C
θέρους, φίλους τε καὶ τροφέας, δουλωσάμενοι τότε περιοίκους
τε καὶ οἰκέτας ἔχοντες, αὐτοὶ πολέμου τε καὶ φυλακῆς αὐτῶν
ἐπιμελεῖσθαι. Δοκεῖ μοι, ἔφη, αὕτη ἡ μετάβασις ἐντεῦθεν
γίγνεσθαι. Οὐκοῦν, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἐν μέσῳ τις ἂν εἴη ἀριστο-
κρατίας τε καὶ ὀλιγαρχίας αὕτη ἡ πολιτεία; Πάνυ μὲν οὖν.

Μεταβήσεται μὲν δὴ οὕτω· μεταβᾶσα δὲ πῶς οἰκήσει;
ἢ φανερὸν ὅτι * τὰ μὲν μιμήσεται τὴν προτέραν πολιτείαν, τὰ D
δὲ τὴν ὀλιγαρχίαν, ἅτ᾽ ἐν μέσῳ οὖσα, τὸ δέ τι καὶ αὐτῆς
ἕξει ἴδιον; Οὕτως, ἔφη. Οὐκοῦν τῷ μὲν τιμᾶν τοὺς ἄρχον-
τας καὶ γεωργιῶν ἀπέχεσθαι τὸ προπολεμοῦν αὐτῆς καὶ χειρο-

*) ἄλλ. τίκτει.

liberi erunt. e quibus praeficient quidem optimos priores, sed, quum indigni sint, patrum potestatem adepti, nos primum incipient negligere, licet custodes sint, minoris quam oportet aestimantes res musicas, et secundo gymnasticam: unde a Musis aversiores exsistent vobis pueri. his de causis praefecti non sane idonei erunt custodes ad exploranda Hesiodia et nostra genera, aureum, argenteum, aeneum et ferreum; in unum autem commixto ferro et argento, aere et auro, inaequalitas exsistet et discrepantia inconcinna, quae, ubicumque oriuntur, semper iniiciunt bellum et inimicitiam. hinc sane originem trahere dicenda est seditio, ubicumque oritur. Ac recte quidem, inquit, eas respondere dicemus. Et necesse quoque est, inquit, quum Musae sint. Quid vero, inquit, deinde dicunt Musae? Seditione, inquam, exorta trahunt utraque genera, ferreum et aeneum ad pecuniae conquirendae studium et ad agrorum, domus, auri argentique possessionem, aureum autem et argenteum, quippe quae non inopia afficiantur, sed natura sint opulenta, animos ad virtutem pristinumque statum ducunt. vim autem inter se afferentia atque repugnantia, pacto convenit, ut agros ac domos distributas sibi vindicent, eis vero, quos ante custodiverant tamquam liberos, amicos et altores, tum servitutem iniungant eosque accolas et ministros habeant, ipsi vero belli et custodiae eorum procurationem habeant. Videtur mihi, inquit, haec conversio inde exsistere. Nonne igitur, inquam, media fere erit inter optimatum et paucorum principatum haec rei publicae constitutio? Sane quidem.

Convertetur igitur ita; conversa autem quomodo administrabitur? an perspicuum eam partim imitaturam superiorem civitatem, partim paucorum principatum, quippe quae media sit inter utramque, aliquid vero etiam sui proprium habituram esse? Ita, inquit. Nonne, quod honore afficiet rectores et ab agricultura se abstinebunt milites et ab artibus manu exercendis aliisque

τεχνιῶν καὶ τοῦ ἄλλου χρηματισμοῦ, ξυσσίτια δὲ κατασκευάσα-
σθαι *) καὶ γυμναστικῆς τε καὶ τῆς τοῦ πολέμου ἀγωνίας ἐπι-
μελεῖσθαι, πᾶσι τοῖς τοιούτοις την προτέραν μιμήσεται; Ναί.
Τὸ δέ γε φοβεῖσθαι τοὺς * σοφοὺς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἄγειν, ἅτε E
οὐκέτι κεκτημένη ἁπλοῦς τε καὶ ἀτενεῖς τοὺς τοιούτους ἄνδρας,
ἀλλὰ μικτούς, ἐπὶ δὲ τοὺς θυμοειδεῖς τε καὶ ἁπλουστέρους **)
ἀποκλίνειν τοὺς πρὸς πόλεμον μᾶλλον πεφυκότας ἢ πρὸς εἰρή-
νην, * καὶ τοὺς περὶ ταῦτα δόλους τε καὶ μηχανὰς ἐντίμως 548
ἔχειν, καὶ πολεμοῦσα τὸν ἀεὶ χρόνον διάγειν αὐτὴ ἑαυτῇ αὖ
τὰ πολλὰ τῶν τοιούτων ἴδια ἕξει; Ναί. Ἐπιθυμηταὶ δέ γε,
ἦν δ' ἐγώ, χρημάτων οἱ τοιοῦτοι ἔσονται, ὥςπερ οἱ ἐν ταῖς
ὀλιγαρχίαις, καὶ τιμῶντες ἀγρίως ὑπὸ σκότου χρυσόν τε καὶ
ἄργυρον, ἅτε κεκτημένοι ταμιεῖα καὶ οἰκείους θησαυρούς, οἷ
θέμενοι ἂν αὐτὰ κρύψειαν, καὶ αὖ περιβόλους οἰκήσεων, ἀτε-
χνῶς νεοττιὰς ἰδίας, ἐν * αἷς ἀναλίσκοντες γυναιξί τε καὶ οἷς B
ἐθέλοιεν ἄλλοις πολλὰ ἂν δαπανῷντο. Ἀληθέστατα, ἔφη.
Οὐκοῦν καὶ φειδωλοὶ χρημάτων, ἅτε τιμῶντες καὶ οὐ φανερῶς
κτώμενοι, φιλαναλῶται δὲ ἀλλοτρίων δι' ἐπιθυμίαν, καὶ λά-
θρα τὰς ἡδονὰς καρπούμενοι, ὥςπερ παῖδες πατέρα τὸν νό-
μον ἀποδιδράσκοντες, οὐχ ὑπὸ πειθοῦς, ἀλλ' ὑπὸ βίας πεπαι-
δευμένοι διὰ τὸ τῆς ἀληθινῆς Μούσης ***) τῆς μετὰ λόγων τε
καὶ φιλοσοφίας ἠμεληκέναι καὶ * πρεσβυτέρως γυμναστικὴν C
μουσικῆς τετιμηκέναι. Παντάπασιν, ἔφη, λέγεις μεμιγμένην
πολιτείαν ἐκ κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ. Μέμικται γάρ, ἦν δ'
ἐγώ· διαφανέστατον δ' ἐν αὐτῇ ἐστὶν ἕν τι μόνον ὑπὸ τοῦ
θυμοειδοῦς κρατοῦντος, φιλονεικίαι καὶ φιλοτιμίαι. Σφόδρα
γε, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, αὕτη μὲν ἡ πολιτεία οὕτω
γεγονυῖα καὶ τοιαύτη ἄν τις εἴη, ὡς λόγῳ σχῆμα πολιτείας
* ὑπογράψαντα μὴ ἀκριβῶς ἀπεργάσασθαι, διὰ τὸ ἐξαρκεῖν μὲν D
ἰδεῖν καὶ ἐκ τῆς ὑπογραφῆς τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώ-
τατον, ἀμήχανον δὲ μήκει ἔργον εἶναι πάσας μὲν πολιτείας,
πάντα δὲ ἤθη μηδὲν παραλιπόντα διελθεῖν; Καὶ ὀρθῶς, ἔφη.

Τίς οὖν ὁ κατὰ ταύτην τὴν πολιτείαν ἀνήρ; πῶς τε γενό-
μενος ποῖός τέ τις ὤν; Οἶμαι μέν, ἔφη ὁ Ἀδείμαντος, ἐγγύς

*) ἄλλ. κατεσκευάσθαι. **) ἴσ. ποικιλωτέρους.
***) ἴσ. μουσικῆς.

rerum quaestuosarum occupationibus, publica vero convivia instituet et gymnasticae bellique certationi studebit, eius generis omnibus superiorem imitabitur? Etiam. Hoc autem, quod verebitur sapientes ad imperia ducere, quia iam non possidebit simplices et constantes eiusmodi viros, sed mixtos, ad animosos autem et callidiores se inclinabit ad bellum magis natos quam ad pacem, et dolos huiusmodi ac machinationes in honore habebit et perpetua secum ipsa bella geret, eius generis plurima propria habebit? Etiam. Cupidi autem, inquam, pecuniae tales evadent, quemadmodum viri in paucorum imperio, et insanum pretium facient auro et argento abscondito, quippe qui possessuri sint aeraria propriosque thesauros in quibus ea reponant et occultent, atque cancellos domorum, revera nidos privatos, in quibus impendentes in mulieres aliosque in quos velint multum prodigant? Verissime, inquit. Nonne etiam parci erunt pecuniae, quippe eam aestimantes nec palam possidentes, prodigi vero opum alienarum propter cupiditatem, et clam voluptatibus fruentur, veluti pueri patrem legem fugientes, non persuasione, sed vi instituti, propterea quod veras Musas, disputationes et philosophiam, neglexerunt et antiquiorem gymnasticam quam musicam habuerunt? Admodum, inquit, dicis mixtam civitatem e malo et bono. Mixta vero est, inquam; manifestissimum autem in ea est unum aliquod solum, quia animosum dominatur, contentionis et honoris studium. Valde quidem, inquit. Haec igitur, inquam, civitas ita exsistet et talis erit, ut oratione formam civitatis adumbremus non accurate eam absolventes, propterea quod satis possunt conspici etiam ex adumbratione iustissimus et iniustissimus, mirum autem quam longum foret omnis civitates omnisque mores ita persequi ut nihil praetermitteres. Ac recte quidem, inquit.

Quisnam igitur vir secundum hanc civitatem? quomodo exsistet et qualis erit? Arbitror quidem, inquit

τι αὐτὸν Γλαύκωνος τουτουῒ τείνειν ἕνεκά γε φιλονεικίας. Ἴσως, ἦν δ' ἐγώ, τοῦτό γε· ἀλλά μοι δοκεῖ * τάδε οὐ κατὰ E τοῦτον πεφυκέναι. Τὰ ποῖα; Αὐθαδέστερόν τε δεῖ αὐτόν, ἦν δ' ἐγώ, εἶναι καὶ ὑποαμουσότερον, φιλόμουσον δέ, καὶ φιλήκοον μέν, ῥητορικὸν δ' οὐδαμῶς· καὶ δούλοις * μέν τισιν 549 ἄγριος εἴη ὁ τοιοῦτος, οὐ καταφρονῶν δούλων ὥσπερ ὁ ἱκανῶς πεπαιδευμένος, ἐλευθέροις δὲ ἥμερος, ἀρχόντων δὲ σφόδρα ὑπήκοος, φίλαρχος δὲ καὶ φιλότιμος, οὐκ ἀπὸ τοῦ λέγειν ἀξιῶν ἄρχειν οὐδ' ἀπὸ τοιούτου οὐδενός, ἀλλὰ ἀπὸ ἔργων τῶν τε πολιτικῶν καὶ τῶν περὶ τὰ πολεμικά, φιλογυμναστής τέ τις ὢν καὶ φιλόθηρος. Ἔστι γάρ, ἔφη, τοῦτο τὸ ἦθος ἐκείνης τῆς πολιτείας. Οὐκοῦν καὶ χρημάτων, ἦν δ' ἐγώ, ὁ τοιοῦτος νέος μὲν * ὢν καταφρονοῖ ἄν, ὅσῳ δὲ πρεσβύτερος γίγνοιτο, B μᾶλλον ἀεὶ ἀσπάζοιτο ἂν τῷ τε μετέχειν τῆς τοῦ φιλοχρημάτου φύσεως καὶ μὴ εἶναι εἰλικρινὴς πρὸς ἀρετὴν διὰ τὸ ἀπολειφθῆναι τοῦ ἀρίστου φύλακος; Τίνος; ἦ δ' ὃς ὁ Ἀδείμαντος· Λόγου, ἦν δ' ἐγώ, μουσικῇ κεκραμένου· ὃς μόνος ἐγγενόμενος σωτὴρ ἀρετῆς διὰ βίου ἐνοικεῖ τῷ ἔχοντι. Καλῶς, ἔφη, λέγεις. Καὶ ἔστι μέν γ', ἦν δ' ἐγώ, τοιοῦτος ὁ τιμοκρατικὸς νεανίας, τῇ τοιαύτῃ πόλει ἐοικώς. Πάνυ μὲν οὖν. Γίγνεται δέ γ', εἶπον, * οὗτος ὧδέ πως. ἐνίοτε πατρὸς ἀγαθοῦ ὢν C νέος υἱός, ἐν πόλει οἰκοῦντος οὐκ εὖ πολιτευομένῃ, φεύγοντος τάς τε τιμὰς καὶ ἀρχὰς καὶ δίκας καὶ τὴν τοιαύτην πᾶσαν φιλοπραγμοσύνην καὶ ἐθέλοντος ἐλαττοῦσθαι, ὥστε πράγματα μὴ ἔχειν. Πῇ δή, ἔφη, γίγνεται; Ὅταν, ἦν δ' ἐγώ, πρῶτον μὲν τῆς μητρὸς ἀκούῃ ἀχθομένης ὅτι οὐ τῶν ἀρχόντων * αὐτῇ D ὁ ἀνήρ ἐστι, καὶ ἐλαττουμένης διὰ ταῦτα ἐν ταῖς ἄλλαις γυναιξίν, ἔπειτα ὁρώσης μὴ σφόδρα περὶ χρήματα σπουδάζοντα μηδὲ μαχόμενον καὶ λοιδορούμενον ἰδίᾳ τε ἐν δικαστηρίοις καὶ δημοσίᾳ, ἀλλὰ ῥαθύμως πάντα τὰ τοιαῦτα φέροντα· καὶ ἑαυτῷ μὲν τὸν νοῦν προσέχοντα ἀεὶ αἰσθάνηται, ἑαυτὴν δὲ μήτε πάνυ τιμῶντα μήτε ἀτιμάζοντα· ἐξ ἁπάντων τούτων ἀχθομένης τε

Adimantus, proplus eum abesse a Glaucone hocce, quod ad contentionis studium attinet. Fortasse, inquam, in hoc quidem; at mihi videtur in hoc non ut hic natura comparatus esse. In quonam? Arrogantiorem oportet eum esse, inquam, et aliquanto alieniorem a litteris, Musarum tamen amantem, et audiendi cupidum, rhetoricum vero nullo modo. et in servos quidem inhumanus erit talis, non despiciens servos, ut qui satis eruditus est, in liberos autem mitis, iussis magistratuum admodum dicto audiens, principatus vero et honoris cupidus, non propter dicendi facultatem affectans imperium vel propter tale aliquid, sed propter facta civilia et militaria, quippe qui palaestrae ac venationis studiosus sit. Haec sane est, inquit, indoles illius civitatis. Nonne etiam pecuniam talis, inquam, dum puer erit despiciet, quo magis vero senescet, eo magis eam amplectetur propterea quod naturae particeps pecuniae cupidae nec sincerus erit ad virtutem, quippe quem optimus custos deficiat? Quinam? inquit Adimantus. Ratio, respondi, cum musica temperata, quae sola si inest servatrix virtutis in vita inhaeret ei qui ea praeditus est. Recte, inquit, dicis. Et est sane, inquam, talis iuvenis ambitiosus, huiusmodi civitati similis. Sane quidem. Exsistit vero, inquam, hic ita fere. nonnumquam patris boni est tener filius in urbe habitantis non bene gubernata, fugientis honores et imperia et iudicia omnesque huiusmodi occupationes et libenter cedentis, ut ne quid negoti habeat. Quomodo igitur, inquit, exsistit? Quando, inquam, primum matris audit querelas, quod ipsius vir non sit unus e rectoribus, et propterea ceteris mulieribus coacta sit cedere, deinde quod videat eum non satis pecuniam amplectentem neque pugnantem, etiamsi conviciis verberetur tam privatim in iudiciis quam publice, sed aequo animo omnia haec ferat; porro quod de semet ipso quidem curam semper adhibeat, ipsam autem neque plane honoret neque spernat:

καὶ λεγούσης ὡς ἄνανδρός τε αὐτῷ ὁ πατὴρ καὶ λίαν ἀνειμέ-
νος, καὶ ἄλλα δὴ ὅσα καὶ οἷα φιλοῦσιν * αἱ γυναῖκες περὶ E
τῶν τοιούτων ὑμνεῖν. Καὶ μάλ', ἔφη ὁ Ἀδείμαντος, πολλά
τε καὶ ὅμοια ἑαυταῖς. Οἶσθα οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ὅτι καὶ οἱ οἰκέ-
ται τῶν τοιούτων ἐνίοτε λάθρα πρὸς τοὺς υἱεῖς τοιαῦτα λέγου-
σιν, οἱ δοκοῦντες εὖνοι εἶναι, καὶ ἐάν τινα ἴδωσιν ἢ ὀφείλοντα
χρήματα, ᾧ μὴ ἐπεξέρχεται ὁ πατήρ, ἤ τι ἄλλο ἀδικοῦντα,
διακελεύονται ὅπως, ἐπειδὰν ἀνὴρ γένηται, τιμωρήσεται πάν-
τας τοὺς * τοιούτους καὶ ἀνὴρ μᾶλλον ἔσται τοῦ πατρός. καὶ 550
ἐξιὼν ἕτερα τοιαῦτα ἀκούει καὶ ὁρᾷ, τοὺς μὲν τὰ αὑτῶν πράτ-
τοντας ἐν τῇ πόλει ἠλιθίους τε καλουμένους καὶ ἐν σμικρῷ
λόγῳ ὄντας, τοὺς δὲ μὴ τὰ αὑτῶν τιμωμένους τε καὶ ἐπαινου-
μένους. τότε δὴ ὁ νέος πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκούων τε καὶ ὁρῶν,
καὶ αὖ τοὺς τοῦ πατρὸς λόγους ἀκούων τε καὶ ὁρῶν τὰ ἐπιτη-
δεύματα αὐτοῦ ἐγγύθεν παρὰ τὰ τῶν ἄλλων, ἑλκόμενος ὑπ'
ἀμφοτέρων τούτων, τοῦ μὲν πατρὸς αὐτοῦ * τὸ λογιστικὸν ἐν B
τῇ ψυχῇ ἄρδοντός τε καὶ αὔξοντος, τῶν δὲ ἄλλων τό τε ἐπι-
θυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδές, διὰ τὸ μὴ κακοῦ ἀνδρὸς εἶναι
τὴν φύσιν, ὁμιλίαις δὲ ταῖς τῶν ἄλλων κακαῖς κεχρῆσθαι, εἰς
τὸ μέσον ἑλκόμενος ὑπ' ἀμφοτέρων τούτων ἦλθε, καὶ τὴν ἐν
ἑαυτῷ ἀρχὴν παρέδωκε τῷ μέσῳ τε καὶ φιλονείκῳ καὶ θυμοει-
δεῖ καὶ ἐγένετο ὑψηλόφρων τε καὶ φιλότιμος ἀνήρ. Κομιδῇ
μοι, ἔφη, δοκεῖς τὴν τούτου γένεσιν διεληλυθέναι. Ἔχομεν
ἄρα, ἦν * δ' ἐγώ, τήν τε δευτέραν πολιτείαν καὶ τὸν δεύτε- C
ρον ἄνδρα. Ἔχομεν, ἔφη.

Οὐκοῦν μετὰ τοῦτο τὸ τοῦ Αἰσχύλου λέγωμεν
ἄλλον ἄλλῃ πρὸς πόλει τεταγμένον;

μᾶλλον δὲ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προτέραν τὴν πόλιν; Πάνυ μὲν
οὖν, ἔφη. Εἴη δέ γ' ἄν, ὡς ἐγῷμαι, ὀλιγαρχία ἡ μετὰ τὴν
τοιαύτην πολιτείαν. Λέγεις δέ, ἦ δ' ὅς, τὴν ποίαν κατάστα-
σιν ὀλιγαρχίαν; Τὴν ἀπὸ τιμημάτων, ἦν δ' ἐγώ, πολιτείαν,
ἐν ᾗ οἱ μὲν πλούσιοι ἄρχουσι, πένησι * δὲ οὐ μέτεστιν ἀρχῆς. D
Μανθάνω, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν ὡς μεταβαίνει πρῶτον ἐκ τῆς

de omnibus his querentem quum audit atque dicentem, ignavum ipſum habere patrem nimisque remiſſum, et alia eius generis quot et qualia ſolent mulieres de eiusmodi rebus decantare. Sane quidem, inquit Adimantus, multa ſibique ipſis ſimilia. Neque te fugit, inquam, etiam ſervos horum nonnumquam filiis talia clam dicere qui quidem videantur benivoli eſſe, et ſi quem videant pecuniam debere cui non litem intendat pater, vel aliud quid committere, cohortantur filium ut, quum vir factus fuerit, ab omnibus his poenas petat magisque virum ſe praeſtet quam pater. et domo egrediens ſimilia audit et videt, eos qui res ſuas gerant in civitate ſtolidos vocitari et parvi duci, eos contra qui non ſua agant honore affici atque laudibus celebrari. tum igitur iuvenis omnia haec audiens ac videns, et viciſſim patris ſermones audiens atque videns ipſius ſtudia ex propinquo a reliquorum ſtudiis diverſa, ab utrisque his trahitur, patre quidem rationalem animi ipſius partem fovente atque augente, ceteris vero cupidam et iracundam partem; quoniam igitur non mala eſt natura, ſed conſuetudinem cum reliquis pravam iunxit, medius trahitur ab utrisque illis et ſui imperium tradit mediae parti, contentionis cupidae et animoſae, virque evadit ſuperbus et honoris appetens. Prorſus mihi, inquit, videris quomodo talis exſiſtat declaraſſe. Tenemus igitur, inquam, ſecundam civitatem et ſecundum virum. Tenemus vero, inquit.

Nonne dein, quemadmodum eſt apud Aeſchylum, dicamus *alium aliam ad urbem collocatum*, vel potius ex noſtro inſtituto priorem civitatem? Sane quidem, inquit. Erit autem, ut ego arbitror, paucorum imperium ea quae illam excipiet civitas. Dicis vero, inquit, qualem conſtitutionem paucorum imperium? Civitatem, inquam, e cenſu ſuspenſam, in qua divites regnant, pauperes vero nullam imperii partem habent. Intelligo, inquit. Nonne igitur qualis ſit gubernationis ambitioſae

τιμαρχίας εἰς τὴν ὀλιγαρχίαν, ῥητέον; Ναί. Καὶ μήν, ἦν δ'
ἐγώ, καὶ τυφλῷ γε δῆλον ὡς μεταβαίνει. Πῶς; Τὸ ταμιεῖον,
ἦν δ' ἐγώ, ἐκεῖνο ἑκάστῳ χρυσίου πληρούμενον ἀπόλλυσι τὴν
τοιαύτην πολιτείαν. πρῶτον μὲν γὰρ δαπάνας αὑτοῖς ἐξευρί-
σκουσι, καὶ τοὺς νόμους ἐπὶ τοῦτο παράγουσιν, ἀπειθοῦντες
* αὐτοί τε καὶ γυναῖκες αὐτῶν. Εἰκός, ἔφη. Ἔπειτά γε, E
οἶμαι, ἄλλος ἄλλον ὁρῶν καὶ εἰς ζῆλον ἰών, τὸ πλῆθος τοι-
οῦτον αὑτῶν ἀπειργάσαντο. Εἰκός. Τοὐντεῦθεν τοίνυν, εἶ-
πον, προϊόντες εἰς τὸ πρόσθεν τοῦ χρηματίζεσθαι, ὅσῳ ἂν
τοῦτο τιμιώτερον ἡγῶνται, τοσούτῳ ἀρετὴν ἀτιμοτέραν· ἢ
οὐχ οὕτω πλούτου ἀρετὴ διέστηκεν, ὥσπερ ἐν πλάστιγγι ζυγοῦ
κειμένου ἑκατέρου, ἀεὶ *) εἰς τοὐναντίον ῥέποντος **); Καὶ
μάλ', ἔφη. Τιμωμένου δὴ * πλούτου ἐν πόλει καὶ τῶν πλου- 551
σίων, ἀτιμοτέρα ἀρετή τε καὶ οἱ ἀγαθοί. Δῆλον. Ἀσκεῖται
δὴ τὸ ἀεὶ τιμώμενον, ἀμελεῖται δὲ τὸ ἀτιμαζόμενον. Οὕτως.
Ἀντὶ δὴ φιλονείκων καὶ φιλοτίμων ἀνδρῶν φιλοχρηματισταὶ
καὶ φιλοχρήματοι τελευτῶντες ἐγένοντο, καὶ τὸν μὲν πλούσιον
ἐπαινοῦσί τε καὶ θαυμάζουσι καὶ εἰς τὰς ἀρχὰς ἄγουσι, τὸν δὲ
πένητα ἀτιμάζουσιν. Πάνυ γε. Οὐκοῦν τότε δὴ νόμους ***)
τίθενται, ὅρον πολιτείας ὀλιγαρχικῆς * ταξάμενοι πλῆθος χρη-
μάτων, οὗ μὲν μᾶλλον ὀλιγαρχία, πλέον, οὗ δ' ἧττον, ἔλατ-
τον †), προειπόντες ἀρχῶν μὴ μετέχειν, ᾧ ἂν μὴ ᾖ οὐσία εἰς
τὸ ταχθὲν τίμημα, ταῦτα δὲ ἢ βίᾳ μεθ' ὅπλων διαπράττονται,
ἢ καὶ πρὸ τούτου φοβήσαντες κατεστήσαντο τὴν τοιαύτην
πολιτείαν; ἢ οὐχ οὕτως; Οὕτω μὲν οὖν. Ἡ μὲν δὴ κατάστα-
σις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, αὕτη. Ναί, ἔφη· ἀλλὰ τίς δὴ ὁ τρόπος
τῆς πολιτείας; καὶ ποῖά ἐστιν ἃ ἔφαμεν αὐτὴν ἁμαρτήματα
* ἔχειν; C

Πρῶτον μέν, ἔφην, τοῦτο αὐτό, ὁ ὅρος αὐτῆς οἷός ἐστιν.
ἄθρει γάρ· εἰ νεῶν οὕτω τις ποιοῖτο κυβερνήτας ἀπὸ τιμημά-
των, τῷ δὲ πένητι, εἰ καὶ κυβερνητικώτερος εἴη, μὴ ἐπιτρέ-
ποι. Πονηράν, ἦ δ' ὅς, τὴν ναυτιλίαν αὐτοὺς ναυτίλλε-

*) ἴσ. ἀεί τ'. **) ἄλλ. ἀεὶ τοὐναντίον ῥέποντε.
***) ἄλλ. νόμον τίθενται ὅρον — ὀλιγαρχικῆς, ταξά-
μενοι. †) ἴσ. οὗ μὲν πλεῖον, μᾶλλον ὀλιγαρχία,
οὗ δ' ἔλαττον, ἧττον.

transgreſſio in paucorum imperium, exponendum? Etiam. Quamquam, inquit, etiam caeco patet qualis haec ſit. Quaenam? Aerarium, inquam, illud cuique auri plenum perdit huiusmodi civitatem. primum enim impenſas ſibi excogitant et leges ad hoc deflectunt, quibus neque ipſi neque eorum mulieres obediunt. Videtur ita eſſe, inquit. Deinde, ut opinor, dum alius alium conſpicit et in aemulationem delabitur, multitudo ipſorum talis evadit. Vero. Hinc igitur, inquam, progredientes longius in quaeſtu faciendo, quanto magis hunc in honore habent, eo minoris virtutem aeſtimant; an non ita divitiae et virtus inter ſe differunt, ut, velut in librae lance poſitae, utraque ſemper in contrariam partem propendeat. Sane quidem, inquit. Divitiae igitur ac divites ſi honore afficiuntur in civitate, deſpiciuntur virtus ac boni. Patet. Colitur videlicet honoratiſſimum quidque, negligitur vero quicquid pro nihilo putatur. Ita. Pro viris igitur contentionis et honoris cupidis quaeſtus faciendi et pecuniae ſtudioſi tandem exſiſtunt, et divitem quidem laudant et admirantur et ad imperia adducunt, pauperem vero contemnunt. Sane quidem. Nonne tum legem ſanciunt definientes civitatem a paucis gubernatam opum copiâ, idque magis, ubi intentior eſt paucorum gubernatio, minus vero, ubi remiſſior, praecipientes ne quisquam magiſtratus attingat niſi qui rem habeat praeſcriptum cenſum aequiparantem, hoc autem vel vi vel armis exſequuntur, vel etiam ante timorem iniicientes talem conſtituunt civitatem? an non ita? Ita ſane. Igitur civitatis conſtitutio fere haec. Etiam, inquit; ſed quaenam eſt ratio civitatis, et qualia ſunt quae diximus eam habere vitia?

Ac primum quidem, inquam, hoc ipſum eſt, quod ita definitur. vide enim: ſi quis navium gubernatores ita conſtitueret ex cenſu, pauperi vero, etiamſi gubernationis peritior eſſet, eam non committeret. Pravam, inquit, arbitror fore navigationem. Nonne cuiusvis alius

σθαι *). Οὐκοῦν καὶ περὶ ἄλλου οὕτως ὁτουοῦν, ἤ τινος **)
ἀρχῆς; Οἶμαι ἔγωγε. Πλὴν πόλεως, ἦν δ' ἐγώ· ἢ καὶ πόλεως
πέρι; Πολύ γ', ἔφη, μάλιστα, ὅσῳ χαλεπωτάτη καὶ μεγίστη
ἡ ἀρχή. Ἓν μὲν * δὴ τοῦτο τοσοῦτον ὀλιγαρχία ἂν ἔχοι ἁμάρ- D
τημα. Φαίνεται. Τί δέ; τόδε ἆρά τι τούτου ἔλαττον; Τὸ
ποῖον; Τὸ μὴ μίαν, ἀλλὰ δύο ἀνάγκῃ εἶναι τὴν τοιαύτην πό-
λιν, τὴν μὲν πενήτων, τὴν δὲ πλουσίων, οἰκοῦντας ἐν τῷ
αὐτῷ, ἀεὶ ἐπιβουλεύοντας ἀλλήλοις. Οὐδὲν μὰ Δί', ἔφη,
ἔλαττον. Ἀλλὰ μὴν τόδε καλόν, τὸ ἀδυνάτους εἶναι ***) πό-
λεμόν τινα πολεμεῖν διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι ἢ χρωμένους τῷ
πλήθει ὡπλισμένῳ δεδιέναι μᾶλλον, ἢ * τοὺς πολεμίους, ἢ E
μὴ χρωμένους ὡς ἀληθῶς ὀλιγαρχικοὺς φανῆναι ἐν αὐτῷ τῷ
μάχεσθαι, καὶ ἅμα χρήματα μὴ ἐθέλειν εἰςφέρειν, ἅτε ὄντας
φιλοχρημάτους. Οὐ καλόν. Τί δέ; ὃ πάλαι ἐλοιδοροῦμεν,
τὸ πολυπραγμονεῖν γεωργοῦντας καὶ χρηματιζομένους * καὶ 552
πολεμοῦντας ἅμα τοὺς αὐτοὺς ἐν τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἢ δοκεῖ
ὀρθῶς ἔχειν; Οὐδ' ὁπωστιοῦν. Ὅρα δή, τούτων πάντων
τῶν κακῶν εἰ τόδε μέγιστον αὕτη πρώτη παραδέχεται. Τὸ
ποῖον; Τὸ ἐξεῖναι πάντα τὰ αὑτοῦ ἀποδόσθαι, καὶ ἄλλῳ κτή-
σασθαι τὰ τούτου, καὶ ἀποδόμενον οἰκεῖν ἐν τῇ πόλει μηδὲν
ὄντα τῶν τῆς πόλεως μερῶν, μήτε χρηματιστὴν μήτε δημιουρ-
γὸν μήτε ἱππέα μήτε ὁπλίτην, ἀλλὰ πένητα καὶ ἄπορον κεκλη-
μένον. * Πρώτη, ἔφη. Οὔκουν διακωλύεταί γε ἐν ταῖς ὀλι- B
γαρχουμέναις τὸ τοιοῦτον· οὐ γὰρ ἂν οἱ μὲν ὑπέρπλουτοι ἦσαν,
οἱ δὲ παντάπασι πένητες. Ὀρθῶς. Τόδε δὲ ἄθρει· ἆρα ὅτε
πλούσιος ὢν ἀνήλισκεν ὁ τοιοῦτος, μᾶλλόν τι τότ' ἦν ὄφελος
τῇ πόλει εἰς ἃ νῦν δὴ ἐλέγομεν; ἢ ἐδόκει μὲν τῶν ἀρχόντων
εἶναι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ οὔτε ἄρχων οὔτε ὑπηρέτης ἦν αὐτῆς,
ἀλλὰ τῶν ἑτοίμων ἀναλωτής; Οὕτως, ἔφη, ἐδόκει· ἦν δὲ οὐδὲν
* ἄλλο ἢ ἀναλωτής. Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, φῶμεν αὐτόν, ὡς C
ἐν κηρίῳ κηφὴν ἐγγίγνεται, σμήνους νόσημα, οὕτω καὶ τὸν
τοιοῦτον ἐν οἰκίᾳ κηφῆνα ἐγγίγνεσθαι, νόσημα πόλεως; Πάνυ

---

*) ἴσ. Πονηρὰ ἂν εἴη, ἦ δ' ὅς, ναυτιλία αὐτοῖς ναυτίλλεσθαι. **) ἴσ. ὁτουοῦν ἡστινοσοῦν ἀρχῆς.
***) ἄλλ. εἶναι ἴσως.

rei quaevis rectio eadem in caufa eft? Puto equidem. Civitate excepta, inquam; an etiam civitatis eadem eft ratio? Longe, inquit, maxime, quum graviffima fit atque fumma eius rectio. Unum igitur hoc tantumque paucorum imperium habebit vitium. Apparet. Quid vero? hocce num illo minus? Quale iftud? Quod non una eft, fed duae neceffario haec civitas, pauperum una, altera divitum, habitantium una, femper inter fe infidiantium? Nihilo hercle, inquit, minus. At hoc pulchrum, quod non poffunt aeque et alii bellum aliquod gerere, quia coacti funt, fi adhibent multitudinem armis inftructam, magis eam reformidare quam hoftes, aut, fi eam non adhibent, revera paucos fefe exhibere in ipfa pugna, fimulque pecuniam conferre nolunt, quippe pecuniae avidi? Minime pulchrum. Quid? quod iam dudum vituperavimus, multis implicari occupationibus adeo ut et agrum colant et quaeftum faciant, et militent fimul iidem tali in civitate, num videtur id recte habere? Minime vero. Iam vide, horum omnium malorum an hoc maximum haec prima admittat. Quodnam? Hoc quod permiffum eft cuique omnia fua vendere et alteri illius res poffidere, et ei qui vendidit habitare in urbe, licet nullum fit urbis membrum, neque fenerator neque opifex neque eques neque gravis armaturae miles, fed pauper et inops dictus. Prima hoc admittit, inquit. Nec vero prohibetur id in civitatibus paucorum poteftati fubiectis; neque enim alii effent ditiores quam par eft, alii vero prorfus pauperes. Recte. Hoc autem fpecta: utrum quum talis opes habens impenfas faciebat, magis tum proderat civitati ad ea quae modo diximus, an videbatur quidem unus e rectoribus effe, revera autem neque rector neque minifter eius erat, fed rerum paratarum confumptor? Ita, inquit, videbatur; erat autem nihil aliud nifi confumptor. Visne igitur, inquam, dicamus, quemadmodum in favo fucus infit, apum examinis morbus, fic etiam talem in domicilio fucum inesse morbum civi-

μὲν οὖν, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν, ὦ Ἀδείμαντε, τοὺς
μὲν πτηνοὺς κηφῆνας πάντας ἀκέντρους ὁ θεὸς πεποίηκε, τοὺς
δὲ πεζοὺς τούτους, ἐνίους μὲν αὐτῶν ἀκέντρους, ἐνίους δὲ
δεινὰ κέντρα ἔχοντας; καὶ ἐκ μὲν τῶν ἀκέντρων πτωχοὶ πρὸς
τὸ γῆρας τελευτῶσιν, * ἐκ δὲ τῶν κεκεντρωμένων πάντες ὅσοι D
κέκληνται κακοῦργοι; Ἀληθέστατα, ἔφη. Δῆλον ἄρα, ἦν δ'
ἐγώ, ἐν πόλει οὗ ἂν ἴδης πτωχούς, ὅτι εἰσί που ἐν τούτῳ τῷ
τόπῳ ἀποκεκρυμμένοι κλέπται τε καὶ βαλαντιοτόμοι καὶ ἱερόσυ-
λοι καὶ πάντων τῶν τοιούτων κακῶν δημιουργοί. Δῆλον, ἔφη.
Τί οὖν; ἐν ταῖς ὀλιγαρχουμέναις πόλεσι πτωχοὺς οὐχ ὁρᾷς
ἐνόντας; Ὀλίγου γ', ἔφη, πάντας τοὺς ἐκτὸς τῶν ἀρχόντων.
Μὴ οὖν οἰόμεθα, ἔφην * ἐγώ, καὶ κακούργους πολλοὺς ἐν E
αὐταῖς εἶναι κέντρα ἔχοντας, οὓς ἐπιμελείᾳ καὶ βίᾳ *) κατέ-
χουσιν αἱ ἀρχαί; Οἰόμεθα μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ δι'
ἀπαιδευσίαν καὶ κακὴν τροφὴν καὶ κατάστασιν τῆς πολιτείας
φήσομεν τοὺς τοιούτους αὐτόθι ἐγγίγνεσθαι; Φήσομεν. Ἀλλ'
οὖν δὴ τοιαύτη γέ τις ἂν εἴη ἡ ὀλιγαρχουμένη πόλις καὶ τοσαῦτα
κακὰ ἔχουσα, ἴσως δὲ καὶ πλείω. Σχεδόν τι, ἔφη. Ἀπειρ-
γάσθω * δὴ ἡμῖν καὶ αὕτη, ἦν δ' ἐγώ, ἡ πολιτεία, ἣν ὀλι- 553
γαρχίαν καλοῦσιν, ἐκ τιμημάτων ἔχουσα τοὺς ἄρχοντας.

Τὸν δὲ ταύτῃ ὅμοιον μετὰ ταῦτα σκοπῶμεν, ὥς τε γίγνε-
ται οἷός τε γενόμενός ἐστιν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Ἆρ' οὖν
ὧδε μάλιστα εἰς ὀλιγαρχικὸν ἐκ τοῦ τιμοκρατικοῦ ἐκείνου μετα-
βάλλει; Πῶς; Ὅταν αὐτοῦ παῖς γενόμενος τὸ μὲν πρῶτον
ζηλοῖ τε τὸν πατέρα καὶ τὰ ἐκείνου ἴχνη διώκῃ, ἔπειτα αὐτὸν
ἴδῃ ἐξαίφνης πταίσαντα * ὥςπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει, B
καὶ ἐκχέαντα τά τε αὑτοῦ καὶ ἑαυτόν, ἢ στρατηγήσαντα ἤ τιν'
ἄλλην μεγάλην ἀρχὴν ἄρξαντα, εἶτα εἰς δικαστήριον ἐμπεσόντα,
βλαπτόμενον ὑπὸ συκοφαντῶν, ἢ ἀποθανόντα ἢ ἐκπεσόντα
ἢ ἀτιμωθέντα καὶ τὴν οὐσίαν ἅπασαν ἀποβαλόντα. Εἰκός γ',
ἔφη. Ἰδὼν δέ γε, ὦ φίλε, ταῦτα καὶ παθὼν καὶ ἀπολέσας
τὰ ὄντα, δείσας, οἶμαι, εὐθὺς ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ ἐκ τοῦ θρό-

---

*) ἄλλ. ἐπιμελείᾳ βίᾳ.

tatis? Sane quidem, inquit, Socrate. Nonne, Adimante, volucres quidem fucos omnes sine stimulis deus finxit, hos vero pedestres partim sine stimulo, partim horribiles habentes stimulos? et nonne qui stimulos non habent ii mendici ad senectutem tandem evadunt, ex eis vero qui stimulis instructi sunt omnes qui dicuntur malefici exsistunt? Verissime, inquit. Patet igitur, inquam, in urbe ubi videris mendicos, esse sine dubio occultos fures et sectores zonarios et sacrilegos et omnium id generis malorum effectores. Patet vero, inquit. Quid igitur? in civitatibus paucorum imperio subiectis mendicos nonne vides inesse? Omnes ferme, inquit, praeter rectores. Nonne igitur censemus, inquam, etiam maleficos multos in eis esse stimulis instructos, quos cura nec sine vi cohibeant magistratus? Censemus vero ita, inquit. Et nonne propter institutionem neglectam et pravam educationem reique publicae constitutionem dicemus tales ibi innasci? Dicemus vero. Atque talis fere erit civitas paucorum imperio subiecta et tanta habebit mala, fortasse autem etiam plura. Ita, ni fallor, inquit. Absoluta igitur nobis esto etiam haec, inquam, civitas, quam paucorum imperium vocant, ex censu constituens rectores.

Hominem vero huic similem dein videamus, quomodo exsistat et qualis quum exstiterit sit? Sane quidem, inquit. Nonne ita maxime in paucorum principatus cupidum ex ambitioso illo transit? Quomodo? Quando filius ei nascitur qui primum aemulatur patrem eiusque vestigia persequitur, deinde vero eum videt subito tamquam ad scopulos ita ad urbem allisum, adeo ut perdiderit tam sua quam se ipsum, postquam videlicet vel imperatoris partes egit vel alium quendam magnum magistratum gessit, videns eum in iudicium adduci, ubi sycophantae eum exagitant, vel mori vel ex urbe expelli vel ignominia affici omnemque rem perdere. Facile id fieri potest, inquit. Haec igitur quum videt filius atque perpetitur, timore perculsus, opinor, statim praecipitem deiicit e solio, quod

νου τοῦ ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ * φιλοτιμίαν τε καὶ τὸ θυμοειδὲς C
ἐκεῖνο, καὶ ταπεινωθεὶς ὑπὸ πενίας, πρὸς χρηματισμὸν τρα-
πόμενος, γλίσχρως καὶ κατὰ σμικρὸν φειδόμενος καὶ ἐργαζό-
μενος χρήματα ξυλλέγεται. ἆρ' οὐκ οἴει τὸν τοιοῦτον τότε εἰς
μὲν τὸν θρόνον ἐκεῖνον τὸ ἐπιθυμητικόν τε καὶ φιλοχρήματον
ἐγκαθίζειν καὶ μέγαν βασιλέα ποιεῖν ἐν ἑαυτῷ, τιάρας τε καὶ
στρεπτοὺς καὶ ἀκινάκας παραζωννύντα; Ἔγωγε, ἔφη. Τὸ
δέ γε, οἶμαι, λογιστικόν τε καὶ θυμοειδὲς * χαμαὶ ἔνθεν καὶ D
ἔνθεν παρακαθίσας ὑπ' ἐκείνῳ καὶ καταδουλωσάμενος, τὸ μὲν
οὐδὲν ἄλλο ἐᾷ λογίζεσθαι οὐδὲ σκοπεῖν ἀλλ' ἢ ὁπόθεν ἐξ ἐλατ-
τόνων χρημάτων πλείω ἔσται, τὸ δὲ αὖ θαυμάζειν τε καὶ τιμᾶν
μηδὲν ἄλλο ἢ πλοῦτόν τε καὶ πλουσίους, καὶ φιλοτιμεῖσθαι
μηδ' ἐφ' ἑνὶ ἄλλῳ ἢ ἐπὶ χρημάτων κτήσει, καὶ ἐάν τι ἄλλο εἰς
τοῦτο φέρῃ. Οὐκ ἔστ' ἄλλη, ἔφη, μεταβολὴ οὕτω ταχεῖά τε
καὶ ἰσχυρὰ ἐκ φιλοτίμου νέου εἰς φιλοχρήματον. * Ἆρ' οὖν E
οὗτος, ἦν δ' ἐγώ, ὀλιγαρχικός ἐστιν; Ἡ γοῦν μεταβολὴ αὐ-
τοῦ ἐξ ὁμοίου ἀνδρός ἐστι τῇ πολιτείᾳ, ἐξ ἧς ἡ ὀλιγαρχία με-
τέστη. Σκοπῶμεν δὴ εἰ ὅμοιος ἂν εἴη; * Σκοπῶμεν. Οὐκ- 554
οῦν πρῶτον μὲν τῷ χρήματα περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ὅμοιος
ἂν εἴη; Πῶς δ' οὔ; Καὶ μὴν τῷ γε φειδωλὸς εἶναι καὶ ἐργά-
της *), τὰς ἀναγκαίους ἐπιθυμίας μόνον τῶν παρ' αὐτῷ ἀπο-
πιμπλάς, τὰ δὲ ἄλλα ἀναλώματα μὴ παρεχόμενος **), ἀλλὰ
δουλούμενος τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ὡς ματαίους. Πάνυ μὲν
οὖν. Αὐχμηρός γέ τις, ἦν δ' ἐγώ, ὢν καὶ ἀπὸ παντὸς περι-
ουσίαν ποιούμενος, θησαυροποιὸς ἀνήρ· οὓς δὴ * καὶ ἐπαινεῖ B
τὸ πλῆθος· ἢ οὐχ οὗτος ἂν εἴη ὁ τῇ τοιαύτῃ πολιτείᾳ ὅμοιος;
Ἐμοὶ γοῦν, ἔφη, δοκεῖ· χρήματα γοῦν μάλιστα ἔντιμα τῇ τε
πόλει καὶ παρὰ τῷ τοιούτῳ. Οὐ γάρ, οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, παι-
δείᾳ ὁ τοιοῦτος προσέσχηκεν. Οὐ δοκῶ γ', ἔφη· οὐ γὰρ ἂν
τυφλὸν ἡγεμόνα τοῦ χοροῦ ἐστήσατο. Καὶ ἔτι μάλα εὖ, ἦν
δ' ἐγώ, τόδε σκόπει ***)· κηφηνώδεις ἐπιθυμίας ἐν αὐτῷ διὰ
τὴν ἀπαιδευσίαν μὴ φῶμεν ἐγγίγνεσθαι, τὰς μὲν πτωχικάς,
* τὰς δὲ κακούργους κατεχομένας βίᾳ ὑπὸ τῆς ἄλλης ἐπιμε- C
λείας; Καὶ μάλ', ἔφη. Οἶσθ' οὖν, εἶπον, οἷ ἀποβλέψας

---

*) γρ. ἐργαστής. **) γρ. παραδεχόμενος.
***) ἴσ. Καὶ μάλα εὖ, ἦν δ' ἐγώ· ἔτι δὲ τόδε σκόπει.

in ipsius animo occupaverat, honoris cupiditatem et iracundiam illam, et submissus propter paupertatem et ad quaestum faciendum conversus sordide et minutatim parcit laboribusque opes colligit. nonne censes talem tum in solio illo cupiditatem et pecuniae amorem locaturum eumque magnam in se regem constituturum esse, tiaris et torquibus et gladiis eum cingentem? Equidem, inquit. Rationalem vero, opinor, et iracundam animi partem humi hinc illincque subiiciens illi et servitute opprimens; illam quidem nihil aliud sinit cogitare nec anquirere nisi id quo plures fieri possint opes e paucioribus, hanc vero admirari et honorare nihil aliud nisi divitias ac divites, nec aliud quid ambitiose petere nisi pecuniae possessionem, et si quid aliud ad hanc ducit. Non est alia, inquit, transitio tam celeris ac vehemens ex iuvene honoris cupido in pecuniae avidum. Nonne igitur hic, inquam, paucorum imperii cupidus est? Convertitur certe e viro eius civitatis simili, e qua paucorum imperium exsistit. Consideremus igitur an eius similis sit? Consideremus vero. Nonne primum in eo quod pecuniam plurimi facit similis erit? Quidni? Atque etiam in hoc quod parcus est et laboriosus, necessarias tantum naturae suae cupiditates explet, ceteras autem impensas non facit, sed subigit reliquas cupiditates tamquam vanas. Sane quidem. Sordidus igitur, inquam, est et in quavis re quaestum facit, vir thesauros struens; quales quidem plebs laudat; an non hic erit talis civitati similis? Mihi certe, inquit, videtur; opes certe maxime in honore sunt in civitate et apud talem. Neque enim, ut arbitror, inquam, de disciplina talis cogitavit. Non puto, inquit; neque enim caecum vitae ducem constituisset. Adhuc, inquam, bene hoc perpende: cupiditates fucorum similes propter disciplinam neglectam nonne in eo dicamus innasci, alias mendicas, alias maleficas, quae vi a reliqua curatione coerceantur? Sane quidem, inquit. Scin igitur, inquam, quid spectans

κατόψει αὐτῶν τὰς κακουργίας; Ποῖ; ἔφη. Εἰς τὰς τῶν ὀρφανῶν ἐπιτροπεύσεις, καὶ εἴ πού τι αὐτοῖς τοιοῦτον ξυμβαίνει, ὥστε πολλῆς ἐξουσίας λαβέσθαι τοῦ ἀδικεῖν. Ἀληθῆ. Ἆρ' οὖν οὐ τοῦτο *) δῆλον ὅτι ἐν τοῖς ἄλλοις ξυμβολαίοις ὁ τοιοῦτος, ἐν οἷς εὐδοκιμεῖ δοκῶν δίκαιος εἶναι, ἐπιεικεῖ τινὶ ἑαυτοῦ βίᾳ κατέχει ἄλλας * κακὰς ἐπιθυμίας ἐνούσας, οὐ D
πείθων ὅτι οὐκ ἄμεινον, οὐδ' ἡμερῶν λόγῳ, ἀλλ' ἀνάγκῃ καὶ φόβῳ, περὶ τῆς ἄλλης οὐσίας τρέμων; Καὶ πάνυ γ', ἔφη. Καὶ νὴ Δία, ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, τοῖς πολλοῖς γε αὐτῶν εὑρήσεις, ὅταν δέῃ τἀλλότρια ἀναλίσκειν, τὰς τοῦ κηφῆνος ξυγγενεῖς ἐνούσας ἐπιθυμίας. Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, σφόδρα. Οὐκ ἄρα ἂν εἴη ἀστασίαστος ὁ τοιοῦτος ἐν ἑαυτῷ, οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ διπλοῦς τις, ἐπιθυμίας δὲ ἐπιθυμιῶν ὡς τὸ * πολὺ κρα- E
τούσας ἂν ἔχοι βελτίους χειρόνων. Ἔστιν οὕτως. Διὰ ταῦτα δή, οἶμαι, εὐσχημονέστερος ἂν πολλῶν ὁ τοιοῦτος εἴη· ὁμονοητικῆς δὲ καὶ ἡρμοσμένης τῆς ψυχῆς ἀληθὴς ἀρετὴ πόῤῥω ποι ἐκφεύγοι ἄν αὐτόν. Δοκεῖ μοι. Καὶ μὴν ἀνταγωνιστής γε ἰδίᾳ ἐν πόλει ὁ φειδωλὸς * φαῦλος ἤ τινος νίκης ἢ ἄλλης 555
φιλοτιμίας τῶν καλῶν, χρήματά τε οὐκ ἐθέλων εὐδοξίας ἕνεκα καὶ τῶν τοιούτων ἀγώνων ἀναλίσκειν, δεδιὼς τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἀναλωτικὰς ἐγείρειν καὶ ξυμπαρακαλεῖν ἐπὶ ξυμμαχίαν τε καὶ φιλονεικίαν, ὀλίγοις τισὶν ἑαυτοῦ πολεμῶν ὀλιγαρχικῶς τὰ πολλὰ ἡττᾶται καὶ πλουτεῖ. Καὶ μάλα, ἔφη. Ἔτι οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἀπιστοῦμεν μὴ κατὰ τὴν ὀλιγαρχουμένην πόλιν ὁμοιότατον **) τὸν φειδωλόν τε καὶ χρηματιστὴν * τετάχθαι; Οὐ- B
δαμῶς, ἔφη.

Δημοκρατίαν δή, ὡς ἔοικε, μετὰ τοῦτο σκεπτέον, τίνα τε γίγνεται τρόπον καὶ γενομένη ***) ποῖόν τινα ἔχει, ἵνα αὖ τὸν τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς τρόπον γνόντες παραστησώμεθ' αὐτὸν εἰς κρίσιν. Ὁμοίως γοῦν ἄν, ἔφη, ἡμῖν αὐτοῖς πορευοίμεθα. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγώ, μεταβάλλει μὲν τρόπον τινὰ τοιόνδε ἐξ

---

*) ἄλλ. τούτῳ.
**) ἄλλ. ὁμοιότητι.
***) ἄλλ. τρόπον γενομένη τε.

eorum maleficia cernas? Quidnam? inquit. Pupillorum tutelas, et si quid aliud eiusdem generis eis obtigerit, quo magnam habeant licentiam ad iniuste faciendum. Vero. Nonne autem hoc perspicuum est talem in reliquis negotiis, in quibus bene audiat quia videatur iustus esse, proba quadam naturae suae vi cohibere alias pravas cupiditates quae in ipso insint, non persuadentem eis non convenire nec mitigantem eas oratione, sed necessitate ac timore, de reliquis suis facultatibus metuentem. Sane quidem, inquit. Atque mehercule, inquam, amice, in plurimis eorum reperies, quando oporteat alienas facultates consumi, cupiditates illas fuco propinquas. Admodum, inquit. Neque igitur seditionis talis expers erit in semet ipso, neque unus, sed duplex, cupiditates vero cupiditatum maximam partem dominatrices habebit meliores deteriorum. Est ita. Propterea quoque, opinor, magis decorum servabit quam multi, concordis vero et temperati animi vera virtus longe ab eo aberit. Videtur mihi. Atque etiam aemulus quidem privatim in civitate vilis est parcus ille, si de victoria aliqua vel alia honesta contentione certandum est, et quum pecuniam nolit in honoris studium taliaque certamina impendere, verens cupiditates prodigas excitare et advocare ad auxilium ferendum certandique studium, cum paucis quibusdam naturae suae partibus pugnans, quippe paucorum imperii studiosus, plerumque vincitur, divitiis vero augetur. Admodum, inquit. Num igitur, inquam, adhuc credimus non civitatis a paucis administratae formam ac similitudinem habere parcum et feneratorem? Minime vero, inquit.

Popularis igitur gubernatio, ut patet, deinde videndum quo modo exsistat et quum exstiterit qualem formam habeat, ut etiam huiusmodi formam cognoscamus et iudicium de eo faciamus. Constanter certe, inquit, nobismet ipsis pergemus. Nonne, inquam, transitur hac fere ratione e paucorum imperio in popularem civita-

ὀλιγαρχίας εἰς δημοκρατίαν, δι' ἀπληστίαν τοῦ προκειμένου ἀγαθοῦ, τοῦ ὡς πλουσιώτατον δεῖν γίγνεσθαι; Πῶς δή; *Ἅτε, οἶμαι, ἄρχοντες ἐν αὐτῇ οἱ ἄρχοντες διὰ τὸ πολλὰ C
κεκτῆσθαι, οὐκ ἐθέλουσιν εἴργειν νόμῳ τῶν νέων ὅσοι ἂν ἀκόλαστοι γίγνωνται, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀναλίσκειν τε καὶ ἀπολλύναι τὰ αὐτῶν, ἵνα ὠνούμενοι τὰ τῶν τοιούτων καὶ εἰςδανείζοντες ἔτι πλουσιώτεροί τε καὶ ἐντιμότεροι γίγνωνται. Παντός γε μᾶλλον. Οὐκοῦν δῆλον ἤδη τοῦτο ἐν πόλει, ὅτι πλοῦτον τιμᾶν καὶ σωφροσύνην ἅμα ἱκανῶς κτᾶσθαι ἐν τοῖς πολίταις ἀδύνατον, * ἀλλ' ἀνάγκη ἢ τοῦ ἑτέρου ἀμελεῖν ἢ τοῦ ἑτέ- D
ρου; Ἐπιεικῶς, ἔφη, δῆλον. Παραμελοῦντες δὴ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις καὶ ἐφιέντες ἀκολασταίνειν οὐκ ἀγεννεῖς ἐνίοτε ἀνθρώπους πένητας ἠνάγκασαν γενέσθαι. Μάλα γε. Κάθηνται δή, οἶμαι, οὗτοι ἐν τῇ πόλει κεκεντρωμένοι τε καὶ ἐξωπλισμένοι, οἱ μὲν ὀφείλοντες χρέα, οἱ δὲ ἄτιμοι γεγονότες, οἱ δὲ ἀμφότερα, μισοῦντές τε καὶ ἐπιβουλεύοντες τοῖς κτησαμένοις τὰ αὐτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις, νεωτερισμοῦ ἐρῶντες. * Ἔστι E
ταῦτα. Οἱ δὲ δὴ χρηματισταὶ ἐγκύψαντες οὐδὲ δοκοῦντες τούτους ὁρᾶν, τῶν δὲ λοιπῶν τὸν ἀεὶ ὑπείκοντα ἐνιέντες ἀργύριον τιτρώσκοντες, καὶ τοῦ πατρὸς ἐκγόνους τόκους πολλαπλασίους κομιζόμενοι, * πολὺν τὸν κηφῆνα καὶ πτωχὸν ἐμ- 556
ποιοῦσι τῇ πόλει. Πῶς γάρ, ἔφη, οὐ πολύν; Καὶ οὔτε γ' ἐκείνῃ, ἦν δ' ἐγώ, τὸ τοιοῦτον κακὸν ἐκκαόμενον ἐθέλουσιν ἀποσβεννύναι, εἴργοντες τὰ αὐτοῦ ὅποι τις βούλεται τρέπειν, οὔτε τῇδε ᾗ αὖ κατὰ ἕτερον *) νόμον τὰ τοιαῦτα λύεται. Κατὰ δὴ τίνα; Ὃς μετ' ἐκεῖνόν ἐστι δεύτερος καὶ ἀναγκάζων ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι τοὺς πολίτας. ἐὰν γὰρ ἐπὶ τῷ αὐτοῦ κινδύνῳ τὰ πολλά τις τῶν ἑκουσίων ξυμβολαίων * προστάττῃ ξυμβάλλειν, χρη- B
ματίζοιντο μὲν ἂν ἧττον ἀναιδῶς ἐν τῇ πόλει, ἐλάττω δ' ἐν αὐτῇ φύοιτο τῶν τοιούτων κακῶν οἵων νῦν δὴ εἴπομεν. Καὶ πολύ γε, ἦ δ' ὅς. Νῦν δέ γε, ἔφην ἐγώ, διὰ πάντα τὰ τοιαῦτα τοὺς μὲν δὴ ἀρχομένους οὕτω διατιθέασιν ἐν τῇ πόλει οἱ ἄρχοντες, σφᾶς δὲ αὐτοὺς καὶ τοὺς αὑτῶν, ἆρ' οὐ τρυφῶντας μὲν τοὺς νέους καὶ ἀπόνους καὶ πρὸς τὰ τοῦ σώματος καὶ πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς.

---

*) Is. οὔτε τῇδε αὖ κατὰ ἕτερον (ἢ κατὰ τὸν ἕτερον).

tem, propter insatiabilem boni cupiditatem, quod quidem ponitur in maximarum divitiarum comparatione? Quomodo quaeso? Quia videlicet, ut opinor, imperant in ea qui imperant propter multas possessiones, nolunt lege impedire iuvenes quotquot intemperantes sunt, quominus eis liceat impendere atque perdere rem suam, ut ementes horum possessiones atque fenerantes etiam ditiores et honoratiores exsistant. Admodum, inquit. Nonne perspicuum iam hoc in civitate, divitias colere simulque satis temperantiae habere cives non posse, sed unum aut alterum negligant necesse esse? Satis, inquit, id quidem perspicuum. Dum igitur negligunt in civitatibus a paucis gubernatis et permittunt incontinenter vivere haud inhonestis nonnumquam hominibus, pauperes eos cogunt fieri. Sane quidem. Sedent iam, opinor, hi in urbe stimulis armisque instructi, alii aes alienum habentes, alii ignominia affecti, alii ex utroque laborantes, odium habentes atque insidiantes eis qui rem suam possident ceterisque, novarum rerum cupidi. Sunt ista. Feneratores autem qui se demittunt nec videntur hos cernere, dum reliquorum quemque ipsis locum dantem pecunia immissa vulnerant et sortis usuram tamquam patris fetum multiplicatam reportant, multos fucos ac mendicos iniiciunt civitati. Quidni, inquit, multos? Atque neque ita, inquam, tale malum si exarsit volunt exstinguere ut impediant quominus sua quisque ad arbitrium suum consumat, neque ea ratione qua ex altera lege talia dissolvuntur. Ex quanam autem? Ex ea quae illam excipit civesque cogit virtuti studere. nam si quis suo quemque periculo pleraque voluntaria negotia iuberet contrahere, minus impudenter fenerarentur in urbe et pauciora in ea nascerentur eius generis mala qualia modo indicavimus. Sane quidem, inquit. Nunc vero, inquam, per omnia haec imperio quidem subiectos tales efficiunt civitatis gubernatores, se ipsos autem suosque, nonne luxuriantes reddunt iuvenes et a corporis

μαλακοὺς δὲ καρτερεῖν * πρός ἡδονάς τε καὶ λύπας καὶ ἀργούς; C
Τί μήν; Αὐτοὺς δὲ πλὴν χρηματισμοῦ τῶν ἄλλων ἠμεληκότας,
καὶ οὐδὲν πλείω ἐπιμέλειαν πεποιημένους ἀρετῆς, ἢ τοὺς
πένητας; Οὐ γὰρ οὖν. Οὕτω δὴ παρεσκευασμένοι ὅταν παρα-
βάλλωσιν ἀλλήλοις οἵ τε ἄρχοντες καὶ οἱ ἀρχόμενοι, ἢ ἐν ὁδῶν
πορείαις ἢ ἐν ἄλλαις τισὶ κοινωνίαις, ἢ κατὰ θεωρίας ἢ κατὰ
στρατείας, ἢ ξύμπλοι γιγνόμενοι ἢ ξυστρατιῶται, ἢ καὶ ἐν
αὐτοῖς τοῖς κινδύνοις * ἀλλήλους θεώμενοι, μηδαμῇ ταύτῃ D
καταφρονῶνται οἱ πένητες ὑπὸ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ πολλάκις
ἰσχνὸς ἀνὴρ πένης, ἡλιωμένος, παραταχθεὶς ἐν μάχῃ πλουσίῳ
ἐσκιατραφηκότι, πολλὰς ἔχοντι σάρκας ἀλλοτρίας, ἴδῃ ἆσθμα-
τός τε καὶ ἀπορίας μεστόν, ἆρ' οἴει αὐτὸν οὐχ ἡγεῖσθαι κακίᾳ
τῇ σφετέρᾳ πλουτεῖν τοὺς τοιούτους, καὶ ἄλλον ἄλλῳ παραγ-
γέλλειν, ὅταν ἰδίᾳ ξυγγίγνωνται, ὅτι ἄνδρες ἡμέτεροι πλού-
σιοί * εἰσιν *) οὐδέν; Εὖ οἶδα μὲν οὖν, ἔφη, ἔγωγε ὅτι οὕτω E
ποιοῦσιν. Οὐκοῦν, ὥσπερ σῶμα νοσῶδες μικρᾶς ῥοπῆς ἔξω-
θεν δεῖται προςλαβέσθαι πρὸς τὸ κάμνειν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ
τῶν ἔξω στασιάζει αὐτὸ αὑτῷ, οὕτω δὴ καὶ ἡ κατὰ ταὐτὰ ἐκεί-
νῳ διακειμένη πόλις ἀπὸ σμικρᾶς προφάσεως, ἔξωθεν ἐπαγο-
μένων ἢ τῶν ἑτέρων ἐξ ὀλιγαρχουμένης πόλεως ξυμμαχίαν ἢ
τῶν ἑτέρων ἐκ δημοκρατουμένης, νοσεῖ τε καὶ αὐτὴ αὑτῇ μά-
χεται, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει; * Καὶ σφόδρα 557
γε. Δημοκρατία δή, οἶμαι, γίγνεται, ὅταν οἱ πένητες νική-
σαντες τοὺς μὲν ἀποκτείνωσι τῶν ἑτέρων, τοὺς δὲ ἐκβάλωσι,
τοῖς δὲ λοιποῖς ἐξ ἴσου μεταδῶσι πολιτείας τε καὶ ἀρχῶν· καὶ
ὡς τὸ πολὺ ἀπὸ κλήρων αἱ ἀρχαὶ ἐν αὐτῇ γίγνονται **). Ἔστι
γάρ, ἔφη, αὕτη ἡ κατάστασις δημοκρατίας, ἐάν τε καὶ δι'
ὅπλων γένηται ἐάν τε καὶ διὰ φόβον ὑπεξελθόντων τῶν
ἑτέρων.

Τίνα δὴ οὖν, ἦν δ' ἐγώ, οὗτοι τρόπον οἰκοῦσι; καὶ
ποία τις ἡ τοιαύτη * αὖ πολιτεία; δῆλον γὰρ ὅτι ὁ τοιοῦτος B

---

*) ἄλλ. ἡμέτεροι εἰσὶν οὐδέν.

**) ἄλλ. γίγνωνται.

animique laboribus aversos, imbecillos ad voluptates et dolores sustinendos atque inertes? Quidni? Se ipsos autem praeter quaestus faciendi studium reliqua omnia negligentes nihiloque plus curae adhibentes de virtute, quam pauperes? Admodum. Ita igitur comparati quando unum in locum congregantur imperantes et imperio subiecti vel via proficiscentes vel aliud quid communiter agentes, vel in legationibus sacris vel in expeditionibus, vel una navigantes vel belli socii, vel etiam in ipsis periculis inter se spectant nulloque modo hic despiciuntur pauperes a divitibus, sed saepenumero macer vir pauper adustusque, collocatus in acie iuxta divitem vitam umbratilem agentem multasque habentem carnes alienas, hunc videt graviter anhelantem et consili inopia affectum, nonne eum censes existimare ignavia sua viros huiusmodi divites esse, et alterum alterum monere et denunciare, si privatim convenerint, viros suos divites esse nihil? Probe scio, inquit, equidem eos ita facere. Nonne igitur, quemadmodum in corpore aegrotante parva res extrinsecus illata hoc facit momenti ut in morbum illud incidat, nonnumquam vero corpus etiam sine rebus extrinsecus illatis intestina seditione laborat, ita etiam civitas aeque affecta parva ex causa, si extrinsecus vel una pars e civitate paucorum imperio subiecta socios adducit vel altera e civitate populari, aegrotat ipsaque secum pugnat, nonnumquam vero etiam sine externis caussis seditione laborat? Admodum. Popularis igitur civitas, ut opinor, exsistit quando pauperes superiores alios interfecerunt de altera parte, alios eiecerunt, reliquis vero aequales civitatis et magistratuum partes tribuunt; maximam enim partem sortito magistratus in ea obtinentur. Est vero, inquit, haec popularis civitatis constitutio, sive per armorum vim nascitur sive timore adducti alteri se subducunt.

Quonam igitur, inquam, hi modo vivent? et qualis erit haec civitas? perspicitur enim talem virum re-

ἀνὴρ δημοκρατικός τις ἀναφανήσεται. Δῆλον, ἔφη. Οὐκοῦν
πρῶτον μὲν δὴ ἐλεύθεροι, καὶ ἐλευθερίας ἡ πόλις μεστὴ καὶ
παῤῥησίας γίγνεται, καὶ ἐξουσία ἐν αὐτῇ ποιεῖν ὅ τί τις βού-
λεται; Λέγεταί γε δή, ἔφη. Ὅπου δέ γε ἐξουσία, δῆλον ὅτι
ἰδίαν ἕκαστος ἂν κατασκευὴν τοῦ αὑτοῦ βίου κατασκευάζοιτο
ἐν αὐτῇ, ἥτις ἕκαστον ἀρέσκοι. Δῆλον. Παντοδαποὶ δὴ ἄν,
οἶμαι, ἐν ταύτῃ * τῇ πολιτείᾳ μάλιστα ἐγγίγνοιντο ἄνθρωποι. C
Πῶς γὰρ οὔ; Κινδυνεύει, ἦν δ' ἐγώ, καλλίστη αὕτη τῶν πολι-
τειῶν εἶναι· ὥσπερ ἱμάτιον ποικίλον πᾶσιν ἄνθεσι πεποικιλ-
μένον, οὕτω καὶ αὕτη πᾶσιν ἤθεσι πεποικιλμένη καλλίστη ἂν
φαίνοιτο. Τί μήν; ἔφη. Καὶ ἴσως μέν, ἦν δ' ἐγώ, καὶ
ταύτην, ὥσπερ οἱ παῖδές τε καὶ αἱ γυναῖκες τὰ ποικίλα θεώ-
μενοι, καλλίστην ἂν πολλοὶ κρίνειαν. Καὶ μάλ', ἔφη. Καὶ
ἔστι γε, ὦ μακάριε, ἦν δ' * ἐγώ, ἐπιτήδειον ζητεῖν ἐν αὐτῇ D
πολιτείαν. Τί δή; Ὅτι πάντα γένη πολιτειῶν ἔχει διὰ τὴν
ἐξουσίαν, καὶ κινδυνεύει τῷ βουλομένῳ πόλιν κατασκευάζειν,
ὃ νῦν δὴ ἡμεῖς ἐποιοῦμεν, ἀναγκαῖον εἶναι εἰς δημοκρατου-
μένην ἐλθόντι πόλιν, ὃς ἂν αὐτὸν ἀρέσκῃ τρόπος, τοῦτον
ἐκλέξασθαι, ὥσπερ εἰς παντοπώλιον ἀφικομένῳ πολιτειῶν, καὶ
ἐκλεξαμένῳ οὕτω κατοικίζειν. Ἴσως γοῦν, ἔφη, οὐκ ἂν ἀπο-
ροῖ * παραδειγμάτων. Τὸ δὲ μηδεμίαν ἀνάγκην, εἶπον, εἶναι E
ἄρχειν ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, μηδ' ἂν ᾖς ἱκανὸς ἄρχειν, μηδὲ
αὖ ἄρχεσθαι, ἐὰν μὴ βούλῃ, μηδὲ πολεμεῖν πολεμούντων, μηδὲ
εἰρήνην ἄγειν τῶν ἄλλων ἀγόντων, ἐὰν μὴ ἐπιθυμῇς εἰρήνης,
μηδ' αὖ, ἐάν τις ἄρχειν νόμος σε διακωλύῃ ἢ δικάζειν, μηδὲν
ἧττον καὶ ἄρχειν καὶ δικάζειν, ἐὰν αὐτῷ σοι ἐπίῃ, * ἆρ' οὐ 558
θεσπεσία καὶ ἡδεῖα ἡ τοιαύτη διαγωγὴ ἐν τῷ παραυτίκα;
Ἴσως, ἔφη, ἔν γε τούτῳ. Τί δέ; ἡ πραότης ἐνίων τῶν δικα-
σθέντων οὐ κομψή; ἢ οὔπω εἶδες ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ, ἀν-
θρώπων καταψηφισθέντων θανάτου ἢ φυγῆς, οὐδὲν ἧττον
αὐτῶν μενόντων τε καὶ ἀναστρεφομένων ἐν μέσῳ; καὶ ὡς οὔτε
φροντίζοντος οὔτε ὁρῶντος οὐδενὸς περινοστεῖ ὁ καταψηφι-
σθεὶς *) ὥσπερ ἥρως. Καὶ πολλούς γ', ἔφη. Ἡ δὲ ξυγ-

---

*) ἄλλ. περινοστεῖ ὥσπερ ηρως.

pertum iri popularis civitatis studiosum. Perspicitur vero, inquit. Nonne primum quidem liberi erunt, et libertate civitas erit plena atque licentia, et potestas concedetur faciendi quicquid aliquis voluerit? Dicitur quidem, inquit. Ubi autem potestas conceditur, patet pro se quemque hoc vitae institutum esse capturum quod ei placuerit. Patet vero. Varii igitur generis, ut opinor, in hac maxime civitate existent homines. Quidni? Videtur, inquam, pulcherrima haec civitatum esse; quemadmodum enim vestis versicolor omnibus distincta floribus, ita etiam haec omnibus distincta moribus pulcherrima videbitur. Quidni? inquit. Et fortasse, inquam, etiam hanc, sicuti pueri et mulieres res colorum varietate distinctas spectantes, pulcherrimam multi existimabunt. Admodum, inquit. Est vero, o praestantissime, inquam, opus quaerere in ea civitatem. Quid ita? Quia omnia genera civitatum habet propter licentiam, et videtur ei qui civitatem velit constituere, id quod modo nos fecimus, ad popularem civitatem, tamquam ad civitatum nundinas, proficiscendum esse, ut eam quae ipsi placitura sit formam eligat electamque in civitate constituenda sequatur. Profecto, inquit, non deerunt ei exempla. De hoc autem, quod nulla necessitas, inquam, imposita tibi est imperandi in hac civitate, etiamsi idoneus sis qui imperes, neque etiam parendi, nisi volueris, neque pugnandi ceteris pugnantibus neque pacem agitandi ceteris eam agitantibus, nisi concupiscas pacem, imo licentia data est, quum quae lex interdicat ne imperes vel iudex sedeas, nihilo minus et imperandi et iudicandi, nonne divina et iucunda est talis vivendi ratio in praesentia? Fortasse, inquit, pro tempore. Quid vero? clementia et mansuetudo in damnatos nonne festiva? an nondum vidisti in tali civitate homines quum damnati fuerint capite vel in exsilium, nihilo minus manentes et versantes in medio? quin quasi neque curet neque videat quisquam deambulant damnati ut heroes. Ac multos quidem, inquit,

γνώμη οὐ γενναία *) καὶ * οὐδ' ὁπωστιοῦν σμικρολογία αὐ- B τῆς, ἀλλὰ καταφρόνησις ὧν ἡμεῖς ἐλέγομεν σεμνύνοντες, ὅτε τὴν πόλιν ᾠκίζομεν, ὡς εἰ μή τις ὑπερβεβλημένην φύσιν ἔχοι, οὔποτ' ἂν γένοιτο ἀνὴρ ἀγαθός, εἰ μὴ παῖς ὢν εὐθὺς παίζοι ἐν καλοῖς καὶ ἐπιτηδεύοι τὰ τοιαῦτα πάντα; ὡς μεγαλοπρεπῶς καταπατήσασ' ἅπαντα ταῦτα οὐδὲν φροντίζει, ἐξ ὁποίων ἄν τις ἐπιτηδευμάτων ἐπὶ τὰ πολιτικὰ ἰὼν πράττῃ, ἀλλὰ τιμᾷ, ἐὰν φῇ μόνον εὔνους εἶναι τῷ * πλήθει. Πάνυ γ', ἔφη, C γενναία. Ταῦτα δή **), ἔφην, ἔχοι ἂν καὶ τούτων ἄλλα ἀδελφὰ δημοκρατία, καὶ εἴη ἄν, ὡς ἔοικεν, ἡδεῖα πολιτεία καὶ ἄναρχος καὶ ποικίλη, ἰσότητά τινα ὁμοίως ἴσοις τε καὶ ἀνίσοις διανέμουσα. Καὶ μάλ', ἔφη, γνώριμα λέγεις.

Ἄθρει δή, ἦν δ' ἐγώ, τίς ὁ τοιοῦτος ἰδίᾳ· ἢ πρῶτον σκεπτέον, ὥσπερ τὴν πολιτείαν ἐσκεψάμεθα, τίνα τρόπον γίγνεται; Ναί, ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐχ ὧδε; τοῦ φειδωλοῦ ἐκείνου καὶ ὀλιγαρχικοῦ * γένοιτ' ἄν, οἶμαι, υἱὸς ὑπὸ τῷ πατρὶ τε- D θραμμένος ἐν τοῖς ἐκείνου ἤθεσιν. Τί γὰρ οὔ; Βίᾳ δὴ καὶ οὗτος ἄρχων τῶν ἐν αὑτῷ ἡδονῶν, ὅσαι ἀναλωτικαὶ μέν, χρηματιστικαὶ δὲ μή· αἳ δὴ οὐκ ἀναγκαῖαι κέκληνται. Δῆλον, ἔφη. Βούλει οὖν, ἦν δ' ἐγώ, ἵνα μὴ σκοτεινῶς διαλεγώμεθα, πρῶτον ὁρισώμεθα τάς τε ἀναγκαίους ***) ἐπιθυμίας καὶ τὰς μή; Βούλομαι, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν, ἅς τε οὐκ ἂν οἷοί τ' εἶμεν ἀποτρέψαι †), δικαίως ἀναγκαῖαι καλοῖντο, καὶ * ὅσαι E ἀποτελούμεναι ὠφελοῦσιν ἡμᾶς; τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἐφίεσθαι ἡμῶν τῇ φύσει ἀνάγκη· ἢ οὔ; Καὶ μάλα. Δικαίως δὴ * τοῦτο ἐπ' αὐταῖς ἐροῦμεν τὸ ἀναγκαῖον. Δικαίως. Τί δέ; 559 ἅς γέ τις ἀπαλλάξειεν ἄν, εἰ μελετῴη ἐκ νέου, καὶ πρὸς οὐδὲν ††) ἀγαθὸν ἐνοῦσαι δρῶσιν, αἱ δὲ καὶ τοὐναντίον, πάσας ταύτας, εἰ μὴ ἀναγκαίους φαῖμεν εἶναι, ἆρ' οὐ καλῶς ἂν λέγοιμεν; Καλῶς μὲν οὖν. Προελώμεθα δή τι παράδειγμα ἑκατέρων, αἵ εἰσιν, ἵνα τύπῳ λάβωμεν αὐτάς. Οὐκοῦν χρή. Ἆρ' οὖν οὐχ ἡ τοῦ φαγεῖν μέχρι ὑγιείας τε καὶ εὐεξίας καὶ αὐτοῦ σίτου τε καὶ ὄψου ἀναγκαίως †††) * ἂν εἴη; Οἶμαι. Ἡ B

*) ἄλλ. ξυγγνώμη καὶ οὐδ' κτλ. **) ἄλλ. Ταῦτά τε δή. ***) γρ. ἀναγκαίας. †) γρ. ἀποστρέψαι. ††) ἴσ. οὐδέν'. †††) ἄλλ. ἀναγκαῖος.

vidi. Nonne vero haec indulgentia generosa nec ex pusillo animo exsistit, sed ex contemptione eorum quae nos memoravimus extollentes, quum civitatem constitueremus, nisi quis praestante esset ingenio, numquam fore ut bonus vir evaderet, nisi puer statim rebus honestis luderet et talibus omnibus studeret? etenim magnifice conculcans omnia haec nihil curat illa civitas, quibus e studiis ad res civiles aliquis progrediatur easque tractet, sed honore eum afficit, dummodo se profiteatur benivolum esse plebi. Sane quidem, inquit, generosa est indulgentia illa. Haec igitur, inquam, habebit hisque alia similia popularis civitas, et erit, ut patet, suavis civitas et imperii expers et varia, aequalitatem quandam aeque aequalibus atque inaequalibus tribuens. Admodum, inquit, manifesta et nota dicis.

Vide iam, inquam, quis sit talis privatim; an prius quaerendum, sicuti civitatem consideravimus, quo pacto exsistat? Etiam, inquit. Nonne ita? parci illius et paucorum imperio faventis erit, opinor, filius sub patre magistro in huius moribus educatus. Quidni? Vi igitur hic quoque imperabit cupiditatibus suis quaecumque prodigae, non quaestus studiosae; quae quidem non necessariae vocantur. Patet, inquit. Visne igitur, inquam, ut ne obscure disseramus, primum definiamus necessarias cupiditates et non necessarias? Volo, inquit. Nonne, quas non poterimus depellere, rite necessariae dicentur, et quaecumque expletae nobis prosunt? has enim utrasque natura nostra appetat necesso est; an non? Sane quidem. Iure igitur has dicemus necessarias esse. Iure. Quid vero? quas removerit aliquis, si studuerit a pueritia, quaeque nemini in quo insunt boni quid faciunt, nonnullae vero etiam contrarium, omnes has, si non necessarias dixerimus esse, nonne recte posuerimus? Recte vero. Sumamus igitur exemplum aliquod utrarumque, ut ad summam eas cognoscamus. Sane oportet. Nonne igitur comedendi cupiditas, quatenus sanitas bonusque habitus concedunt, ipsiusque cibi et obsonii

μὲν γέ που τοῦ σίτου κατ' ἀμφότερα ἀναγκαία, ᾗ τε ὠφέλι-
μος ᾗ τε παῦσαι πεινῶντα *) δυνατή. Ναί. Ἡ δὲ ὄψου,
εἴ πῄ τινα ὠφέλειαν πρὸς εὐεξίαν παρέχεται. Πάνυ μὲν οὖν.
Τί δέ; ἡ πέρα τούτων καὶ ἀλλοίων δεσμάτων ἢ τοιούτων ἐπι-
θυμία, δυνατὴ δὲ κολαζομένη ἐκ νέων καὶ παιδευομένη ἐκ τῶν
πολλῶν ἀπαλλάττεσθαι, καὶ βλαβερὰ μὲν σώματι, βλαβερὰ δὲ
ψυχῇ πρός τε φρόνησιν καὶ τὸ σωφρονεῖν, * ἆρά γε ὀρθῶς C
οὐκ ἀναγκαία ἂν καλοῖτο; Ὀρθότατα μὲν οὖν. Οὐκοῦν καὶ
ἀναλωτικὰς φῶμεν εἶναι ταύτας, ἐκείνας δὲ χρηματιστικὰς
διὰ τὸ χρησίμους πρὸς τὰ ἔργα εἶναι; Τί μήν; Οὕτω δὴ καὶ
περὶ ἀφροδισίων καὶ τῶν ἄλλων φήσομεν. Οὕτως. Ἆρ' οὖν
καὶ ὃν νῦν δὴ κηφῆνα ὠνομάζομεν; τοῦτον ἐλέγομεν τὸν τῶν
τοιούτων ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν γέμοντα καὶ ἀρχόμενον ὑπὸ
τῶν μὴ ἀναγκαίων, τὸν δὲ ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων, **) φειδωλόν
* τε καὶ ὀλιγαρχικόν. Ἀλλὰ τί μήν; Πάλιν τοίνυν, ἦν δ' D
ἐγώ, λέγωμεν ὡς ἐξ ὀλιγαρχικοῦ δημοκρατικὸς γίγνεται. φαί-
νεται δέ μοι τά γε πολλὰ ὧδε γίγνεσθαι. Πῶς; Ὅταν νέος
τεθραμμένος, ὡς νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἀπαιδεύτως τε καὶ φειδω-
λῶς γεύσηται κηφήνων μέλιτος, καὶ ξυγγένηται αἴθωσι θηρσὶ
καὶ δεινοῖς, παντοδαπὰς ἡδονὰς καὶ ποικίλας καὶ παντοίως
ἐχούσας δυναμένοις σκευάζειν, ἐνταῦθά που οἴου εἶναι ἀρχὴν
αὐτῷ μεταβολῆς * ὀλιγαρχικῆς τῆς ἐν ἑαυτῷ εἰς δημοκρατικήν. E
Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Ἆρ' οὖν, ὥσπερ ἡ πόλις μετέβαλλε ***)
βοηθησάσης τῷ ἑτέρῳ μέρει ξυμμαχίας ἔξωθεν, ὁμοίας ὁμοίῳ,
οὕτω καὶ ὁ νεανίας μεταβάλλει βοηθοῦντος αὖ εἴδους ἐπιθυ-
μιῶν ἔξωθεν τῷ ἑτέρῳ τῶν παρ' ἐκείνῳ, ξυγγενοῦς τε καὶ
ὁμοίου; Παντάπασι μὲν οὖν. Καὶ ἐὰν μέν γε, οἶμαι, ἀντι-
βοηθήσῃ τις τῷ ἐν αὐτῷ †) ὀλιγαρχικῷ ξυμμαχία, ἤ ποθεν
παρὰ τοῦ πατρὸς ἢ καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων, * νουθετούντων 550
τε καὶ κακιζόντων, στάσις δὴ καὶ ἀντίστασις καὶ μάχη ἐν αὐτῷ
πρὸς αὑτὸν τότε γίγνεται. Τί μήν; Καὶ ποτὲ μέν, οἶμαι, τὸ

---

*) γρ. ζῶντα.
**) ἄλλ. ὃν νῦν δὴ ὠνομάζομεν, τοῦτον — ὑπὸ τῶν μὴ ἀναγκαίων φειδωλόν.
***) γρ. μετέβαλε.
† γρ. ἑαυτῷ.

necessaria est? Arbitror. Et cibi quidem cupiditas utramque in partem necessaria, et quod utilis est et quod ad famem valet explendam. Etiam. Obsonii vero, quatenus utilitatem ad bonum habitum praebet. Sane quidem. Quid vero? ultra haec progrediens et ab illis diversorum esculentorum cupiditas, quae potest castigatione a pueritia et disciplina e plerisque expelli, et perniciosa est corpori, perniciosa vero etiam animo ad prudentiam et temperantiam, nonne recte non necessaria dicetur? Rectissime vero. Nonne etiam prodigas dicemus esse has, illas vero quaestus avidas propterea quod utiles sint ad opera? Quidni? Idem igitur etiam de rebus venereis ceterisque dicemus. Idem. Nonne etiam de eo quem modo fucum nominavimus? hunc videlicet diximus huiusmodi voluptatibus et cupiditatibus refertum atque imperio cupiditatum non necessariarum subiectum esse, illum vero parcum paucorumque principatus studiosum necessariis servire. Quidni? Rursus igitur dicamus, inquam, quomodo ex homine paucorum imperii studioso popularis civitatis appetens exsistat. Quomodo? Quando iuvenis educatus, ut modo diximus, inculte et parce gustaverit mel fucorum et consuetudinem iunxerit cum audacibus belluis atque vehementibus, quae voluptates omnis generis, varias, omnique modo se habentes possunt praebere, hinc cense initium duci conversionis studii quod in eo est paucorum principatus in popularis civitatis appetitionem. Prorsus necesse est, inquit. Nonne igitur, quemadmodum civitas convertebatur adiuvantibus alteram partem auxiliis externis, similibus similem, sic etiam iuvenis convertitur adiuvante itidem specie cupiditatum extrinsecus alterum cupiditatum genus, cognata illa quidem ac simili? Admodum. Et quum, opinor, contrariis auxiliis iuvatur animi pars paucorum imperii studiosa, sive a patre sive a reliquis propinquis, admonentibus et vituperantibus, seditio et contraria seditio et pugna intestina in eo tum exsistit. Quidni? Et modo, ut arbitror,

δημοκρατικὸν ὑπεχώρησε τῷ ὀλιγαρχικῷ, καί τινες τῶν ἐπι-
θυμιῶν αἱ μὲν διεφθάρησαν, αἱ δὲ καὶ ἐξέπεσον αἰδοῦς τινὸς
ἐγγενομένης ἐν τῇ τοῦ νέου ψυχῇ, καὶ κατεκοσμήθη πάλιν.
Γίγνεται γάρ ἐνίοτε, ἔφη. Αὖθις δέ, οἶμαι, τῶν ἐκπεσουσ-
σῶν ἐπιθυμιῶν ἄλλαι ἐπιτρεφόμεναι ξυγγενεῖς δι' ἀνεπιστη-
μοσύνην * τροφῆς πατρὸς πολλαί τε καὶ ἰσχυραὶ ἐγένοντο. Φι- B
λεῖ γοῦν, ἔφη, οὕτω γίγνεσθαι. Οὐκοῦν εἵλκυσάν τε πρὸς
τὰς αὐτὰς *) ὁμιλίας, καὶ λάθρα ξυγγιγνόμεναι πλῆθος ἐνέ-
τεκον. Τί μήν; Τελευτῶσαι δέ, οἶμαι, κατέλαβον τὴν τοῦ
νέου τῆς ψυχῆς ἀκρόπολιν, αἰσθόμεναι κενὴν μαθημάτων τε
καὶ ἐπιτηδευμάτων καλῶν καὶ λόγων ἀληθῶν, οἳ δὴ ἄριστοι
φρουροί τε καὶ φύλακες ἐν ἀνδρῶν * θεοφιλῶν εἰσὶ διανοίαις. C
Καὶ πολύ γ', ἔφη. Ψευδεῖς δὴ καὶ ἀλαζόνες, οἶμαι, λόγοι
τε καὶ δόξαι ἀντ' ἐκείνων ἀναδραμόντες κατέσχον τὸν αὐτὸν
τόπον τοῦ τοιούτου. Σφόδρα γ', ἔφη. Ἆρ' οὖν οὐ πάλιν
τε εἰς ἐκείνους τοὺς Λωτοφάγους ἐλθὼν φανερῶς κατοικεῖ;
καὶ ἐὰν παρ' οἰκείων τις βοήθεια τῷ φειδωλῷ αὐτοῦ τῆς ψυ-
χῆς ἀφικνῆται, κλείσαντες οἱ ἀλαζόνες λόγοι ἐκεῖνοι τὰς τοῦ
βασιλικοῦ τείχους ἐν αὐτῷ πύλας οὔτε αὐτὴν τὴν ξυμμαχίαν
* παριᾶσιν, οὔτε πρέσβεις πρεσβυτέρων λόγους ἰδιωτῶν εἰσ- D
δέχονται, αὐτοί τε κρατοῦσι μαχόμενοι, καὶ τὴν μὲν αἰδῶ
ἠλιθιότητα ὀνομάζοντες ὠθοῦσιν ἔξω ἀτίμως φυγάδα, σωφρο-
σύνην δὲ ἀνανδρίαν καλοῦντές τε καὶ προπηλακίζοντες ἐκβάλ-
λουσι, μετριότητα δὲ καὶ κοσμίαν δαπάνην ὡς ἀγροικίαν καὶ
ἀνελευθερίαν οὖσαν πείθοντες ὑπερορίζουσι μετὰ πολλῶν καὶ
ἀνωφελῶν ἐπιθυμιῶν **). Σφόδρα γε. Τούτων δέ γέ που
κενώσαντες καὶ καθήραντες τὴν τοῦ κατεχομένου * τε ὑπ' αὐ- E
τῶν καὶ τελουμένου ψυχὴν μεγάλοισι τέλεσι, τὸ μετὰ τοῦτο
ἤδη ὕβριν καὶ ἀναρχίαν καὶ ἀσωτίαν καὶ ἀναίδειαν λαμπρὰς
μετὰ πολλοῦ χοροῦ κατάγουσιν ἐστεφανωμένας ἐγκωμιάζοντες
καὶ ὑποκοριζόμενοι, ὕβριν μὲν παίδευσιν ***) καλοῦντες, ἀναρ-
χίαν δὲ ἐλευθερίαν, ἀσωτίαν δὲ μεγαλοπρέπειαν, ἀναίδειαν

---

*) ἴσ. αὐταῖς.

**) ἴσ. κρατοῦσι μαχόμενοι μετὰ πολλῶν καὶ ἀνω-
φελῶν ἐπιθυμιῶν, καὶ — ὑπερορίζουσιν;

***) ἄλλ. εὐπαιδευσίαν.

popularis natura cedit paucorum principatus appetitioni, et cupiditatum partim intereunt partim excidunt pudore aliquo efflorescente in iuvenis animo; quo fit ut in ordinem se referat. Fit hoc nonnumquam, inquit. Tum autem, opinor, cupiditatibus expulsis aliae cognatae per inscitiam educationis paternae posthac nutritae multae ac vehementes exsistunt. Solet sane, inquit, ita fieri. Trahunt igitur ad consuetudinem cum ipsis iungendam et clam cum eo versantes multitudinem ingignunt. Quidni? Ad extremum, opinor, occupant animi iuvenilis arcem animadvertentes eam vacuam esse a disciplinis et studiis honestis et orationibus veris, quae quidem optima sunt praesidia et custodiae in virorum quos dii diligunt mentibus. Ac longe quidem, inquit. Falsae igitur et vanae, opinor, orationes atque sententiae pro illis exsurgentes eundem in eo locum obtinent. Admodum, inquit. Nonne igitur ad Lotophagos illos revertetur ibique manifesto habitabit? et si familiares auxilium aliquod parcae animi parti tulerint, vanae orationes illae regii muri in eo portas claudentes neque ipsa auxilia recipiunt neque seniorum privatorum orationes legatas missas admittunt, ipsaeque vincunt pugna, adiuvantibus multis inutilibus cupiditatibus, et pudorem quidem quem stultitiam vocant foras pellunt ignominia affectum in exsilium, temperantiam ignaviam nominantes contumeliaque vexantes eiiciunt, et moderationem continentiamque in sumptu faciendo rusticitatem et illiberalitatem esse persuadentes exterminant. Admodum. Has igitur quum exhauserunt animumque purgarunt hominis ab ipsis correpti magnisque initiati mysteriis, deinde iam lasciviam et licentiam dissolutam et heluationem et impudentiam splendidas amplo cum choro deducunt coronatas, laudibus eas in caelum extollentes et nominibus speciosis afficientes, lasciviam videlicet bonam institutionem vocantes, licentiam dissolutam magnifi-

δὲ ἀνδρείαν. * ἆρ᾽ οὐχ οὕτω πως, ἦν δ᾽ ἐγώ, νέος ὢν με- 561 ταβάλλει ἐκ τοῦ ἐν ἀναγκαίοις *) ἐπιθυμίαις τρεφομένου εἰς τὴν τῶν μὴ ἀναγκαίων καὶ ἀνωφελῶν ἡδονῶν ἐλευθέρωσίν τε καὶ ἄνεσιν; Καὶ μάλιστά **) γ᾽, ἦ δ᾽ ὅς, ἐναργῶς. Ζῇ δή, οἶμαι, μετὰ ταῦτα ὁ τοιοῦτος οὐδὲν μᾶλλον εἰς ἀναγκαίους ἢ μὴ ἀναγκαίους ἡδονὰς ἀναλίσκων καὶ χρήματα καὶ πόνους καὶ διατριβάς· ἀλλ᾽ ἐὰν εὐτυχὴς ᾖ καὶ μὴ πέρα ἐκβακχευθῇ, ἀλλά τι καὶ πρεσβύτερος γενόμενος τοῦ πολλοῦ * θορύβου παρελ- B θόντος μέρη τε καταδέξηται τῶν ἐκπεσόντων καὶ τοῖς ἐπεισελθοῦσι μὴ ὅλον ἑαυτὸν ἐνδῷ, εἰς ἴσον δή τι καταστήσας τὰς ἡδονὰς διάγει, τῇ παραπιπτούσῃ ἀεὶ ὥσπερ λαχούσῃ τὴν ἑαυτοῦ ἀρχὴν παραδιδούς, ἕως ἂν πληρωθῇ, καὶ αὖθις ἄλλῃ, οὐδεμίαν ἀτιμάζων, ἀλλ᾽ ἐξ ἴσου τρέφων. Πάνυ μὲν οὖν. Καὶ λόγον γ᾽, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἀληθῆ οὐ προσδεχόμενος οὐδὲ παριεὶς εἰς τὸ φρούριον, ἐάν τις λέγῃ ὡς αἱ μέν εἰσι τῶν * κα- C λῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἐπιθυμιῶν ἡδοναί, αἱ δὲ τῶν πονηρῶν, καὶ τὰς μὲν χρὴ ἐπιτηδεύειν καὶ τιμᾶν, τὰς δὲ κολάζειν τε καὶ δουλοῦσθαι, ἀλλ᾽ ἐν πᾶσι τούτοις ἀνανεύει τε καὶ ὁμοίας φησὶν ἁπάσας εἶναι καὶ τιμητέας ἐξ ἴσου. Σφόδρα γάρ, ἔφη, οὕτω διακείμενος τοῦτο δρᾷ. Οὐκοῦν, ἦν δ᾽ ἐγώ, καὶ διαζῇ τὸ καθ᾽ ἡμέραν οὕτω χαριζόμενος τῇ προσπιπτούσῃ ἐπιθυμίᾳ, τοτὲ μὲν μεθύων καὶ καταυλούμενος, αὖθις δὲ ὑδροποτῶν καὶ κατισχναινόμενος, * τοτὲ δ᾽ αὖ γυμναζόμενος, ἔστι δ᾽ ὅτε D ἀργῶν καὶ πάντων ἀμελῶν, τοτὲ δ᾽ ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίβων· πολλάκις δὲ πολιτεύεται, καὶ ἀναπηδῶν ὅ τι ἂν τύχῃ λέγει τε καὶ πράττει· κἄν ποτέ τινας πολεμικοὺς ζηλώσῃ, ταύτῃ φέρεται, ἢ χρηματιστικούς, ἐπὶ τοῦτ᾽ αὖ· καὶ οὔτε τις τάξις οὔτε ἀνάγκη ἔπεστιν αὐτοῦ τῷ βίῳ, ἀλλ᾽ ἡδύν τε δὴ καὶ ἐλευθέριον καὶ μακάριον καλῶν τὸν βίον τοῦτον, χρῆται αὐτῷ διὰ παντός. Παντάπασιν, * ἦ δ᾽ ὅς, διελήλυθας βίον ἰσο- E νομικοῦ τινὸς ἀνδρός. Οἶμαι δέ γε, ἦν δ᾽ ἐγώ, καὶ παντοδαπόν τε καὶ πλείστων ἠθῶν μεστόν, καὶ καλόν ***) τε καὶ ποικίλον, ὥσπερ ἐκείνην τὴν πόλιν, τοῦτον τὸν ἄνδρα εἶναι· ὃν πολλοὶ ἂν καὶ πολλαὶ ζηλώσειαν τοῦ βίου, παραδείγματα

*) ἄλλ. ἐκ τοῦ ἀναγκαίοις. **) ἄλλ. μάλα.
***) ἄλλ. καὶ τὸν καλόν.

centiam et impudentiam fortitudinem. nonne iuvenis, inquam, ita comparatus e necessariis in quibus educabatur cupiditatibus in voluptatum non necessariarum et inutilium liberationem ac licentiam excedit? Et admodum quidem, inquit, evidenter. Vivit igitur, opinor, posthac talis non minus in necessarias quam non necessarias voluptates impendens et pecuniam et laborem et otium; attamen si felix est nec ultra bacchatur, sed senior factus multo illo tumultu praetergresso partes recipit eorum quae exciderant nec eis quae se inferunt totum se dedit, iam vivit cupiditatibus in aequabilitatem quandam redactis, cuique incidenti tamquam sorte ductae imperium sui tradens, dum expleta fuerit, rursusque alii, nullam contemnens, sed pariter eas nutriens. Sane quidem. Et orationem quidem, inquam, veram non accipit neque castello recipit, si quis dicat alias esse honestarum ac bonarum cupiditatum voluptates, alias vero pravarum, et illis quidem oportere studium et honorem tribui, has vero castigari et servitute opprimi, sed in omnibus his abnuit et aequales dicit omnes esse pariterque colendas. Admodum, inquit, sic affectus hoc facit. Nonne, inquam, etiam vivit quotidie ita ut incidenti indulgeat cupiditati, modo potans et tibiae sono se delectans, tum autem aquam bibens et inedia sese macerans, aliquando se exercens, interdum otians omniaque negligens, tum philosophiam tractat, saepius rebus civilibus studet et in concionem prosiliens quidvis et dicit et facit; et si quando viros militares admiratur, huc fertur, vel quaestus faciendi studiosus, ad hoc rursus; neque ordo ullus neque necessitas est in eius vita, sed iucundam scilicet et liberalem et beatam vocat hanc vitam eaque utitur perpetuo. Plane, inquit, descripsisti viri alicuius vitam aequalitatis studiosi. Arbitror vero etiam, inquam, varium, plurimis moribus refertum, pulchrum ac versicolorem, sicuti civitatem illam, hunc virum esse; quem multi multaeque beatum existimant

πολιτειῶν τε καὶ τρόπων πλεῖστα ἐν αὑτῷ ἔχοντα. Οὕτω γάρ,
ἔφη, ἐστίν. Τί οὖν; τετάχθω ἡμῖν κατὰ * δημοκρατίαν ὁ 562
τοιοῦτος ἀνήρ, ὡς δημοκρατικὸς ὀρθῶς ἂν προσαγορευόμε-
νος; Τετάχθω, ἔφη.

Ἡ καλλίστη δή, ἦν δ' ἐγώ, πολιτεία τε καὶ ὁ κάλλιστος
ἀνὴρ λοιπὰ ἂν ἡμῖν εἴη διελθεῖν, τυραννίς τε καὶ τύραννος.
Κομιδῇ γ', ἔφη. Φέρε δή, τίς τρόπος τυραννίδος, ὦ φίλε
ἑταῖρε, γίγνεται; ὅτι μὲν γὰρ ἐκ δημοκρατίας μεταβάλλει, σχε-
δὸν δῆλον. Δῆλον. Ἆρ' οὖν τρόπον τινὰ τὸν αὐτὸν ἔκ τε
ὀλιγαρχίας δημοκρατία γίγνεται καὶ ἐκ δημοκρατίας * τυραν- B
νίς; Πῶς; Ὃ προὔθετο, ἦν δ' ἐγώ, ἀγαθόν, καὶ δι' οὗ ἡ
ὀλιγαρχία καθίστατο· τοῦτο δ' ἦν γίγνεσθαι ὑπέρπλουτον· *) ἦ
γάρ; Ναί. Ἡ πλούτου τοίνυν ἀπληστία καὶ ἡ τῶν ἄλλων
ἀμέλεια διὰ χρηματισμὸν ἀπόλλυσιν **). Ἀληθῆ, ἔφη. Ἆρ'
οὖν καὶ ὃ δημοκρατία ὁρίζεται ἀγαθόν, ἡ τούτου ἀπληστία
καὶ ταύτην καταλύει; Λέγεις δ' αὐτὴν τί ὁρίζεσθαι; Τὴν
ἐλευθερίαν, εἶπον· τοῦτο γάρ που ἐν δημοκρατουμένῃ πό-
λει ἀκούσαις * ἂν ὡς ἔχει τε κάλλιστον καὶ διὰ ταῦτα ***) C
ἐν μόνῃ ταύτῃ ἄξιον οἰκεῖν ὅστις φύσει ἐλεύθερος. Λέ-
γεται γὰρ δή, ἔφη, καὶ πολὺ τοῦτο τὸ ῥῆμα. Ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγώ,
ὅπερ ᾖα νῦν δὴ ἐρῶν, ἡ τοῦ τοιούτου ἀπληστία καὶ ἡ τῶν
ἄλλων ἀμέλεια καὶ ταύτην τὴν πολιτείαν μεθίστησί τε καὶ πα-
ρασκευάζει τυραννίδος δεηθῆναι; Πῶς; ἔφη. Ὅταν, οἶμαι,
δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα κακῶν οἰνοχόων
προστατούντων τύχῃ, * καὶ ποῤῥωτέρω τοῦ δέοντος ἀκράτου D
αὐτῆς μεθυσθῇ, τοὺς ἄρχοντας δή, ἂν μὴ πάνυ πρᾷοι ὦσι
καὶ πολλὴν παρέχωσι τὴν ἐλευθερίαν, κολάζει αἰτιωμένη ὡς
μιαρούς τε καὶ ὀλιγαρχικούς. Δρῶσι γάρ, ἔφη, τοῦτο. Τοὺς
δέ γε, εἶπον, τῶν ἀρχόντων κατηκόους προπηλακίζει ὡς ἐθε-
λοδούλους τε καὶ οὐδὲν ὄντας, τοὺς δὲ ἄρχοντας μὲν ἀρχομέ-
νοις, ἀρχομένους δὲ ἄρχουσιν ὁμοίους ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ
ἐπαινεῖ τε καὶ τιμᾷ. ἆρ' οὐκ ἀνάγκη ἐν τοιαύτῃ * πόλει ἐπὶ πᾶν E

*) γρ. γίγνεσθαι ὑπέρπλουτος. ἄλλ. ἦν ὑπέρπλουτος.

**) ἄλλ. ἀπώλλυ.

***) γρ. ταύτην.

propter vitam, exempla civitatum ac morum plurima in se habentem. Ita enim, inquit, est. Quid igitur? compositus nobis esto ad civitatis popularis normam huiusmodi vir, rite dictus popularis? Compositus esto, inquit.

Pulcherrima, inquam, civitas iam et pulcherrimus vir restat ut a nobis describantur, tyrannis et tyrannus. Vero, inquit. Age dum, quo pacto tyrannis, amice dilecte, exsistit? hoc enim, e civitate eam populari oriri, patet fere. Patet. Num igitur eodem fere modo ex paucorum principatu popularis civitas exsistit, quo e populari civitate tyrannis? Quî tandem? Quod propositum erat, inquam, bonum et per quod paucorum imperium constituebatur; hoc autem erat divitiarum copia; nonne? Etiam. Insatiabilis igitur divitiarum cupiditas rerumque reliquarum negligentia propter quaestus aviditatem illud imperium perdit. Vero, inquit. Num etiam quod popularis civitas definit bonum, huius insatiabilis cupiditas hanc quoque dissolvit? Quodnam eam dicis definire? Libertatem, respondi; hanc enim sine dubio in populari civitate audias habere optime iccircoque in sola hac vivendum esse ei qui natura sit liber. Solet sane, inquit, crebris id usurpari sermonibus. Num igitur, inquam, id quod modo dicturus eram, insatiabilis huius cupiditas rerumque reliquarum negligentia etiam hanc civitatem mutat et ita comparat ut tyrannide indigeat? Quomodo? inquit. Quando, ut arbitror, civitas popularis libertatem sitiens malos nacta est poculorum praefectos et ultra quam par est meram eam haurit, rectores deinde, si non sane mites sunt nec multum libertatis concedunt, castigat, eos accusans quod improbi sint atque paucorum principatus appetentes. Faciunt sane, inquit, ita. Eos autem, inquam, qui rectoribus obediunt contumelia vexat tamquam voluntarios servos nihilique faciendos, rectores vero imperio subiectis et imperio subiectos rectoribus similes privatim publiceque laudibus et honore afficit. nonne

τὸ τῆς ἐλευθερίας ἰέναι; Πῶς γὰρ οὔ; Καὶ καταδύεσθαί γε,
ἦν δ' ἐγώ, ὦ φίλε, εἴς τε τὰς ἰδίας οἰκίας καὶ τελευτᾶν μέχρι
τῶν θηρίων τὴν ἀναρχίαν ἐμφυομένην. Πῶς, ἦ δ' ὅς, τὸ τοι-
οῦτον λέγομεν; Οἷον, ἔφην, πατέρα μὲν ἐθίζεσθαι παιδὶ ὅμοιον
γίγνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τοὺς υἱεῖς, υἱὸν δὲ πατρί, καὶ μήτε αἰ-
σχύνεσθαι μήτε δεδιέναι τοὺς γονέας, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖ, μέτοι-
κον * δὲ ἀστῷ καὶ ἀστὸν μετοίκῳ ἐξισοῦσθαι, καὶ ξένον ὡσαύ- 563
τως. Γίγνεται γὰρ οὕτως, ἔφη. Ταῦτά τε, ἦν δ' ἐγώ, καὶ σμικρὰ
τοιάδε ἄλλα γίγνεται· διδάσκαλός τε ἐν τῷ τοιούτῳ φοιτητὰς
φοβεῖται καὶ θωπεύει, φοιτηταί τε διδασκάλων ὀλιγωροῦσιν,
οὕτω δὲ καὶ παιδαγωγῶν· καὶ ὅλως οἱ μὲν νέοι πρεσβυτέροις
ἀπεικάζονται καὶ διαμιλλῶνται καὶ ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις, οἱ
δὲ γέροντες ξυγκαθιέντες*) τοῖς νέοις εὐτραπελίας τε καὶ χαριεν-
τισμοῦ * ἐμπίπλανται, μιμούμενοι τοὺς νέους, ἵνα δὴ μὴ δο- B
κῶσιν ἀηδεῖς εἶναι μηδὲ δεσποτικοί. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τὸ
δέ γε, ἦν δ' ἐγώ, ἔσχατον, ὦ φίλε, τῆς ἐλευθερίας τοῦ πλή-
θους, ὅσον γίγνεται ἐν τῇ τοιαύτῃ πόλει, ὅταν δὴ οἱ ἐωνημέ-
νοι καὶ αἱ ἐωνημέναι μηδὲν ἧττον ἐλεύθεροι ὦσι τῶν πριαμέ-
νων. ἐν γυναιξὶ δὲ πρὸς ἄνδρας καὶ ἀνδράσι πρὸς γυναῖκας ὅση
ἡ ἰσονομία καὶ ἐλευθερία γίγνεται, ὀλίγου ἐπελαθόμεθ' εἰπεῖν.
Οὐκοῦν κατ' Αἰσχύλον, * ἔφη, ἐροῦμεν ὅ τι νῦν ἦλθ' ἐπὶ στό- C
μα; Πάνυ γε, εἶπον, καὶ ἔγωγε οὕτω λέγω. τὸ μὲν γὰρ τῶν
θηρίων τῶν ὑπὸ τοῖς ἀνθρώποις ὅσῳ ἐλευθερώτερά ἐστιν ἐν
ταύτῃ **) ἢ ἐν ἄλλῃ, οὐκ ἄν τις πείθοιτο ἄπειρος· ἀτεχνῶς
γὰρ αἵ τε κύνες κατὰ τὴν παροιμίαν, οἷαίπερ αἱ δέσποιναι,
γίγνονταί τε δὴ καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι πάνυ ἐλευθέρως καὶ
σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι, κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐμβάλλοντες
τῷ ἀεὶ ἀπαντῶντι, ἐὰν μὴ ἐξίστηται· καὶ τἆλλα πάντα οὕτω
* μεστὰ ἐλευθερίας γίγνεται. Τὸ ἐμόν γ', ἔφη, ἐμοὶ λέγεις ὄναρ· D
αὐτὸς γὰρ εἰς ἀγρὸν πορευόμενος θαμὰ αὐτὸ πάσχω. Τὸ δὲ
δὴ κεφάλαιον, ἦν δ' ἐγώ, πάντων τούτων ξυνηθροισμένων
ἐννοεῖς, ὡς ἁπαλὴν τὴν ψυχὴν τῶν πολιτῶν ποιεῖ, ὥστε, κἂν
ὁτιοῦν δουλείας τις προσφέρηται, ἀγανακτεῖν καὶ μὴ ἀνέχε-

---

*) γρ. ξυγκαθίζοντες.
**) ἄλλ. ἐνταῦθα.

necesse est in tali civitate ad omnia pertinere libertatem? Quidni? Et intrare quoque, inquam, amice, privatas domos et usque ad bestias descendere dissolutam quae innascatur licentiam? Quomodo, inquit, hoc dicimus? Veluti, inquam, patrem consuescere puero similem exsistere et vereri filios, filium autem patri, et neque revereri neque timere parentes, ut scilicet liber sit, itemque inquilinum se civi et civem inquilino aequare, et peregrinum similiter. Fit sane ita, inquit. Haec, inquam, et minuta alia id generis eveniunt; praeceptor enim tum discipulos timet eisque adulatur, discipuli vero praeceptores non curant itemque paedagogos contemnunt; et in universum iuvenes senioribus se aequant verbisque et re cum eis decertant, senes vero ad iuvenes se demittentes comitate et festivitatibus implentur, imitantes iuvenes, ut ne videantur insuaves esse neque imperiosi. Sane quidem, inquit. Ad extremam autem, amice, inquam, plebis libertatem, quae in tali civitate exsistit, tum res adducitur, quum empti et emptae nihilo minus liberi sunt quam emptores. mulierum vero erga viros et virorum erga mulieres quanta aequalitas et libertas sit, paene obliti sumus dicere. Nonne igitur, inquit, quemadmodum est apud Aeschylum, dicemus quod nunc in buccam venit? Sane quidem, inquam, et equidem ita dico. etenim bestiae quae ab hominibus aluntur quanto liberiores sint hic quam alibi, nemo crediderit nisi expertus sit; profecto enim canes, ut est in proverbio, tales quales dominae, atque etiam equi et asini plane libere et elate consuescunt incedere, in viis invadentes obvium quemque nisi decedit, et reliqua omnia ita plena libertate evadunt. Narras, inquit, id ipsum quod mihi videtur; ipse enim rus proficiscens crebro id perpetior. Summa vero, inquam, quae ex omnibus his conficitur: intelligisne, quam delicatum civium animum reddant, adeo ut, etiamsi quis paullulum servitutis afferat, indignentur nec sus-

σθαι; τελευτῶντες γάρ που οἶσθ' ὅτι οὐδὲ τῶν νόμων φροντίζουσι γεγραμμένων ἢ ἀγράφων, ἵνα δὴ μηδαμῇ μηδεὶς αὐτοῖς * ᾖ δεσπότης. Καὶ μάλα, ἔφη, οἶδα. Αὕτη μὲν τοίνυν, ἦν E
δ' ἐγώ, ὦ φίλε, ἡ ἀρχὴ ουτωσὶ καλὴ καὶ νεανική, ὅθεν τυραννὶς φύεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. Νεανικὴ δῆτα, ἔφη· ἀλλὰ τί τὸ μετὰ τοῦτο; Ταὐτόν, ἦν δ' ἐγώ, ὅπερ ἐν τῇ ὀλιγαρχίᾳ νόσημα ἐγγενόμενον ἀπώλεσεν αὐτήν, τοῦτο καὶ ἐν ταύτῃ πλέον τε καὶ ἰσχυρότερον ἐκ τῆς ἐξουσίας ἐγγενόμενον καταδουλοῦται δημοκρατίαν· καὶ τῷ ὄντι τὸ ἄγαν τι ποιεῖν μεγάλην φιλεῖ εἰς τοὐναντίον μεταβολὴν ἀνταποδιδόναι, ἐν ὥραις τε καὶ ἐν
* φυτοῖς καὶ ἐν σώμασι, καὶ δὴ καὶ ἐν πολιτείαις οὐχ ἥκιστα. 564
Εἰκός, ἔφη. Ἡ γὰρ ἄγαν ἐλευθερία ἔοικεν οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν καὶ ἰδιώτῃ καὶ πόλει. Εἰκὸς γάρ. Εἰκότως τοίνυν, εἶπον, οὐκ ἐξ ἄλλης πολιτείας τυραννὶς καθίσταται, ἢ ἐκ δημοκρατίας· ἐξ, οἶμαι, τῆς ἀκροτάτης ἐλευθερίας δουλεία πλείστη τε καὶ ἀγριωτάτη. Ἔχει γάρ, ἔφη, λόγον. Ἀλλ' οὐ τοῦτ', οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, ἠρώτας, ἀλλὰ ποῖον νόσημα ἐν ὀλιγαρχίᾳ * τε φυόμενον ταὐτὸν καὶ ἐν δημο- B
κρατίᾳ δουλοῦται αὐτήν. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Ἐκεῖνό τοίνυν, ἔφην, ἔλεγον τὸ τῶν ἀργῶν τε καὶ δαπανηρῶν ἀνδρῶν γένος, τὸ μὲν ἀνδρειότατον, ἡγούμενον αὐτῶν, τὸ δ' ἀνανδρότατον, ἑπόμενον· οὓς δὴ ἀφωμοιοῦμεν κηφῆσι, τοὺς μὲν κέντρα ἔχουσι, τοὺς δὲ ἀκέντροις. Καὶ ὀρθῶς γ', ἔφη. Τούτω τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ταράττετον ἐν πάσῃ πολιτείᾳ ἐγγιγνομένω, οἷον περὶ σῶμα φλέγμα τε καὶ χολή. * ὣ δὴ καὶ C
δεῖ τὸν ἀγαθὸν ἰατρόν τε καὶ νομοθέτην πόλεως μὴ ἧττον, ἢ σοφὸν μελιτουργόν, πόῤῥωθεν εὐλαβεῖσθαι, μάλιστα μὲν ὅπως μὴ ἐγγένησθον *), ἂν δὲ ἐγγένησθον, ὅπως ὅτι τάχιστα ξὺν αὐτοῖσι τοῖς κηρίοις ἐκτέτμησθον **) Ναὶ μὰ Δία, ἦ δ' ὅς, παντάπασί γε. Ὧδε τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, λάβωμεν, ἵν' εὐκρινέστερον ἴδωμεν ὃ βουλόμεθα. Πῶς; Τριχῇ διαστησώμεθα τῷ λόγῳ δημοκρατουμένην πόλιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔχει· ἓν μὲν

---

*) ἄλλ. ἐγγενήσεσθον.
**) γρ. ἐκτετμῆσθον. ἄλλ. ἐκτετμήσεσθον. ἴσ. ὅπως ἂν — ἐκτέτμησθον.

tineant? tandem enim sine dubio scis ne leges quidem eos curare scriptas scriptisve non mandatas, ut videlicet nullo quisquam modo ipsorum sit dominus. Bene vero, inquit, scio. Haec igitur, inquam, amice, gubernatio tam pulchra et magnifica, ex qua tyrannis nascitur, ut mihi videtur. Magnifica nimirum, inquit; at quid deinde? Idem, inquam, qui in paucorum imperio exsistens morbus hoc perdit, etiam populari civitati, in quam magis et vehementius propter licentiam invadit, servitutem iniungit; atque revera nimium aliquid si fit, magnam id solet in contrarium conversionem afferre, in anni temporibus, in plantis, in corporibus, maxime vero etiam in civitatibus. Videtur ita, inquit. Etenim nimia libertas, ut patet, in nihil aliud nisi in nimiam servitutem convertitur tam privato quam civitati. Patet vero. Liquet igitur, inquam, ex alia nulla civitate tyrannidem exsistere nisi e populari: e libertate, opinor, summa servitutem maximam atque saevissimam. Consentaneum est, inquit. At non hoc, opinor, inquam, interrogavisti, sed qualis morbus in paucorum principatum invadens aeque atque in popularem civitatem servitute eam opprimeret. Vera, inquit, dicis. Illud igitur, inquam, dicebam otiosorum et prodigorum hominum genus, et fortissimum quidem, quod illos duceret, ignavissimum vero quod sequeretur; quos quidem comparavimus cum fucis, et illos quidem aculeos habentibus, hos vero eorum expertibus. Ac recte quidem, inquit. Haec igitur, inquam, genera turbas in quavis civitate efficiunt, quemadmodum in corpore pituita et bilis. quae propterea etiam bonum medicum et legis latorem civitatis non minus quam prudentem apiarium praecavere oportet, maxime quidem ne innascantur, sin vero innascantur, ut quam celerrime ipsis cum favis excidantur. Admodum, inquit, mehercule. Ita igitur, inquam, sumamus, ut distinctius videamus quod volumus. Quomodo? Trifariam distribuamus oratione civitatem popularem, quem-

γάρ που τὸ τοιοῦτον * γένος ἐν αὐτῇ ἐμφύεται δι' ἐξουσίαν, D
οὐκ ἔλαττον ἢ ἐν τῇ ὀλιγαρχουμένῃ. Ἔστιν οὕτως. Πολὺ
δέ γε δριμύτερον ἐν ταύτῃ, ἢ ἐν ἐκείνῃ. Πῶς; Ἐκεῖ μὲν
διὰ τὸ μὴ ἔντιμον εἶναι, ἀλλ' ἀπελαύνεσθαι τῶν ἀρχῶν,
ἀγύμναστον καὶ οὐκ ἐῤῥωμένον γίγνεται, ἐν δημοκρατίᾳ δὲ
τοῦτό που τὸ προεστὸς αὐτῆς, ἐκτὸς ὀλίγων. καὶ τὸ μὲν δρι-
μύτατον αὐτοῦ λέγει τε καὶ πράττει, τὸ δ' ἄλλο περὶ τὰ βή-
ματα προσίζον βομβεῖ τε καὶ οὐκ ἀνέχεται τοῦ ἄλλα * λέγοντος, E
ὥστε πάντα ὑπὸ τοῦ τοιούτου διοικεῖται ἐν τῇ τοιαύτῃ πολι-
τείᾳ, χωρίς τινων ὀλίγων. Μάλα γε, ἦ δ' ὅς. Ἄλλο τοί-
νυν τοιόνδε ἀεὶ ἀποκρίνεται ἐκ τοῦ πλήθους. Τὸ ποῖον; Χρη-
ματιζομένων που πάντων οἱ κοσμιώτατοι φύσει ὡς τὸ πολὺ
πλουσιώτατοι γίγνονται. Εἰκός. Πλεῖστον δή, οἶμαι, τοῖς
κηφῆσι μέλι καὶ εὐπορώτατον ἐντεῦθεν βλίττεται *). Πῶς
γὰρ ἄν, ἔφη, παρά γε τῶν σμικρὰ ἐχόντων τις βλίσειεν **);
Πλούσιοι δή, οἶμαι, οἱ τοιοῦτοι καλοῦνται κηφήνων βοτάνη.
Σχεδόν τι, ἔφη. Δῆμος * δ' ἂν εἴη τρίτον γένος, ὅσοι αὐ- 565
τουργοί τε καὶ ἀπράγμονες, οὐ πάνυ πολλὰ κεκτημένοι, ὃ
δὴ πλεῖστόν τε καὶ κυριώτατον ἐν δημοκρατίᾳ, ὅτανπερ ἀθροι-
σθῇ. Ἔστι γάρ, ἔφη· ἀλλ' οὐ θαμὰ ἐθέλει ποιεῖν τοῦτο,
ἐὰν μὴ μέλιτός τι μεταλαμβάνῃ. Οὐκοῦν μεταλαμβάνει, ἦν
δ' ἐγώ, ἀεί, καθ' ὅσον δύνανται οἱ προεστῶτες, τοὺς ἔχον-
τας τὴν οὐσίαν ἀφαιρούμενοι, διανέμοντες τῷ δήμῳ τὸ πλεῖ-
στον αὐτοὶ ἔχειν; Μεταλαμβάνει γὰρ * οὖν, ἦ δ' ὅς, οὕτως. B
Ἀναγκάζονται δή, οἶμαι, ἀμύνεσθαι, λέγοντές τε ἐν τῷ δήμῳ
καὶ πράττοντες ὅπῃ δύνανται, οὗτοι ὧν ἀφαιροῦνται. Πῶς
γὰρ οὔ; Αἰτίαν δὴ ἔσχον ὑπὸ τῶν ἑτέρων, κἂν μὴ ἐπιθυμῶσι
νεωτερίζειν, ὡς ἐπιβουλεύουσι τῷ δήμῳ καί εἰσιν ὀλιγαρχικοί.
Τί μήν; Οὐκοῦν καὶ τελευτῶντες, ἐπειδὰν ὁρῶσι τὸν δῆμον
οὐχ ἑκόντα, ἀλλ' ἀγνοήσαντά τε καὶ ἐξαπατηθέντα ὑπὸ τῶν
διαβαλλόντων ἐπιχειροῦντα * σφᾶς ἀδικεῖν, τότ' ἤδη, εἴτε C
βούλονται εἴτε μή, ὡς ἀληθῶς ὀλιγαρχικοὶ γίγνονται, οὐχ

---

*) γρ. βλύττει.

**) γρ. βλύσειεν.

admodum etiam ſe habet; unum enim certe tale genus in ea innaſcitur propter licentiam, non minus quam in civitate a paucis gubernata. Eſt ita. Longe vero vehementius in illa quam in hac. Quî? Ibi enim quia non eſt in honore, ſed repellitur ab imperio, exercitatione caret nec validum fit, in civitate vero populari hoc praeſidet, paucis exceptis. et vehementiſſima eius pars dicit et agit, reliqua vero circa ſuggeſtum ſedens fremit nec ſuſtinet alia dicentem, ita ut omnia a talibus regantur in huiusmodi civitate, quum a paucis aliquibus diſceſſeris. Admodum, inquit. Aliud igitur tale ſemper ſecernitur e multitudine. Quale iſtud? Omnium certe qui quaeſtui ſunt dediti modeſtiſſimi natura plerumque divitiſſimi fiunt. Patet. Plurimum igitur, opinor, mellis et ad acquirendum expeditiſſimum fuci hinc exprimunt. Quî enim, inquit, ab eis qui pauca habent poteſt quisquam exprimere? Divites igitur, opinor, huiusmodi vocantur fucorum pabulum. Ita fere ſe res habet. Populus autem erit tertium genus omnes complectens qui ipſi fabricantur nec alienis ſe implicant negotiis, non ſane multa poſſidentes; quod quidem genus ampliſſimum eſt atque potentiſſimum in populari civitate, ſi congregatur. Eſt vero, inquit; at non crebro hoc volt facere, niſi mellis partem accipiat. Nonne ſemper, inquam, accipit tantum, quantum qui praeſunt in civitate, poſſeſſores bonis ſpoliantes, populo ea poſſunt dividere ipſique plurimum habere? Accipit vero, inquit, ita. Coguntur igitur, opinor, id a ſe propulſare, dicentes apud populum et agentes pro viribus, ii qui ſpoliantur. Quidni? Accuſantur iccirco ab alteris, licet novarum rerum non ſint cupidi, in eo quod populo inſidientur paucorumque principatum appetant. Ita. Nonne etiam tandem, quum vident populum non ſua ſponte, ſed inſcientem et deceptum a calumniatoribus conari iniuriam ipſis inferre, tum iam, velint nolint, vere paucorum principatus ſtudioſi evadunt, licet non ſua ſponte, ſed

ἑκόντες, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ κακὸν ἐκεῖνος ὁ κηφὴν ἐντίκτει κεντῶν αὐτούς; Κομιδῇ μὲν οὖν. Εἰσαγγελίαι δὴ καὶ κρίσεις καὶ ἀγῶνες περὶ ἀλλήλων γίγνονται. Καὶ μάλα. Οὐκοῦν ἕνα τινὰ ἀεὶ ὁ δῆμος εἴωθε διαφερόντως προΐστασθαι ἑαυτοῦ, καὶ τοῦτον τρέφειν τε καὶ αὔξειν μέγαν; Εἴωθε γάρ. Τοῦτο μὲν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, * δῆλον, ὅτι, ὅτανπερ φύηται τύραννος, ἐκ D
προστατικῆς ῥίζης καὶ οὐκ ἄλλοθεν ἐκβλαστάνει. Καὶ μάλα δῆλον. Τίς ἀρχὴ οὖν μεταβολῆς ἐκ προστάτου ἐπὶ τύραννον; ἢ δῆλον ὅτι, ἐπειδὰν ταὐτὸν ἄρξηται δρᾶν ὁ προστάτης τῷ ἐν τῷ μύθῳ, ὃς περὶ τὸ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου ἱερὸν λέγεται; Τίς; ἔφη. Ὡς ἄρα ὁ γευσάμενος τοῦ ἀνθρωπίνου σπλάγχνου, ἐν ἄλλοις ἄλλων ἱερείων ἑνὸς ἐγκαταμεμιγμένου *), ἀνάγκη δὴ * τούτῳ λύκῳ γενέσθαι· ἢ οὐκ E
ἀκήκοας τὸν λόγον; Ἔγωγε. Ἆρ' οὖν οὕτω καὶ ὃς ἂν δήμου προεστώς, λαβὼν σφόδρα πειθόμενον ὄχλον, μὴ ἀπόσχηται ἐμφυλίου αἵματος, ἀλλ' ἀδίκως ἐπαιτιώμενος, οἷα δὴ φιλοῦσιν, εἰς δικαστήρια ἄγων μιαιφονῇ, βίον ἀνδρὸς ἀφανίζων, γλώττῃ τε καὶ στόματι ἀνοσίῳ γευόμενος φόνου ξυγγενοῦς, καὶ ἀνδρηλατῇ καὶ ἀποκτιννύῃ * καὶ ὑποσημαίνῃ χρεῶν τε ἀπο- 566
κοπὰς καὶ γῆς ἀναδασμόν, ἆρα τῷ τοιούτῳ ἀνάγκη δὴ τὸ μετὰ τοῦτο καὶ εἵμαρται ἢ ἀπολωλέναι ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ἢ τυραννεῖν καὶ λύκῳ ἐξ ἀνθρώπου γενέσθαι; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη. Οὗτος δή, ἔφην, ὁ στασιάζων γίγνεται πρὸς τοὺς ἔχοντας τὰς οὐσίας. Οὗτος. Ἆρ' οὖν **) ἐκπεσὼν μὲν καὶ κατελθὼν βίᾳ τῶν ἐχθρῶν τύραννος ἀπειργασμένος κατέρχεται; Δῆλον. Ἐὰν δὲ ἀδύνατοι ἐκβάλλειν αὐτὸν ὦσιν ἢ * ἀποκτεῖ- B
ναι διαβάλλοντες τῇ πόλει, βιαίῳ δὴ θανάτῳ ἐπιβουλεύουσιν ἀποκτιννύναι λάθρα. Φιλεῖ γοῦν, ἦ δ' ὅς, οὕτω γίγνεσθαι. Το δη τυραννικὸν αἴτημα τὸ πολυθρύλλητον ἐπὶ τούτῳ πάντες οἱ εἰς τοῦτο προβεβηκότες ἐξευρίσκουσιν, αἰτεῖν τὸν δῆμον φύλακάς τινας τοῦ σώματος, ἵνα σῶς αὐτοῖς ᾖ ὁ τοῦ δήμου βοηθός. Καὶ μάλ', ἔφη. Διδόασι δή, οἶμαι, δείσαντες μὲν ὑπὲρ ἐκείνου, θαῤῥήσαντες δὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν. Καὶ * μάλα. C
Οὐκοῦν τοῦτο ὅταν ἴδῃ ἀνὴρ χρήματα ἔχων καὶ μετὰ τῶν

*) ἀλλ. ἐγκατατετμημένου.
**) γρ. οὐσίας· οὗτος ἆρ' οὖν.

hoc quoque malum fucus ille iniiciat eos stimulans? Sane quidem. Accusationes igitur et iudicia et certamina inter ipsos agitantur. Admodum. Nonne unum aliquem semper populus solet prae ceteris praeponere sibi et hunc alere magnumque efficere? Solet vero. Hoc igitur, inquam, patet, quando nascatur tyrannus, e radice praefecturae, non aliunde eum pullulare. Sane quidem patet. Quodnam est initium conversionis e praefecto in tyrannum? an perspicitur tum id fieri, quum idem incipiat facere praefectus, quod fabula in Arcadico Iovis Lycaei templo fieri tradit? Quidnam? Eum qui gustaverit humanum viscus, in aliis aliarum victimarum discisum, necesse est lupum fieri; an non audivisti fabulam? Ego vero. Nonne ita etiam, qui populo praepositus, admodum obedientem nactus multitudinem, non se abstinet a cognato sanguine, sed falsis accusationibus, ut solet, in iudicia adducens caede se contaminat, viro animam exstinguens linguaque et ore impio gustans sanguinem propinquum, vel in exilium pellit et interficit et tabulas novas agrorumque divisionem de integro significat, hunc deinde necesse est fatum est vel exstingui ab inimicis vel tyrannum fieri et lupum ex homine evadere? Plane necesse est, inquit. Hic igitur, inquam, est qui seditionem concitat contra bonorum possessores. Hic vero. Nonne expulsus et reversus invitis inimicis tyrannns effectus redit? Patet. Si vero non valent ad eum expellendum vel morte afficiendum, criminantes apud populum violentam ei mortem clam moliuntur. Solet certe, inquit, hoc usu venire. Tyrannicam deinde postulationem pervulgatam illam omnes qui huc progressi sunt excogitant, postulantes a populo custodes aliquos corporis, ut salvus sit populi adiutor. Admodum, inquit. Dat eos, opinor, populus, de illo timens, de semet ipso autem securus. Sane quidem. Nonne hoc quum videt vir bona possidens et praeterea in hoc accu-

χρημάτων αἰτίαν μισόδημος εἶναι, τότε δὴ οὗτος, ὦ ἑταῖρε, κατὰ τὸν Κροίσῳ γενόμενον χρησμὸν

πολυψήφιδα παρ' Ἕρμον
Φεύγει, οὐδὲ μένει, οὐδ' αἰδεῖται κακὸς εἶναι.

Οὐ γὰρ ἄν, ἔφη, δεύτερον αὖθις αἰδεσθείη. Ὁ δέ γε, οἶμαι, ἦν δ' ἐγώ, καταληφθεὶς θανάτῳ δίδοται. Ἀνάγκη. Ὁ δὲ δὴ προστάτης ἐκεῖνος αὐτὸς *) δῆλον δὴ ὅτι μέγας μεγαλωστὶ * οὐ κεῖται, ἀλλὰ καταβαλὼν ἄλλους πολλοὺς ἕστηκεν D ἐν τῷ δίφρῳ τῆς πόλεως, τύραννος ἀντὶ προστάτου ἀποτετελεσμένος. Τί δ' οὐ μέλλει; ἔφη.

Διέλθωμεν δὴ τὴν εὐδαιμονίαν, ἦν δ' ἐγώ, τοῦ τε ἀνδρὸς καὶ τῆς πόλεως ἐν ᾗ ἂν ὁ τοιοῦτος βροτὸς ἐγγένηται; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη, διέλθωμεν. Ἆρ' οὖν, εἶπον, οὐ ταῖς μὲν πρώταις ἡμέραις τε καὶ χρόνῳ προσγελᾷ τε καὶ ἀσπάζεται πάντας, ᾧ ἂν περιτυγχάνῃ; καὶ οὔτε τύραννός * φησιν εἶναι, E ὑπισχνεῖταί τε πολλὰ καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, χρεῶν τε ἠλευθέρωσε καὶ γῆν διένειμε δήμῳ τε καὶ τοῖς περὶ ἑαυτόν, καὶ πᾶσιν ἵλεώς τε καὶ πρᾶος εἶναι προσποιεῖται; Ἀνάγκη, ἔφη. Ὅταν δέ γε, οἶμαι, πρὸς τοὺς ἔξω ἐχθροὺς τοῖς μὲν καταλλαγῇ, τοὺς δὲ καὶ διαφθείρῃ, καὶ ἡσυχία ἐκείνων γένηται, πρῶτον μὲν πολέμους τινὰς ἀεὶ κινεῖ, ἵν' ἐν χρείᾳ ἡγεμόνος ὁ δῆμος ᾖ. Εἰκός γε. * Οὐκοῦν καὶ ἵνα χρήματα εἰσφέροντες, πένητες 567 γιγνόμενοι, πρὸς τῷ **) καθ' ἡμέραν ἀναγκάζωνται εἶναι καὶ ἧττον αὐτῷ ἐπιβουλεύωσιν; Δῆλον. Καὶ ἄν γέ τινας, οἶμαι, ὑποπτεύῃ ἐλεύθερα φρονήματα ἔχοντας μὴ ἐπιτρέψειν αὐτῷ ἄρχειν, ὅπως ἂν τούτους μετὰ προφάσεως ἀπολλύῃ ἐνδοὺς τοῖς πολεμίοις· τούτων πάντων ἕνεκα τυράννῳ ἀεὶ ἀνάγκη πόλεμον ταράττειν. Ἀνάγκη. Ταῦτα δὴ ποιοῦντα ἕτοιμον μᾶλλον ἀπεχθάνεσθαι * τοῖς πολίταις. Πῶς γὰρ οὔ; B Οὐκοῦν καί τινας τῶν ξυγκαταστησάντων καὶ ἐν δυνάμει ὄντων παῤῥησιάζεσθαι καὶ πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς ἀλλήλους, ἐπιπλήττοντας τοῖς γιγνομένοις, οἳ ἂν τυγχάνωσιν ἀνδρικώτατοι ὄντες; Εἰκός γε. Ὑπεξαιρεῖν δὴ τούτους πάντας δεῖ τὸν τύραννον, εἰ μέλλει ἄρξειν, ἕως ἂν μήτε φίλων μήτ' ἐχθρῶν λίπῃ

*) γρ. αὐτὸς τῆς πόλεως. **) γρ. πρὸς τό.

fatus quod odium in populum habeat, tum hic, amice, secundum oraculum Croeso editum *lapidosum ad Hermum fugit, nec manet neque veretur ignaviae famam?* Neque enim, inquit, iterum eam verebitur. Qui vero, opinor, comprehenditur, ad mortem ducitur. Necesse est. Praefectus vero ille ipse, ut patet, magnus non longe lateque porrectus iacet, sed deiectis aliis multis stat in curru civitatis, tyrannus e praefecto factus. Ita sane fiet, inquit.

Exponamus iam de felicitate, inquam, tam viri quam civitatis in qua talis mortalis exsistat. Sane quidem, inquit, exponamus. Nonne, inquam, primis quidem diebus ac tempore arridet omnibus atque amplectitur quemcumque offendit, et neque se tyrannum profitetur esse, et pollicetur multa tam privatim quam publice, et aere alieno liberat et agros dividit populo suisque asseclis et omnibus propitium mansuetumque se esse simulat? Necesse est, inquit. Quum vero, opinor, cum externis hostibus partim in gratiam redit, partim eorum perdidit omniaque ab his quieta sunt, primum bella aliqua semper commovet, ut duce populus indigeat. Sane quidem. Nonne etiam, ut pecunia conferenda pauperes facti quotidianum curare victum cogantur minusque ei insidientur? Patet. Atque etiam ut, si quos, opinor, suspicetur libero ingenio praeditos non permissuros ipsi esse imperium, hos per caussam perdat, hostibus eos obiiciens; propter haec omnia tyrannum semper oportet bellum concitare. Oportet vero. Haec igitur quum agitet fieri non potest quin magis in civium odia incurrat. Quidni? Et ut nonnulli eorum qui ad imperium obtinendum eum adiuverunt et potestatem gerunt, libere loquantur et cum ipso et inter se reprehendentes quae facta sint, quicumque sint fortissimi. Consentaneum vero. Clam igitur hos omnes de medio tollere oportet tyrannum, si est regnaturus, dum neque amicorum neque inimi-

μηδένα ὅτου τι ὄφελος. Δῆλον. Ὀξέως ἄρα δεῖ ὁρᾷν αὐτὸν
τίς ἀνδρεῖος, τίς μεγαλόφρων, * τίς φρόνιμος, τίς πλούσιος· C
καὶ οὕτως εὐδαίμων ἐστὶν ὥστε τούτοις ἅπασιν ἀνάγκη αὐτῷ,
εἴτε βούλεται εἴτε μή, πολεμίῳ εἶναι καὶ ἐπιβουλεύειν, ἕως
ἂν καθήρῃ τὴν πόλιν. Καλόν γε, ἔφη, καθαρμόν. Ναί,
ἦν δ' ἐγώ, τὸν ἐναντίον, ἢ οἱ ἰατροὶ τὰ σώματα· οἱ μὲν γὰρ
τὸ χείριστον ἀφαιροῦντες λείπουσι τὸ βέλτιστον, ὁ δὲ τοὐναν-
τίον. Ὡς ἔοικε γάρ, αὐτῷ, ἔφη, ἀνάγκη, εἴπερ ἄρξει. Ἐν
μακαρίᾳ ἄρα, εἶπον ἐγώ, ἀνάγκῃ δέδεται, * ἢ προστάττει D
αὐτῷ ἢ μετὰ φαύλων τῶν πολλῶν οἰκεῖν καὶ ὑπὸ τούτων μι-
σούμενον, ἢ μὴ ζῆν. Ἐν τοιαύτῃ, ἦ δ' ὅς. Ἆρ' οὖν οὐχὶ
ὅσῳ ἂν μᾶλλον τοῖς πολίταις ἀπεχθάνηται ταῦτα δρῶν, τοσούτῳ
πλειόνων καὶ πιστοτέρων δορυφόρων δεήσεται; Πῶς γὰρ οὔ;
Τίνες οὖν οἱ πιστοί; καὶ πόθεν αὐτοὺς μεταπέμψεται; Αὐτό-
ματοι, ἔφη, πολλοὶ ἥξουσι πετόμενοι, ἐὰν τὸν μισθὸν διδῷ.
Κηφῆνας, ἦν δ' ἐγώ, νὴ τὸν κύνα, δοκεῖς αὖ τινάς μοι λέγειν
* ξενικούς τε καὶ παντοδαπούς. Ἀληθῆ γάρ, ἔφη, δοκῶ σοι. E
Τοὺς δὲ αὐτόθεν ἄρ' οὐκ ἂν ἐθελήσειεν; Πῶς; Τοὺς δούλους
ἀφελόμενος τοὺς πολίτας, ἐλευθερώσας, τῶν περὶ ἑαυτὸν
δορυφόρων ποιήσασθαι. Σφόδρα γε, ἔφη, ἐπεί τοι καὶ πι-
στότατοι αὐτῷ οὗτοί εἰσιν. Ἦ μακάριον, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις
τυράννου χρῆμα, εἰ τοιούτοις φίλοις τε καὶ * πιστοῖς ἀνδράσι 568
χρῆται τοὺς προτέρους ἐκείνους ἀπολέσας. Ἀλλὰ μήν, ἔφη,
τοιούτοις γε χρῆται. Καὶ θαυμάζουσι δή, εἶπον, οὗτοι οἱ
ἑταῖροι αὐτὸν καὶ ξύνεισιν οἱ νέοι πολῖται, οἱ δ' ἐπιεικεῖς
μισοῦσί τε καὶ φεύγουσιν. Τί δ' οὐ μέλλουσιν; Οὐκ ἐτός,
ἦν δ' ἐγώ, ἥ τε τραγῳδία ὅλως σοφὸν δοκεῖ εἶναι καὶ ὁ Εὐρι-
πίδης διαφέρων ἐν αὐτῇ. Τί δή; Ὅτι καὶ τοῦτο πυκνῆς δια-
νοίας ἐχόμενον ἐφθέγξατο, ὡς ἄρα σοφοὶ τύραννοί * εἰσι τῇ B
σοφῶν ξυνουσίᾳ· καὶ ἔλεγε δῆλον ὅτι τούτους εἶναι τοὺς σο-
φοὺς οἷς ξύνεστιν. Καὶ ὡς ἰσόθεόν γ', ἔφη, τὴν τυραννίδα
ἐγκωμιάζει, καὶ ἕτερα πολλά, καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι ποιηταί.

corum reliquerit quemquam qui bonae sit frugi. Patet. Acute igitur oportet eum videre quis fortis, quis magnaminus, quis prudens, quis dives; et adeo beatus est ut his omnibus eum oporteat, velit nolit, inimicum esse atque insidiari, dum urbem purgaverit. Praeclara quidem, inquit, purgandi ratio. Etiam, inquam, contraria ac medicorum est corporum purgatio; hi enim pessimum eximentes relinquunt optimum, illi vero contra. Ut patet, inquit, oportet eum ita facere, siquidem est imperaturus. Beata igitur, inquam, necessitate adstrictus est, quae eum cogit aut cum vili multitudine habitare cui odio sit, aut non vivere. Tali vero, inquit. Nonne igitur quanto maiore est apud cives in odio haec faciens, tanto pluribus indigebit atque fidelioribus satellitibus? Quidni? Quinam igitur fideles? et unde eos arcesset? Voluntarii, inquit, multi venient advolantes, si dat mercedem. Fucos, inquam, meherculе, videris rursus aliquos mihi dicere peregrinos omnisque generis. Vera sane, inquit, videor tibi. Indigenas autem num nolet? Quomodo? Ita ut servos civibus ademptos et in libertatem vindicatos in satellitum suorum numerum adscribat? Admodum, inquit, quum etiam fidelissimi ei hi sint. Profecto praeclare, inquam, dicis cum tyranno agi, si huiusmodi amicis fidisque viris utitur, quum priores perdiderit. Attamen talibus, inquit, utitur. Et admirantur scilicet, inquam, hi amici ipsum et versantur cum eo iuvenes cives, modesti vero eum oderunt ac fugiunt. Quî aliter potest? Non sine causa igitur, inquam, tragoedia in universum sapiens videtur esse et Euripides longe ea praestare. Quî autem? Quia hoc quoque ex solida profectum mente protulit, *sapientis esse tyrannos sapientium consuetudine.* et dixit, ut patet, hos esse sapientes quibus tyrannus uteretur. Atque etiam ut rem fere divinam, inquit, tyrannidem extollit aliaque multa, tam hic quam

Τοιγάρτοι, ἔφην, ἅτε σοφοὶ ὄντες οἱ τῆς τραγῳδίας ποιηταὶ
ξυγγιγνώσκουσιν ἡμῖν τε καὶ ἐκείνοις, ὅσοι ἡμῶν ἐγγὺς πολι-
τεύονται, ὅτι αὐτοὺς εἰς τὴν πολιτείαν οὐ παραδεξόμεθα ἅτε
τυραννίδος ὑμνητάς. Οἶμαι ἔγωγ', ἔφη, ξυγγιγνώσκουσιν
ὅσοιπέρ γε * αὐτῶν κομψοί. Εἰς δέ γε, οἶμαι, τὰς ἄλλας C
περιιόντες πόλεις, ξυλλέγοντες τοὺς ὄχλους, καλὰς φωνὰς καὶ
μεγάλας καὶ πιθανὰς μισθωσάμενοι, εἰς τυραννίδας τε καὶ
δημοκρατίας ἕλκουσι τὰς πολιτείας. Μάλα γε. Οὐκοῦν καὶ
προσέτι τούτων μισθοὺς λαμβάνουσι καὶ τιμῶνται, μάλιστα
μέν, ὥσπερ τὸ εἰκός, ὑπὸ τυράννων, δεύτερον δὲ ὑπὸ δημο-
κρατίας, ὅσῳ δ' ἂν ἀνωτέρω ἴωσι πρὸς τὸ ἄναντες τῶν πολι-
τειῶν, μᾶλλον ἀπαγορεύει * αὐτῶν ἡ τιμή, ὥσπερ ὑπὸ ἄσθ- D
ματος ἀδυνατοῦσα πορεύεσθαι; Πάνυ μὲν οὖν. Ἀλλὰ δή,
εἶπον, ἐνταῦθα μὲν ἐξέβημεν· λέγωμεν δὲ πάλιν ἐκεῖνο τὸ
τοῦ τυράννου στρατόπεδον, τὸ καλόν τε καὶ πολὺ καὶ ποικίλον
καὶ οὐδέποτε ταὐτόν, πόθεν θρέψεται. Δῆλον, ἔφη, ὅτι,
ἐάν τε ἱερὰ χρήματα ᾖ ἐν τῇ πόλει, ταῦτα ἀναλώσει, ὅποι
ποτὲ ἂν ἀεὶ ἐξαρκῇ τὰ τῶν ἀποδομένων *), ἐλάττους εἰσφορὰς
ἀναγκάζων τὸν δῆμον εἰσφέρειν. * Τί δ', ὅταν δὴ ταῦτα E
ἐπιλίπῃ; Δῆλον, ἔφη, ὅτι ἐκ τῶν πατρῴων θρέψεται αὐτός
τε καὶ οἱ ξυμπόται τε καὶ ἑταῖροι καὶ ἑταῖραι. Μανθάνω, ἦν
δ' ἐγώ, ὅτι ὁ δῆμος ὁ γεννήσας τὸν τύραννον θρέψει αὐτόν
τε καὶ ἑταίρους. Πολλὴ αὐτῷ, ἔφη, ἀνάγκη. Πῶς λέγεις;
εἶπον· ἐάν τε ἀγανακτῇ τε καὶ λέγῃ ὁ δῆμος ὅτι οὔτε δίκαιον
τρέφεσθαι ὑπὸ πατρὸς υἱὸν ἡβῶντα, ἀλλὰ τοὐναντίον ὑπὸ
υἱέος πατέρα, οὔτε τούτου αὐτὸν ἕνεκα * ἐγέννησέ τε καὶ κατέ- 569
στησεν, ἵνα, ἐπειδὴ μέγας γένοιτο, τότε αὐτὸς δουλεύων τοῖς
αὐτοῦ δούλοις τρέφοι ἐκεῖνόν τε καὶ τοὺς δούλους μετὰ ξυγ-
κλύδων ἄλλων, ἀλλ' ἵνα ἀπὸ **) τῶν πλουσίων τε καὶ καλῶν
κἀγαθῶν λεγομένων ἐν τῇ πόλει ἐλευθερωθείη ἐκείνου προ-
στάντος· καὶ νῦν κελεύει ἀπιέναι ἐκ τῆς πόλεως αὐτόν τε καὶ
τοὺς ἑταίρους, ὥσπερ πατὴρ υἱὸν ἐξ οἰκίας μετὰ ὀχληρῶν ξυμ-

---

*) ἴσ. ὅπῃ ποτὲ — τὰ ἐκ τῶν ἀποδιδομένων.
**) γρ. ὑπό.

reliqui poëtae. Quocirca, inquit, quippe qui sapientes sint, tragici poëtae ignoscent nobis omnibusque eis qui prope a nobis absunt in civitate constituenda, quod eos civitate non recepturi sumus quippe tyrannidis laudatores. Arbitror equidem, inquit, veniam daturos esse quicumque eorum sciti. Ceteras vero, opinor, urbes circumeuntes turbamque hominum colligentes vocibus quas mercede conducunt pulchris et magnis et ad persuadendum accommodatis ad tyrannidem et popularem gubernationem trahunt civitates. Admodum. Nonne etiam praeterea mercedem accipiunt et honore afficiuntur, plurimum quidem, ut per se intelligitur, a tyrannis, et secundum hos a populari civitate, quanto vero altius sese tollunt ad civitates acclives, tanto magis deficit honor, quasi anhelitus moti impediant eius profectionem? Sane quidem. At vero, inquam, illinc huc digressi sumus; dicamus vero rursus tyranni exercitus, praeclarus ille et magnus et varius nec umquam idem, unde alatur. Patet, inquit, si opes sacrae in urbe exstent, has eum impensurum esse, quoad semper suppetant copiae bonorum venditione comparatae, leviora tributa populum conferre iubentem. Quid vero, quando illae deficiunt? Patet, inquit, tum de patrimonio et ipsum et convivas et amicos et amicas esse victuros. Intelligo, inquam, populum qui procreaverit tyrannum nutriturum esse et ipsum et amicos eius. Prorsus, inquit, necessarium. Quomodo vero dicis? inquam, si indignetur populus atque dicat neque par esse nutriri a patre filium adultum, sed contra a filio patrem, neque hanc ob causam se procreasse eum atque constituisse, ut, quum magnus esset factus, tum suis ipse servis serviens nutriret illum servosque cum alia hominum colluvie, sed ut a divitibus qui honesti ac boni dicerentur in civitate liberaretur illo rebus urbanis praesidente; et nunc si iubeat urbe excedere ipsum eiusque amicos, velut pater filium domo

ποτῶν ἐξελαύνων. Γνώσεταί γε νὴ Δία, ἦ δ' ὅς, τότ' ἤδη
ὁ δῆμος, * οἷος οἷον θρέμμα γεννῶν ἠσπάζετό τε καὶ ηὖξε, B
καὶ ὅτι ἀσθενέστερος ὢν ἰσχυροτέρους ἐξελαύνει. Πῶς, ἦν
δ' ἐγώ, λέγεις; τολμήσει τὸν πατέρα βιάζεσθαι, κἂν μὴ πεί-
θηται, τύπτειν ὁ τύραννος; Ναί, ἔφη, ἀφελόμενός γε τὰ
ὅπλα. Πατραλοίαν, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις τύραννον καὶ χαλεπὸν
γηροτρόφον, καί, ὡς ἔοικε, τοῦτο δὴ ὁμολογουμένη ἂν ἤδη
τυραννὶς εἴη, καί, τὸ λεγόμενον, ὁ δῆμος φεύγων ἂν καπνὸν
δουλείας ἐλευθέρων εἰς πῦρ * δούλων *) δεσποτείας ἂν ἐμ- C
πεπτωκὼς εἴη, ἀντὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης καὶ ἀκαίρου ἐλευθε-
ρίας τὴν χαλεπωτάτην τε καὶ πικροτάτην δούλων δουλείαν
μεταμπισχόμενος. Καὶ μάλα, ἔφη, ταῦτα οὕτω γίγνεται. Τί
οὖν, εἶπον, οὐκ ἐμμελῶς ἡμῖν εἰρήσεται, ἐὰν φῶμεν ἱκανῶς
διεληλυθέναι ὡς μεταβαίνει τυραννὶς ἐκ δημοκρατίας γενομένη
τε οἵα ἐστίν; Πάνυ μὲν οὖν ἱκανῶς, ἔφη.

*) γρ. δοῦλον.

cum turbulentis conviviis expellens. Cognoſcet mehercule, inquit, tum populus qualis ipſe ſit et qualem alumnum a ſe procreatum amplexus ſit atque auxerit, et imbecilliorem expellere valentiores. Quomodo, inquam, dicis? audebit patri vim inferre atque, ſi morem non geſſerit, verberare tyrannus? Etiam, inquit, quum arma ei detraxerit. Parricidam, inquam, dicis tyrannum et ſaevum ſenectutis altorem, et, ut patet, haec ſine ulla controverſia iam erit tyrannis, quod proverbii loco dici ſolet, populus fugiens fumum liberorum ſervitutis in ignem ſervorum dominationis incidet, pro magna illa et immodica libertate ſaeviſſimam atque acerbiſſimam ſervorum ſervitutem patiens. Sane quidem, inquit, haec ita uſu veniunt. Nonne igitur, inquam, rite dicemus nos ſatis expoſuiſſe quomodo tyrannis e populari civitate evadat qualisque ſit? Admodum quidem ſatis, inquit.

P. 346. v. 2 a . *ἐπὴν* leg. *ἐμὴν.*
— 352. — not. *φιλονεικῶν ἐνδείκνυε* leg. *φιλονεικῶν — ἐνδείκνυε.*
— 363. — 4. *ritui* leg. *risui.*
— 374. — 9. *ὁμολογουμέρως* leg. *ὁμολογουμένως.*
— 393. — 5 a f. *athletus* leg. *athletas.*
— 395. — 8. *harmonica* leg. *harmonia.*
— 397. — 1. *meum* leg. *eum.*
— 403. — 21. *am* leg. *iam.*
— 413. — 10. *suncturi* leg. *functuri.*
— 427. — 6 a f. *anim-advertis* leg. *ani-madvertis.*
— 432. not. † *ἢ ὡς* leg. *ἄλλη ἢ ὡς.*
— 438. not. † leg. *ὥσπερ — ἐφελκύσηται.*
— 453. — 14. Post v. *propendeat* interrogat. sign. pon.
— — — 16. *iuvene* leg. *iuveni.*
— 464. — 16. *μικρᾶς* leg. *σμικρᾶς.*
— — — 19. *ἐκείνω* leg. *ἐκείνῳ.*
— 470. — 1. *η* leg. *ἢ.*
— 475. — 8 a f. *studiosus* leg. *studiosos.*
— 476. — 6. *ἀνὴς* leg. *ἀνήρ.*
— 477. — 10 a f. *libertatem* leg. *libertatis.*

Addend.

P. 443. not. Post *ternarius* add. *Franciesc. Barocius*: Humanae vero geniturae is utique, in quo primo augumentationes superantes et superatae tres distantias atque quatuor terminos cum acceperint similantium et dissimilantium et crescentium et decrescentium, cuncta correspondentia et effabilia invicem effecerunt, quorum sesquitertia radix quinario coniugata duas harmonias praebet ter aucta, unam quidem aequalem aequaliter centum centies, alteram vero aequalis quidem longitudinis, sed praelongiori, centum quidem numerorum ex diametris effabilibus quinariis indigentibus uno singulis, duabus autem ineffabilibus, centum vero cuborum trinitatis.

Corrigenda.

P. 23. v. 19. *quemplam* leg. *quemquam*,
— 26. — 1. a f. *αὐτῇ* leg. *αὐτῷ*.
— 29. — 9. a f. *conducilem* leg. *conducibilem*.
— 33. — 8. *incommoda* leg. *incommodo*.
— 47. — 11. a f. *secum* leg. *suum*.
— 68. — 8. *γαρ μοι* leg. *γάρ μοι*.
— 75. — 16. *suscipens* leg. *suscipiens*.
— 77. — 18. *veritate* leg. *cum veritate*,
— 87. — 12. a f. *extollerent* leg. *extolleret*,
— 94. — 23. *βκόλονους* leg. *βουκόλους*.
— 107. — 6. a f. *tamdem* leg. *tandem*.
— 120. — 20. *ὃν* leg. *ἂν*.
— 122. — 20. *τὰ* leg. *τὰς*.
— 135. — 8. *priora* leg. *peiora*.
— 175. — 18. *uaimnm* leg. *animum*.
— 178. — 12. *ἕως* leg. *ἕως*.
— 179. — 5. a f. leg. *et a Musis aversus*.
— 195. — 9. *accidens* leg. *accedens*.
— 200. — 13. Post v. *μία* interrogationis pone signum.
— 201. — 14. Post v. *una* interrog. sign. pon.
— — — 2 a f. *vere* leg. *vero*.
— 212. — 15. *τὴν* leg. *μὴν*.
— 214. — 8. *πλύσειν* leg. *πλύσις*.
— 219. — 3. *nati* leg. *nacti*.
— 225. — 10. a f. *Qudini* leg. *Quidni*.
— 237. — 16. *a* leg. *o*.
— 249. — 4. *utraque* leg. *utraeque*.
— 255. — 5. *erant* leg. *erunt*.
— — — 2 a f. *vim* leg. *viam*.
— 267. — 4. *an quae* leg. *an ea*.
— 281. — 15. *vere* leg. *vero*.
— 283. — 4 a f. *privatas* leg. *privatos*,
— 287. — 10. *quippe* leg. *quippe qui*.
— 314. — not. *) *ως* leg. *ὣς*.
— 325. — 13. a f. *quaque quaest.* leg. *in quaque quaest.*
— 334. — 1. *Ἐστι* leg. *Ἐτι*.
— 335. — 20. *malas* leg. *malos*.
— 345. — 12. *praedicti* leg. *praediti*.

Sumtibus librariae Weidmanniae nuper prodierunt:

Aeneae, Tactici, Commentarius de toleranda obsidione, graece, ad Codd. MSS. Parisienses et Mediceum recensuit, versionem lat. et commentarium integrum Is. Casauboni, notas Iac. Gronovii, G. H. C. Koesii, Casp. Orellii aliorumque et suas adiecit Io. Conr. Orellius. Cum tab. aeri incisa. 8 maj. 1818. Charta impress. 1 Thlr. 8 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 16 Gr.

Aristophanis Comoediae auctoritate libri praeclarissimi saeculi decimi emendatae a Phil. Invernizio etc. Vol. VIIIum. 8maj. 1821.

Etiam sub titulo:

Commentarii in Aristophanis Comoedias. Collegit, digessit, auxit C. G. Dindorfius. Vol. VIum, Commentarios in Lysistratam, Thesmophoriazusas et Indices in commentarios interpretum continens. Charta scriptoria. 5 Thlr. 16 Gr.

* — — Idem liber, charta belg. opt. 6 Thlr. 8 Gr.

Aristophanis Pax. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. 8 maj. 1821. Charta impress. 15 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 18 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 1 Thlr.

Aristophanis Equites. Ex recensione Guilielmi Dindorfii. 8 maj. 1821. Charta impress. 15 Gr.

— — Idem liber, charta scriptoria 18 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 1 Thlr.

Aristophanis Nubes, fabula nobilissima integrior edita auctore Carolo Reisigio, Thuringo. 8maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 6 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 1 Thlr. 16 Gr.

Aristotelis de arte poëtica librum denuo recensitum commentariis illustratum, recognitis Valettii, Hermanni, Buhlii, Tyrwhitti, Harlessii, Castelvetri, Robortelli aliorumque complurium editionibus edidit cum prolegomenis et notitiis indicibus E. A. Guil. Graefenhan. 8 maj. 1821. Charta impress. 1 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 18 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 2 Thlr.

Benedicti, Traug. Fred., Observationes in septem Sophoclis Tragoedias. 8 maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr. 6 Gr.

— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 12 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 2 Thlr. 8 Gr.

Demosthenis Philippica I. Olynthiacae III. et de Pace, selectis aliorum suisque notis instruxit M. Carol. Aug. Rüdiger. 8maj. 1818. Charta impress. 21 Gr. et 1 Thlr.

— — Idem liber, charta script. 1 Thlr. 4 Gr.

Göller, Franc., de situ et origine Syracusarum ad explicandam Thucydidis potissimnm historiam scripsit atque Philisti et Timaei rerum Sieularum Fragmenta adjecit. Acc. tabula topogr. Syracusarum. 8maj. 1818. Charta impress. 1 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 1 Thlr. 18 Gr.

Hesiodi Opera et Dies. E veterum grammaticorum notationibus et optimis libris MSS. recensuit Frid. Aug. Guil. Spohn. Editio minor, in usum scholarum et academiarum. 8. 1819. Charta impress. 8 Gr.

— — Idem liber, charta script. 10 Gr.

— — Idem liber, charta mel. 12 Gr.

Hesychii, Milesii, Opuscula duo quae supersunt, I. de hominibus doctrina et eruditione claris. II. de originibus urbis Constantinopoleos et Cardinalis Bessarionis epistola de educandis filiis Joannis Palaeologi, lingua graeca scripta. Graece et Latine. Recognovit, notis Hadr. Junii, Henr. Stephani, Joa. Meursii, Petri Lambecii, Gisb. Cuperi, F. J. Bastii aliorumque et suis illustravit Joa. Conr. Orellius. Cum indicibus necess. 8maj. 1820. Charta impress. 1 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. 2 Thlr.

* — — Idem liber, charta membran. 2 Thlr. 8 Gr.

Nicephori Blemmidae duo Compendia geographica. Nunc primum edidit Prof. Frider. Spohn. Accedunt fig. geograph. 4 maj. 1818. Charta impress. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. 20 Gr.

Opuscula Graecorum veterum sententiosa et moralia. Graece et Latine. Collegit, disposuit, emendavit et illustravit Jo. Conr. Orellius. Tom. I et IIus. 8 maj. 1819. 21. Charta impress. 7 Thlr. 8 Gr.

— — Idem liber, charta script. 8 Thlr. 6 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 9 Thlr. 16 Gr.

Phrynichi Eclogae nominum et verborum Atticorum. Cum notis P. J. Nunnesii, D. Höschelii, J. Scaligeri et Corn. de Pauw partim integris partim contractis edidit, explicuit Christ. Aug. Lobeck. Accedunt fragmentum Herodiani et notae, praefationes Nunnesii et Pauwii et Parerga de vocabulorum terminatione et compositione, de aoristis verborum authypotactorum etc. 8 maj. 1820. Charta impress. 3 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 8 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 6 Thlr.

Prisciani, Caesariensis Grammatici, Opera. Ad vetustiss. Codicum, nunc primum collatorum, fidem recensuit, emaculavit, lect. varietatem notavit et indices locupletiss. adjecit Augustus Krehl. Vol. I et IIum et ult. 8 maj. 1819. 20. Charta impress. 5 Thlr. 12 Gr.

— — Idem liber, charta script. 6 Thlr. 12 Gr.

Schleusneri, Joh. Frid., novus Thesaurus philologico-criticus sive Lexicon in LXX et reliquos interpretes graecos ac scriptores apocryphos Veteris Testamenti. Post Bielium et alios viros doctos congessit et edidit. Pars I. II. III. IV. V. et ultima. *Α-Ω.* 8 maj. 1820. 21. Charta impress. 11 *Thlr.* 12 Gr. et meliori 12 Thlr. 18 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 15 Thlr. 12 Gr.

* — — Idem liber, charta membran. 19 Thlr. 6 Gr.

Theocriti Reliquiae. Graece et Latine. Textum recognovit et cum animadversionibus Theoph. Christoph. Harlesii, Jo. Christ. Dan. Schreberi, aliorum excerptis suisque edidit Theophilus Kiessling. Accedunt argumenta graeca, scholia, epistola Jac. Morellii ad Harlesium et indices. 8 maj. 1819. Charta impress. 5 Thlr. 16 Gr.

— — Idem liber, charta script. gall. 4 Thlr. 12 Gr.

* — — Idem liber, charta membranacea. 6 Thlr. 16 Gr.

